CATALOGI

CODICUM MANUSCRIPTORUM

BIBLIOTHECAE BODLEIANAE

PARS NONA,

CODICES A VIRO CLARISSIMO

KENELM DIGBY, EQ. AUR.,

ANNO 1634 DONATOS, COMPLECTENS:

ADIECTO INDICE NOMINUM ET RERUM.

CONFECIT

GULIELMUS D. MACRAY, A.M.

OXONII:

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO,

1883.

Z
[illegible]

London

HENRY FROWDE

OXFORD UNIVERSITY PRESS WAREHOUSE

AMEN CORNER

CATALOGUS

CODICUM MSS.

KENELMI DIGBY.

1.

Codex membranaceus. In 16mo. ff. 126. Saec. xiv. Utrinque mutilus; deest etiam folium unum inter ff. 15–16, alterumque inter ff. 60–61. Olim in bibliotheca Thomae Allen, cod. 15 ex libris in 16mo.

1. Gulielmi de Conchis [*alias* Shelley] Dragmaticon, sive Manipulus Philosophiae; dialogus cum Henrico II, Normanniae duce. **f. 1.**

Inc. in verbis, '—tres vidit et unum adoravit,' quae occurrunt in fol. 3^b, linea ultima, codicis 107 *infra*. Expl. '—desinit homo vivere,' fol. 49 *ibid.*

Impressus exstat tractatus (teste Fabricio), Argent. 1566, 8vo. edente Gul. Gratarolo.

2. Fragmentum Kalendarii, continens menses Nov. et Dec. **ff. 95, 96.**

3. De divisione temporis. **f. 98.**

Inc. 'Tempus est mora motus rerum mutabilium.'

4. Recepta medicinalia; *Gallice*. **ff. 101, 102.**

Vacant ff. 103–5.

5. Pars libri primi tractatus [Honorii Augustodunensis, sive cujuscunque sit] De imagine Mundi. **f. 106.**

Desin. in cap. lxxiv, ut in *Bibliotheca Patrum*, fol. Col. Agr. 1618, vol. xii. p. 941.

2.

Membranaceus. In 16mo. ff. 152. Saec. xiii. exeuntis. Olim cod. Tho. Allen, in 16mo. 13.

1. Prognosticatio eclipsium ab anno 1281 usque ad an. 1300. **f. 1.**

2. Hymni ad Virginem Beatam et ad Jesum Crucifixum, cum notis musicis. **ff. 4^b–5^b.**

Inc. i. 'In te concipitur, O Virgo regia,
Rex a quo regitur celestis curia.'
ii. 'Lator justitie latronum medius,
Matris in facie, torquetur anxius.'

3. Dialogus inter Mariam Magdalenam, quaerentem Dominum in horto, et Jesum Ipsum. **f. 5^b.**

4. English poem upon the Passion; 24 lines. **f. 6.**

Beg. 'Hi sike al wan hi singe for sorue yat hi se,
Wan hic wit wepinge biholde apon ye tre.'

5. Prayer and hymn to the B. Virgin. **f. 6^b.**

Beg. 'Hayl Mari, hic am sory, haf pite of me and merci.'

6. Kalendarium. **ff. 7–13.**

In die 4 Oct. 'Natale beati Francisci, ordinis Fratrum Minorum fundatoris.' 14 Nov. 'S. Laurencii archiepiscopi Dublin.' 16 Nov. 'S. Eadmundi Cantuar. Archiepiscopi et conf.'

7. Tabula per quam sciri possint indubitanter dies Septuagesimae, Quadragesimae, Paschæ, et bisextus. **f. 14.**

'Anno gratie M.CC.LXXXII . . . . inchoata est ista tabula.'

8. Pious resolutions; in verse; 12 lines. **f. 16.**

Beg. 'No more willi wiked be,
Forsake ich wille yis world is fe.'

9. French address and verses to the B. Virgin. **f. 15^b.**

Beg. 'De ma Dame du cel chanteray uni chant. Ki seynt Gabriel vynt et salvont.'

10. Tractatus de Kalendariis componendis. **f. 16.**

Inc. 'Per veterum sagacitatem compositus fuerat Kalendarius.' Insunt multi versus memoriales.

11. Tractatus de Logica; *imperf. ad finem.* **f. 26.**

Inc. 'Cum sit nostra presens intencio ad artem dyalecticam, primo oportet scire quid sit materia artis dyalectice.'

12. Fragmentum tractatus cujusdam de Kalendario; expositio versuum. **f. 95.**

13. Tractatus de divisione temporis. **f. 96.**

Inc. 'Compotista autem partes temporis, quandoque die majores, quandoque die minores, determinat.'

14. 'Contra fluxum sanguinis;' quatuor formulae superstitiosae (*Anglice*, 'charms'), *Lat. Angl.* et *Gall.* **f. 111.**

Inc. 'Tres boni fratres per unam viam ambulabant.'

15. De compositione quadrantis. **f. 112.**

Inc. 'Post chilindri compositionem, nunc cujusdam instrumenti horologici, viz. quadrantis, compositionem, investigemus.' Cf. cod. 98 *infra*, art. 26.

16. Tractatus de universalibus, *imperf. ad fin.;* praemissa tabula in qua *homo* deducitur a genere generalissimo, *substantia*. **ff. 121, 122.**

Inc. '*Nulla est affirmacio in qua universale universaliter sumptum predicatur;* ut dicit Aristoteles, et hoc potest esse tripliciter.'

17. 'Philosophia Aristotelis per magistrum Rogerum Bourth, per dominum Robertum Russel de Merstone philosophice relata.' **f. 141.**

Inc. 'De philosophia inquirenda, quedam continet necessaria et quedam utilia.'

Expl. (f. 147) 'hanc tamen neque sciens provide reprobavi. Explicit Philosophia Aristotelis reportata per dominum Robertum Russel de Merstone.'

18. Formulae pro epistolis incipiendis et responsis rescribendis. **f. 149.**

19. Tractatus brevis grammaticus de litteris, syllabis, diphthongis, et variis dictionum terminationibus. **f. 150.**

Inc. 'Quid est litera? Litera est minima pars vocis.'

3.

Membranaceus. In 12mo. ff. 130. Saecc. xiii et xii. Olim signo 'A. 183' notatus in bibl. Tho. Allen, in 16mo. 12.

1. Breviarium Anglicanum; ab Adventu usque ad Commemorationem plurimorum martyrum; *mutil. ad fin.* **ff. 1–59, 91–130.**

Deest fol. unum inter ff. 58, 59. Congruit, ut videtur, textus potius cum Brev. Ebor. quam cum Brev. Sarisb.; forsan autem tertia quaedam forma hic exhibetur.

2. Petri Alfunni liber de Proverbiis [sive Narrationes Morales]. **ff. 60–90.**

Inc. prol. 'Dixit Petrus Alfunnus servus Christi Jesu, compositor hujus libri, Gratias ago Deo,' etc. 'Deus igitur in hoc opusculo mihi sit in auxilium qui me librum hunc componere et in Latinum transferre compulit.'

Inc. narratio prima, 'Enoch philosophus, qui lingua Arabica cognominatur Erlrich, dixit filio suo, Timor Dei sit negociatio tua.'

Inc. ultima, 'Heremita quidam quesivit a magistro, Quid faciam in hoc seculo quod me precedat in alio?'

Quaedam ex narrationibus exstant, versione alia, ad calc. Fabb. Aesopi, ed. per Rimicium, fol. s. l. et a.

4.

Membranaceus. In 12mo. ff. 112. Saecc. xiii et xii. Variis manibus exaratus. Olim 'A 127' in bibl. Tho. Allen, in 16mo.

1. (*Saec.* xiii.) Commentarius in canonem Missae; in folio rejectaneo, manibus secunda et tertia, intitulatus, 'Tractatus super canonem Misse Thome de Stureya.' **f. 1.**

Inc. '*Vere dignum et justum est,* [etc.] Gratias agamus ut a nobis sacrificium accipias.'

Expl. 'Et quod debeamus in pace manere signamus.' Sequitur directio de forma litterarum observanda, etc., in textu canonis transcribendo.

---

2. (*Saec.* xiii.) Poema de ruina Romae, a quibusdam Gualtero Mapes ascriptum. **f. 31.**

Inc. 'Propter Syon non tacebo,
Sed ruinam Rome flebo.'

Apud Flacii Illyrici *Varia de Ecclesiae statu poemata,* 8°. Basil. 1557, p. 408; *The Latin Poems of W. Mapes, ed. by T. Wright,* 4°. Lond. 1841, p. 217. Desinit autem exemplar nostrum ad versum, 'et carina deperit,' p. 413 editionis primae, p. 221 secundae jam citatae.

3. 'Alia;' poema contra ambitiosos et avaros. **f. 32.**

Inc. 'Multi cum currentibus currunt ad coronam,
Juvenalis autumat sumere personam,
Sed cum bene noverim Pallada Latonam
Semper ego aud. t. n. ne. reponam.'

Cf. versionem aliam apud Wright, *ibid.* p. 152.

4. 'Alia;' poema de eisdem. **f. 33^b.**

Inc. 'Multiformis hominum fraus et [in]justicia,
Letalis ambicio, furtum, lenocinia.'

Cf. *ibid.* p. 153.

5. 'Alia;' de vi pro lege posita, sive de lege baculi. **f. 35.**

Inc. 'Baculare sacramentum
Nec recenter est inventum,
Nec sine misterio,
Ab antiquo manus rata
Scripto legis figurata,
Baculi religio.'

6. 'Alia;' querela ad Papam. **f. 36^b.**

Inc. 'Nostri moris esse solet
Quando festum turbas olet
Loqui lingua clerici,
Ne si forte quid dicamus
Unde risum moveamus,
Cachinnantur laici.'

Versio alter exstat apud Flacium, *ut supra,* p. 9; Wright, p. 57; et alibi.

7. 'Alia;' de judicio sacerdotum avarorum. **f. 37^b.**

Inc. '*A la feste sui venuz;* et ostendam quare
Singulorum singulos mores explicare.

Expl. 'Jam satura faciat finem sue litis.'

Insunt hic illic quaedam verba Gallica.

8. Sententiae ex Seneca. **f. 38^b.**

9. De duabus nativitatibus Christi. **f. 40^b.**

10. (*Saec.* xiii.) Notae variae theologicae; de morte Ishbosheth mystica expositio; percussionum genera; insignia tribuum Israel; mansionum septem januae; de septenplici Bethlehem; etc. **ff. 41–47.**

Sequuntur tria folia vacua.

---

11. (*Saec.* xii.) Macer de Virtutibus herbarum; carmine. **f. 48.**

Folium ultimum manu saec. xiii. suppletum est.

Sequuntur undecim folia vacua.

---

12. (*Saec.* xiii.) Poema pium et morale semi-Saxonicum, strophas CXCI, singulas ex quatuor versibus constantes, continens. **f. 97.**

Incip. 'Ic am elder þanne ic þes,
A þintre ⁊ ec a lore,
Ic ealdi more þanne ic dede,
Mi þit oȝhte to bi more.'

Strophae xxxvii impressae exstant apud Hickes, *Lingg. Vet. Septent. Thes.,* 1705, Grammat. Anglo-Saxon., pp. 222-4, ubi autem formae litterarum saepe antiquiores exhibentur quam quae in codice inveniuntur. Edidit collatis sex aliis codicibus, Herm. Lewin, 8°. Halle, 1881.

13. (*Manu secunda.*) Versus sexdecim de Christo et matre Ejus. **f. 110^b.**

Inc. 'Virgo parens loquitur et mistica res aperitur,
Se notat et Natum, verbis signisque notatum.'

14. (*Manu tertia.*) Versus de quadam statua sculpenda. f. 111^b.

Strophae decem, singulae quatuor versus continentes.

Inc. 'Si de leto stigmate metra queam fari,
De pusillo temate destino scrutari,
Promptus emtimemate me cepit ortari
Rithmico poememate (*sic*) parum spaciari.'

In Catalogo MSS. anno 1697 in lucem emisso, sed multo antea a Ger. Langbaine compilato aut saltem transcripto (cujus autographum exstat in cod. Langbain. xix. p. 455), ad finem brevissimae descriptionis hujus codicis inserta sunt haec: 'Alfredi Regis Parabolae, Saxonice.' Sed in autographo jam citato (p. 471) adduntur verba, 'non comparent;' nullam etiam de his mentionem facit idem Langbaine in indice contentorum codicum Digbeianorum ab ipso circa an. 1650 confecto, Langb. MS. iv.

5. [B. N. 1.]

Membranaceus. In 12mo. ff. 85. Saecc. xii et xiv. Olim cod. Tho. Allen, in 16°. 9. Hodie *Auct. B. N. Digb.* 1. notatus.

1. L. Annaei Senecae Declamationes, sive Epitome ex libris controversiarum. f. 1.

Tit. 'Liber Annei Senece qui declamationum liber dicitur, Novato, Senece, Mele filiis datus.' Duabus manibus exaratus. *ff.* 68–72 *vacant.*

2. Kalendarium Johannis Somer, de ordine Fratrum Minorum, ad meridiem universitatis Oxoniae anno Domini 1380 compilatum. f. 73.

Praemittuntur tabulae duae ostendentes aureum numerum et litteram dominicalem pro omni tempore; sequuntur tabulae lunares, etc., et tabula exhibens figuras eclipseon solis et lunae ab anno 1387 ad 1462.

6.

Chartaceus. In 16mo. ff. 396. Saec. xvi. ineuntis. Mutilus in principio.

1. Sententiae et apophthegmata Graeca ex variis antiquis auctoribus, tum ecclesiasticis, tum ethnicis, collectae; ἀκεφ. f. 1.

2. Sententiae proverbiales, ordine alphabetico; *Gr.* f. 152^b.

3. Excerpta ex Patribus, sive Florilegium; *Gr.* f. 161. E Chrysostomo (ff. 161, 245, 384), Basilio Magno (f. 278), Isaaco Syro (f. 309), Marco Eremita (de lege spirituali, f. 342), 'ἐκ τῆς κλίμακος' (*scil.* Scala Paradisi Joannis Climaci, f. 379^b).

4. Beatitudines quædam undecim; *Gr.* f. 382.

Vacant sex folia inter 383, 384.

5. Catechesis quintodecima S. Cyrilli Alexandrini, de secundo Christi adventu; *Gr.* f. 389.

6. Narratio de miraculis quibusdam archangelorum Michaelis atque Gabrielis (*init. solum*); *Gr.* f. 392^b.

Inc. 'Βασιλεύοντος τοῦ Νικηφόρου τοῦ ἐπικεκλημένου βοτηνιάτου.'

7.

Chartaceus. In 12mo. Saec. xvi. exeuntis. ff. 193.

1. Orationes duæ, *Graece*; 1. Ad Dominum Jesum Christum, 'περὶ ἐξομολογήσεως:' 2. Ad B. Virg. ff. 1, 2^b.

2. Calendarium Graecum. f. 7.

3. Oratio Dominica et Symbolum Nicaenum: *Græce.* f. 20.

4. Horae B. Virginis, *Latine* sed Graecis characteribus expressae. f. 23.

In foliis 187–191 ad calcem rejectaneis sunt versus quidam e libro primo Regum, *Hebraice*, moderna manu exscripti; et in fol. 193 nomen, '...... Saltford, Brancasters, Norff.'

8.

Chartaceus in 12mo. Saec. xvi. ineuntis. ff. 229, veteri enumeratione, praeter duo ad initium libri.

1. Theologica varia, sive loci communes cujusdam prædicatoris in Anglia et Scotia itinerantis, annis 1493, 1500–1, et 1503–1515.

Praeter sermones varios aliaque ejusdem generis, insunt diaria ecclesias recensentia in quibus, et textus e SS. Bibliis super quibus, sermones habiti sunt, praesertim apud et juxta Londinum, apud Richmond et Grenovicum, Southamptonam alibique in comit. Hanton.; in comitatu Cantiae; apud Novocastrum-super-Tynam aliaque loca in partibus borealibus; et in Scotia apud Edinburgum, Stirling, villam de S. Johanne, Elgin, variaque loca in comitatu Aberdonensi.

2. (*Manu secunda*). Exorcismi atque conjurationes (*Anglice*, 'charms).' ff. 104–139.

3. (*Manu tertia*). Tabulae analyticae de virtutibus et vitiis aliisque theologicis; cum indice, manu cujusdam possessoris libri addito. ff. 153–194.

In folio primo est prognosticatio astronomica pro anno 1524.

9. [B. N. 2.]

Membranaceus. In 8vo. Saec. xiv. ineuntis. ff. 530, binis columnis. Hodie signatus, *Auct. B. N. Digb.* 2.

Biblia Latina, versione Vulgata, cum prologis Hieronymi.

10.

Membranaceus. In 8vo. Saec. xv. ff. 21. In fol. primo, insignia Regis Franciae, *sc.* tria lilia aurea in scuto caeruleo, sub aurea corona. In fol. ad finem rejectaneo, 'Robert Kynnard, surgean, youre poore servaunt.' Inter MSS. Tho. Allen, 8 in 16mo.

'Le Liure de la pierre de vye des philosophes, le quel maistre Arnault de Villeneufue, souuerain medecin des medecins, a fait et compose.'

Beg. 'I entens composer et declarer la chose merveilleuse dypocras, G., Haly et Avicenne.'

End. 'Et pour tant soit geite ou purs de penitence qui revelle ce secrett aux impuissans et aux foulx.

Cy finist lepistre contenante les vertuz de la pierre de la vie humaine, faicte par maistre Arnault de Villeneufue.'

11.

Membranaceus. In 8vo. Saec. xiv, xiii, variis manibus exaratus. ff. 203. Desunt folium unum in initio, quatuor inter ff. 63, 64, et etiam alia alibi. In fol. ult., 'Wyllyam Bradwey.' Olim inter codd. T. Allen.

1. [*Saec.* xiv.] Summa quaedam de natura rerum, libris undecim comprehensa; *imperf.* **f. 1.**

Incip. ad cap. 3. lib. I. de Angelis. 'Describuntur et pennati et alati quia a contagione terrena penitus alieni.' Sequuntur libri de anima, de corpore hominis, de naturalibus mundi phenomenis. et de lapidibus. Desin. 'Zingintes, lapis vitreus, gestatus videlicet contra victilopam, sanguinem stringit, [*etc.*] Et hec de gemmis pro nunc sufficiant. Explicit liber xi.'

2. 'Liber Suda;' excerpta, biographica praesertim atque historica, ex Suida; capitulis lxxi; *imperf.* **f. 33.**

Incip. in cap. 31, de Serapione:—'dixit suaderi ipsum sociari alteri viro.' Cap. ult. est de passionibus. Desin. '*Menis* autem est ira quaedam inveterata, invida et insidiativa; *Tymos* autem ira principa[ta] *Explicit liber Suda.*'

Sequitur nota (f. 43b) de monumento apud Romam invento habente in tribus circulis tres inscriptiones, 'Exspendi, donavi, servavi, negavi,' etc.

3. 'Incipit Itinerarium fratris Odorici de ordine Minorum, approbatum sub manu notorii publici, de mirabilibus Indie.' **f. 44.**

Incip. prol. 'Noverint universi quorum interest quod quidam frater ordinis Minorum, Odoricus nomine.' Incip. liber, 'Licet multa et varia de condicionibus hujus seculi enarrantur a multis.' Expl. lib. '—in quibus vivere et mori me dispono, si placuerit Deo meo altissimo.' Expl. append. '—Sed non de omnibus, quia sunt innumerabilia, et mihi difficilia ad scribendum.'

Inest narratio de martyrio quatuor fratrum Minorum.

Exstat abbreviatio apud *Acta Sanctorum,* Jan. vol. 1. pp. 986–992.

4. 'Incipit Vita Tartarorum,' sive liber de moribus eorundem, auctore Joanne de Plano Carpini. **f. 59b.**

Inc. 'Omnibus Christi fidelibus.'

Expl. (in litteris Papae missis) 'Postea autem quid futurum sit nescimus: solus Deus veritatem novit. Explicit Vita Tartarorum. Amen.'

Desunt quatuor folia, barbara manu exscissa, inter ff. 63, 64, et etiam quaedam inter ff. 64, 65. Desinit textus mutilus in sect. iii. cap. vi. ad verba 'et homines ficcionis ut superius dictum est;' p. 32, vol. ii. operis cui tit. '*Hakluyt's Voyages,*' et p. 694 editionis cura—M. A. D'Avezac in vol. iv. collectionis per Soc. Galliae Geographicam vulgatae, intit. '*Recueil de Voyages et de Mémoires,*' 4° Par. 1839. Sequuntur litterae Regis Tartarorum ad Papam. impr. p. 594 editionis proxime citatae.

5. De mirabilibus Romae. **f. 65b.**

Incip. 'Circa situm et diversitates sanctissime civitatis Rome.' Des. '—et in eodem loco depingitur ymago Salvatoris. Explicit.'

6. De civitatibus Marcilia, Janua, Pisa, Florentia, Aretia, Assisio, et aliis Italicis. **f. 68.**

7. 'Incipit exposicio epistole Valerii ad Ruffinum de uxore non ducenda;' commentarius, scilicet, in partem distinctionis quartae libri Gualteri Mapes *De Nugis Curialium.* **f. 69.**

Inc. in expositione verborum 'Loqui prohibeor et tacere non possum,' etc., et desin. ad verba, 'In fornace positus es; si ergo aurum es, exibis purior;' pp. 142–150 editionis operis Gualt. Mapes per Soc. Camden. sub cura Tho. Wright anno 1850 vulgatae. Desinit autem expositio imperfecta, sex foliis vacuis ad finem additis in quibus reliqua inserere scriba sibi proposuisset.

Ex septem artt. jam descriptis, manu una ac eadem exaratis, constabat olim codex in bibl. Tho. Allen, '7. 16mo.,' postea numero 'A. 163,' signatus.

---

8. (*Saec.* xiii. *usque ad art.* 27) Tractatus de physiognomia. **f. 92.**

Praefixus est titulus, litteris rubris, hodie vix legendus: 'Incipit phisiognomia. Liber pre . . . . . . mourt. (?)

Incip. 'Ex tribus auctoribus quorum libros pre manibus habui.' Desin. 'Oculi stantes, parvi, humidi, maliciosum et viciosum hominem significant.'

Exemplar aliud exstat in cod. Trin. Coll. 17.

9. Formulae et phrases pro litteris incipiendis et conscribendis (ut videtur) aptae, cum excerptis quibusdam ex epistolis res monasticas tangentibus. **f. 94.b**

10. Dialogus Adelardi [archidiaconi Bathoniensis], et nepotis ejus [super quaestionibus naturalibus], cum prologo et tabula capitulorum. **f. 97.**

Desinit incompletus in cap. 22, ad verba 'ipsam formarum concepcionem quam visum vocamus.' Prologus, cap. primum et tabula, variis codd. MSS., collati, transcripti exstant in cod. Langbain. xii. fol. 1. Prologus impressus est in *Thes. Anecd.* per Martene et Durand, fol. Par. 1717, vol. i. col. 291.

11. Sententiae quaedam ex verbis aequivocis compositae. **f. 103.b**

Ex. gr. 'Prelati, re lati, pre cunctis elati, Christi isti jus hereditatis dant ere ditatis, Heliseo dispares: dis par es hiis si semper pares.'

Artt. 8–11. olim cod. 5 Tho. Allen in 16°.

---

12. Fragmentum ex sermonibus quibusdam, partim de misericordia, partim in Adventu habitis. **ff. 104–110.**

13. Tabula indulgentiarum singulis diebus a Septuagesima usque ad Dominicam in Oct. Paschae in ecclesiis apud Romam. **f. 110b.**

14. 'Signa de adventu Domini ad judicium.' **f. 112.**

15. Collectio sententiarum, sive Florilegium, ex Sacra Scriptura de variis vitiis et virtutibus. **f. 113.**

16. Recepta varia pro coloribus faciendis. **f. 124b.**

17. Nota de quatuor personis in Scripturis per quas peccatores maxime spem concipiunt. **f. 128.**

18. Nota de milite in torneamentis propter missas auditas vincente. **f. 128b.**

19. 'Nomina abathiarum ordinis Cistercii in Anglia.' **f. 128b.**

20. Nota de mensuris distantiarum, secundum magistrum Hugonem. **f. 129b.**

21. Versus grammaticales. **f. 130.**

Incip. '*Doctrinale.* Dant in *os* hec facta tibi declinante secunda,
Hec paradisus habet, nardus, domus atque iacinctus.'

22. Narratio de Secundo philosopho. **f. 133.**

Inc. 'Secundus philosophus fuit. Hic philosophatus est omni tempore in silencio.' Des. manca,—'incogitabilis inquisicio.'

23. Narrationes variae de monachis, sacerdotibus, aliisque; inter quas, de Judaeo in Paradiso per subtilitatem commorante, ex 'libro Petri Anfulsi [*lege* Alfunsi] contra Judeos;' de Johanne, qui

et Gerebertus dictus est, anno 1011 papa facto, in artibus magicis perito [Silvestro II?]; de miraculo anno 1013 in Saxonia in Othbertum quendam operato, 'tempore Ethelredi regis regnante (*sic*) in Anglia.' **ff. 135–142.**

24. Notae breves ex Gregorio, Bernardo, et Augustino, aliaque theologica. **ff. 142^b–3^b, 144^b–5.**

25. De rebus variis triplicibus: *scil.* de triplici Verbi Domini usu bono; de triplici invidia Judaeorum contra Dominum; de tribus causis quare Ille passus est; de triplici adventu Ejus. **ff. 143^b–145.**

26. Narratio de heremita quodam Anglico, Godmannus nomine, et de vita ordinaria Oswaldi Regis cum Regina ejus. **f. 146.**

Inc. 'Erat quidam solitarius in partibus aquilonalibus Anglie, Godmannus, *i.* homo Dei, nomineque opere.'

27. Chronicon breve Angliae a Bruto usque ad an. 1270. **f. 149.**

A quodam monacho de Stanleye, in com. Wilt., ut videtur, compilatum; insunt enim notae de successione abbatum et de domorum edificatione, ecclesiae dedicatione, etc. Praemissus est titulus, 'Incipit particula quedam de libro qui vocatur Brutus.'

28. (*Saec.* xiv.) Sermo in Esaiae cap. xxx. vers. 21. **ff. 187^b, 201^b.**

29. Story, in English, of a man who died unshriven of one particular sin; *unfinished.* **f. 190.**

30. Expositio Orationis Dominicae et Salutationis B. V. Mariae. **ff. 191, 194.**

31. Sermo in S. Luc. XIV. 10, in die Assumptionis B. V. Mariae. **f. 199^b.**

Ex artt. 12–30 constabat codex T. Allen, numero 'A 186' signatus: ff. 104–147 olim etiam, ut ex veteri (sed, ex parte, erronea) numeratione apparet, in quodam alio volumine majore pro ff. 551–592 locum habuerunt.

12.

Codex membranaceus. In 8vo. Saec. xiv. ff. 413. Binis columnis exaratus. 'Ex bibliotheca Jani Rutgersii.'

Bartholomaeus Glanville, Anglicus, ordinis Fratrum Minorum, de Proprietatibus Rerum; libris xix, cum prooemio et tabula contentorum, et, in fine, catalogo auctorum ex quorum scriptis tractatus compilatus est.

13.

Membranaceus. In 8vo. Saec. xii. ff. 95. Olim cod. Allenianus, 'A. 145.' Variis manibus exaratus.

1. [Marbodei] Liber de naturis gemmarum. **f. 1*.**

Inc. 'Evax Rex Arabum legitur scripsisse Neroni.'
Saepe impressus.

2. Tractatus brevis de lapidibus pretiosis, manu saec. xii; cui subsequuntur alia brevia ejusdem generis, manu altera, ejusdem saec. exeuntis. **ff. 17, 20.**

Inc. 'Orites alius niger, alius viridis.'

3. Of pearls; *in French.* **f. 21.**

4. Poema in mortem cujusdam Willelmi prioris. **f. 22.**

Inc. 'Non decet hunc igitur vacuum defflere querelis
Quem letum summi nunc tenet aula poli.'
Expl. 'Anima Willelmi prioris requiescat in pace.'

5. Tractatus de gemmis. **f. 23.**

Inc. 'Omnium gemmarum virentium smaragdus principatum habet.'

6. Leges Canuti Regis. **f. 41.**

Inc. '*Incipiunt quedam instituta de legibus secundum Cnud regem Anglorum.* Hec est institutio quam Cnud rex cum consilio principum suorum sapientum.' Expl. '—valere juramentum vi villanorum, quia pretium ejus est, id est peregeld.' Desin. in cap. 127. Textus in pluribus concordat cum eo quem e collatione Harl. MS. 746, J. L. A. Kolderup-Rosenvinge anno 1826 publici juris fecit.

7. Macer (*ut fertur*) de viribus herbarum. **f. 58^b.**

Titulum habet, 'De viribus herbarum. Liber Omad'.' Qui autem hoc nomine designatus sit, nisi *Odo* quidam cui a quibusdam poema ascriptum est, ignoratur.

Praemissa est, in ff. 54–58, tabula analytica herbarum viriumque suarum; notae etiam quaedam marginales adjectae sunt, inter quas sunt Anglica synonyma. Ordo sectionum non concordat cum ea in editione anno 1832 per L. Choulant vulgata. Desinit poema ad finem sect. xlvi, de asaro,

'Juxta quod vires, etas et tempora poscunt. Explicit.' (f. 82). Deinde, foliis duobus intervenientibus, sequuntur (ff. 85–89^b) sectiones xlvii–lxxvii, quarum ultima est (ut in impressis) de aloe; adduntur etiam sectiones novem (Titimallis, Rafanum, Pentaphilon, Diptannum, Pimpinella, Ros marinus, Consolda, Luvestica, Millefolium) quae non, ut videtur, impressae exstant.

8. 'Exceptiones de libro Henrici,' de herbis variis. **f. 91.**

Ex libro Herbarum compilato, ut Lelandus aliique scribunt, per Henricum de Huntingdon.

Folium primum in volumine, supervacaneum et mutilum, ornamenta quaedam coloribus depicta habet, una cum verbis 'De Hilarii Libro de trinitate cum ceteris....'

Ad calc. sunt folia duo (ff. 93, 94) ex computis maneriorum quorundam in com. Cantiae; 1. 'Exitus bladi de Sibertesweld tempore Willelmi anno quo obiit, anno Domini, M.CC.XXXIX;' 2. 'Recepta et expensae Thomae de Bureford apud Colrede,' etc.

14.

Membranaceus. In 8vo. Saec. xv. ineuntis. ff. 160.

The Prick of Conscience; a poem by Robert Grosseteste, Bishop of Lincoln.

Tit. '*Hic incipit quidam tractatus magistri Roberti Grosthed, episcopi quondam Lincolniensis, doctorisque egregii in theologia, et vocatur Stimulus Consciencie.*'

Prol. beg. 'The myzt of the fader almyzty.'
Poem ends, 'That for oure hele in rode gan honge. Amen.'

On a flyleaf at the beginning:—

Oratio S. Augustini, quam 'si quis dixerit vel super se portaverit, nullus inimicus ei nocere poterit,' etc.

At the end:—

1. Sententiae morales, ex Isidoro. **f. 159.**
2. Nomina regum Angliae, ad Hen. VI; etc. **f. 160.**

15.

Membranaceus. In 8vo. Saec. xv. ff. 135.

Tractatus varii arithmetici atque astronomici.

1. Computus manualis, in sex partes divisus, intermixtis versibus multis ad memoriam juvandam aptis. **f. 1.**

Ad calc. 'Explicit computus manualis secundum usum Cantebrig. quod Bernys scripsit.'

2. [Alexandri de Villa Dei] Carmen de algorismo. **f. 11b.**

Inc. 'Hec algorismus ars presens dicitur, in qua.'
Expl. 'Multiplicandorum de normis sufficiunt hec.
Explicit tractus algorismi, etc.
Asty.'
Impress. per J. O. Halliwell apud *Rara Mathematica*, 8°. Lond. 1838 et 1842.

3. [Johannis de Sacro Bosco] Tractatus de sphaera. **f. 19b.**

Inc. 'Tractatum de spera in quatuor partes dividimus.'
Expl. '—aut Deus nature patitur aut mundana machina dissolvetur. Ex quibus exiliter dictis evidet intuenti formam mundialis machine, una cum singulorum particulis superius principaliter intentorum,' etc.
Exstat saepius impressus.

4. Walteri Brit Theorica planetarum. **f. 58b.**

Inc. 'Circulus ecentricus egresse cuspidis, et circulus egredientis centri sunt idem.'
Expl. '—et ideo luna non retrograditur et istius ca' [canoni?] subditur, etc. Explicit Theorica domini Walteri Brit, quondam socii collegii de Merton,' etc.
In quinque foliis sequuntur figurae quae motus planetarum illustrant.

5. Kalendarium, cum tabulis et figuris eclipsium, aliisque astronomicis. **ff. 98–112.**

Ad diem Junii 21 notatur, 'Dedicacio ecclesie beate Marie de Eton.'

6. Tractatus de luce et visu. **f. 113.**

Inc. 'Prima conclusio experimentalis est Avycenne quod lux habet aliquam operacionem in visum.' Expl. '—pars autem una istuc, pars autem ultra illuc, vertitur.'

7. De numeris absolutis. **f. 122.**

Inc. 'Primo quere an sint certe regule sub certis ordinibus posite ex quibus numeri absoluti procreantur.'
Expl. '—non faciunt numeros contra se positos, quod tamen sequitur ex regula Boicii ibidem.'

8. Notae de officio oratoris, divisione orationum, speciebus argumentorum, etc. **f. 129.**

Inc. 'Oratoris officium est de hiis rebus posse dicere.'

9. Varia de motu corporis ponderosi. **f. 133b.**

16.

Membranaceus. In 8vo. Saec. xiv. ff. 223. Olim inter codd. Tho. Allen, 65, et 'A. 164.'

1. 'Liber de Ymagine Mundi, editus a reverendo patre ac domino Petro [de Casa], patriarcha Iherosolimitano;' libri tres; cum prologo et tabula capitulorum, numero cxxxiv. **f. 1.**

Capp. 1–100, quae libros i. ii. conficiunt, eadem, de verbo in verbum, sunt ac totidem quae in *Historia Hierosolymitana* Jacobi de Vitriaco inveniuntur. Dein sequitur (f. 120) 'Liber tercius de corrupcione habitancium in Terra Sancta,' in quo habentur quaedam de corrupto statu civitatis Parisiensis, ac descriptiones ordinum variorum religiosorum. Insunt multa valde lectu digna.

2. 'Exempla magistri Jacobi de Vitriaco;' sive documenta moralia et theologica ex rebus variis et ex vitis sanctorum aliorumque illustrata. **f. 165.**

Inc. 'Navis per se descendit fluvium, sed per se non ascendit. Similiter homo.' Insunt narrationes multae, breviter descriptae. Deest pars folii 176.

3. 'Hystoria Nichodemi de gestis Salvatoris que inventa est in pretorio Poncii Pilati.' **f. 208.**

Inc. 'Factum est in anno decimo nono imperii Caesaris.'
Expl. 'Que gesta sunt de Jhesu in pretorio meo.
Explicit hystoria Nichodemi quam invenit Theodosius magnus imperator in Jerusalem in pretorio Pontii Pilati in codicibus publicis.'

17.

Partim membranaceus, saec. xiii, xiv; partim chartaceus, manu extera, saec. xv. exeuntis. ff. 178. In 8vo. Olim 'liber Joh. Parker;' postea, inter codd. T. Allen, 54, et 'A. 146.' In fol. ult. est nomen Roberti Frelove, litteris Hebraicis ut et Latinis.

1. (*Membr.*) Quaestiones et responsa de significatione variorum rituum atque caerimoniarum in Ecclesia ab Septuagesima usque ad Adventum usitatorum. **f. 1.**

Forsan initium deest. Inc. 'Quare lxxa. celebratur [*etc.*] * * * * Quare lxa. celebratur.' Expl. 'Quare ab incipiente Adventu Domini usque ad noctem Nativitatis Domini, Gloria, Gloria in excelsis Deo non cantatur [*etc.*] * * * * * quam tempore Veteris Testamenti.'

---

2. (*Chartac.*) Nota 'de circulo altitudinis, quid est, ex Epistola Bacun.' **f. 12.**

3. 'De algorismo in fractionibus phisicis tractatus, duo habens capitula.' **f. 12b.**

Inc. 'Iste tractatus est multum utilis volentibus aliquid scire in commutacionibus astrologie.'

4. Tabula radicum mediorum motuum solis et lunae et capitis draconis in annis Christi 1340–1600 collectis super meridiem Oxon. **f. 15b.**

5. 'De ciclo lunari Arabum qui constat annis 30.' **f. 16b.**

6. Tractatus de ratione totius anni et mensium Hebraeorum, secundum Chaldaicam supputationem; capitulis duobus. **f. 20.**

Super tit. sunt haec: 'Jhesus, Maria, Franciscus.'

7. De annis, mensibus et diebus Hebraeorum. **f. 32.**

8. 'Canones tocius anni et Paschalis festivitatis, et mensium ordo et festorum omnium anni.' **f. 36b.**

9. 'Compotus domini Roberti Lincolniensis episcopi;' accedit tabula. **ff. 41, 69b–70.**

10. Ars faciendi chronica paschalia. **f. 68.**

11. Excerptum ex sexto libro Etymologiarum Isidori de cyclo paschali. **f. 70b.**

12. De Pascha. f. 71^b.

13. Libri x. et xi. cujusdam tractatus de calculationibus astronomicis. f. 73.

Tit. lib. x. 'Liber decimus mensem paschalem ab equinoctio vernali dependentem per astrologicam supputationem indagat.'

Tit. lib. xi. (f. 83^b) 'Liber ii. docet invenire conjunctiones et oppositiones luminarium per exactissimam et brevissimam supputationem,' etc.

Ad fol. 80 est tabula ostendens dies Martii in quibus contingit equinoctium ab anno 1500 usque ad 2740 et exinde dies Februarii usque ad annum 4000.

14. Quatuor libri elementorum Musices [per Joannem de Tewkesbury]. f. 91.

Incip. (*post argumenta librorum*) 'Diffiniciones. Intervallum est soni gravis acutique spaciorum habitudo.' Nomen auctoris inseritur in ora superiori manu E. de Coussemaker, qui inter *Scriptores de Musica* edere voluit.

15. 'Celestium imaginum omnium septentrionalium, videlicet meridionalium, et in orbe signorum suarum stellacionum sive siderum sive stellarum fixarum, tempore Alfonsi annis Christi scilicet completis 1251 et mensibus 5, verificatarum, longitudines ac latitudines et magnitudines sequuntur;' tabulae stellarum. f. 110.

16. 'Stelle fixe prime et secunde magnitudinis que sunt in 48 imaginibus celi, verificate ad eram Helizabeth Regine Hyspanie.' f. 128^b.

17. 'Tabula stellarum fixarum insigniorum.' f. 129.

18. 'Mundi in quatuor partes divisio secundum Pomponium Melam.' f. 131.

19. 'De divisione terre secundum climata, cum tabula ad hoc pertinente, secundum Alfraganum et autorem de spera.' ff. 133^b, 142.

20. 'Summaria descripcio tabule nostri orbis.' f. 137^b.

21. Tabulae 'parallellorum quoad quantitatem diei longiorum' [*etc.*], elevationum signorum, aspectus lunae, eclipsium, etc.; signa zodiaci; ac observationes variae astronomicae. ff. 139^b–155.

22. 'De diversitate annorum, ex Roberto Cestrensi super Tabulas Toletanas.' f. 156.

23. Figurae variae, tabulam zodiaci et orbem mundi illustrantes. ff. 157^b–162.

In verso fol. 162, 'Memento mei tibi carissimi in Christo Jesu,' subscriptis litteris quibusdam (BR, MVE aliisque) nomen scriptoris in forma monogrammatis exhibentibus.

---

24. (*Membr.*) Figurae duae, praecedentibus similes. f. 164.

25. Commentarius in tractatum [Aristotelis de plantis]. f. 166.

26. Commentarius in tract. quendam 'de differentia spiritus et anime.' f. 171.

Incip. textus. 'Spiritus est quoddam corpus subtile quod in humano oritur.'

27. Commentarius in tract. [Aristotelis] de longitudine et brevitate vitae, sive de morte et vita.' f. 172^b.

28. Commentarius in librum primum [Aristotelis] 'de celo et mundo.' f. 174.

Desinit imperfecte.

18.

Membranaceus. In 8vo. Saec. xv. ff. 93.

1. Kalendar. f. 1.

2. Exhortation of a sinner to amendment of life; by Richard Rolle of Hampole; in twelve chapters. f. 7.

Beg. 'Tarie þou not to turne to God.'
At the end: 'Expliciunt duodecim capitula Ricardi Hampole, heremite.'

3. The Seven Penitential Psalms, in English verse. f. 38.

'By Richard Hampole, heremyte.' In Rawlinson MS. 389 the author is said in the Prologue (in some lines which are omitted in this copy) to be Richard Maydeston, a Carmelite.

Beg. 'To Goddis worschipe þ^t dere us bouzte'
End. 'In heuenen kyngdom me to ceesen,
Graunte us Oo God and Persones þre. Amen.'

4. Litania. f. 64^b.

5. Rich. Rolle's Form of Living, (Forma Vivendi). f. 68^b.

Beg. '*In alle þi doyngis þenke on þe ende.* In ech a synful man or womman.'
End, 'I have schortly seid a fourme of lyuynge, and how men may come to perfectioun and love God þat han take hem þerto. If it do þee good þanke God, and praie for Richard heremite þat . . . . . . (*caetera desunt*).

19.

Membranaceus. In 8vo. Saec. xii. ff. 75. Bene exaratus. In fol. primo, 'Liber est Willielmi Reed, episcopi Cicestrensis, quem emit a domino Thoma Trillek, episcopo Roffensi. Oretis igitur pro utroque.' [Obiit Trilleck in anno 1372; Reed in anno 1385.] Denique, liber Tho. Allen.

Ailredi Rievallensis Liber de Genealogia Regum Anglorum.

Incip. prol. sine tit. 'Illustrissimo duci Normannorum,' etc., ut in impresso. Incip. lib. (f. 4^b), 'Religiosus et pius rex David.'
Desin. (f. 71), '—quod ministerio litterarum de te ad posteros transmittamus.'

Sequuntur haec:—

1. (*Manu saec.* xv.) Catalogus regum Anglorum ab Will. I. ad Edw. I. f. 71^b.

2. (*Manu saec.* xiv.) Hymni quatuor ad B. Virginem, quorum disticha singula verbis *Salve*, *Gaude*, *Ave*, et *Salve*, respective incipiunt. ff. 72–75.

Incip. i. 'Ave per quam fit sodalis immortalis et mortalis, possessor possessio,
Nomen Dei sustantivum item capit adjectivum, felix hec adjectio.'

ii. 'Gaude que cun[c]ta transisti cum celestis ostendisti nobis vite speculum,
Tu latoris es phicella, noveque legis cistella, currus et vehiculum.'

iii. 'Ave, Virgo speciosa, cujus laudi neque prosa neque metrum sufficit,
Virgo mitis, mali meta, vena vite, per quam tela dire mortis explicit.'

iv. 'Salve, de qua Deo gratum nummisma fit fabricatum quo mundus redimitur,
Preter morem usitatum, non per follem sed per flatum hec moneta funditur.'

3. Narratio brevis de Constantino imperatore et Eusebio nomina et festa sanctorum inquirentibus. **f. 73^b.**

4. (*Ad oram inferiorem fol. supervacanei, manu saec. xiv.*) Versus sex morales, 'secundum Johannem Theutonicum.'

20.

Membranaceus. In 8vo. Saec. xiii et xii. ff. 227. Manibus octo aut novem exaratus. Inter codd. T. Allen, in tria volumina distinctus, 'A. 171,' 'A. 178,' 'A. 173.'

1. Tractatus de circulis mundi. **f. 1.**

Inc. 'Nos juxta rectam ymaginacionem astrologiam inchoantes.'

2. Tabula differentiarum annorum secundum aeras varias. **f. 3^b.**

3. 'Incipiunt canones in motibus planetarum, scilicet celestium corporum,' cum figuris paucis. **f. 4.**

Inc. 'Quoniam cujusque actionis quantitatem temporis metitur spacium celestium motuum.' Expl. (fol. 22) '—per quas horas invenies signum oriens et ejus gradum sicut ostensum est in precedentibus. Expliciunt canones in celestibus motibus.'

4. Varia alia astronomica, speciatim de eclipsibus et de latitudine Veneris et Mercurii. **ff. 22–34^b.**

In fol. 28^b, post cap. 'de ascendente ad horam conjunctionis' sequuntur verba, 'Expliciunt canones in celestis (*sic*) motibus.'

Insunt quaedam metrica :—

i. De ascensionibus signorum. f. 25.
Inc. 'Vigesimo primo, Saturne, gradu caput altas.'

ii. 'Exaltationes planetarum et depressiones eorum in oppositis signis.' f. 27^b.
Inc. 'Summe pater, libra majestatem tibi libra.'

Ad fin. post cap. de latitudine Mercurii, sequitur cap. 'de fractionibus philosophicis quibus plus indigemus.'

5. Tractatus, sive notae miscellaneae, de annis, mensibus, et differentiis annorum secundum cyclos varios; item, de aequationibus, conjunctionibus planetarum, eclipsibus, etc.; cum figuris. **ff. 35–61.**

Inc. 'In nomine Domini nostri Jesu Christi. Scito quod annus lunaris sit ex CCCLIIII diebus.'

Expl. in cap. de significatione lunae in domibus variis, 'luna vero non sufficiens nisi modicum in hac significatione,' scil. in domo decima.

Desunt quaedam inter ff. 60, 61, et, ut videtur, ad calcem.

Artt. 3–5 habent interspersas notas multas, marginales et interlineares.

6. Fragmentum Florilegii cujusdam ex Verbis Domini et Apostolorum et ex dictis Patrum collecti; capp. xvii, xxix–lxiv. **f. 62.**

Cap. xvii. 'De sapiencia. Dominus dicit in evangelio, Estote prudentes.'

Cap. lxiv. 'De defunctis. Dominus dicit in evangelio, Stulte.'

Desunt quaedam inter ff. 62, 63, et duo folia inter ff. 72, 73.

7. Fragmentum tractatus cujusdam moralis, in quo capitula, 'De verbo ocioso,' 'De brevitate hujus vite,' et 'De lectionibus.' **ff. 73, 74.**

Ad calc.: 'Explicit liber Cassiodori senatoris.' Non autem inveniuntur haec inter opera ejus impressa.

8. 'De septem mortalibus peccatis.' **f. 74^b.**

9. 'Exortacio sancti Cesarii episcopi ad Monachos;' viz. Epistola sua secunda ad abbatissam et sanctimoniales, verbis paucis hic illic mutatis. **f. 77.**

10. 'Liber beati Leonis pape [IX] de conflictu viciorum atque virtutum.' **f. 82.**

Saepe impressus inter opera Leonis Magni; et col. 559, vol. cxliii. *Patrologiae Latinae* per J. P. Migne, 8°. Par. 1853.

11. Nota de septem sacramentis ecclesiae. **f. 92.**

12. Excerpta quaedam de officio boni pastoris. **f. 92^b.**

13. [Alanus de Insulis] de sex alis cherubim. **f. 95.**

Inc. 'Prima ala est confessio, non laudis.'
Saepe impr.

14. De quatuor quae separant animam a Deo, de poenitentia et de octo generibus confessionis. **f. 98^b.**

Inc. 'David rex et propheta concepto mundi hujus honore et gloria.'

Expl. '—tamen quedam opera plerumque habent similia.'

15. De quatuor quae confessionem impediunt. **f. 103.**

16. Pars tractatus cujusdam de confessione et poenitentia religiosorum. **f. 103^b.**

Inc. 'Petisti, amice, ut tibi scribendo aliquod traderem doctrine compendium quo scire posses quomodo viri religiosi ammonendi sunt ad confitendum.' Duo folia tantum restant; quae sequi deberent, desunt.

17. Epistolae variae de electione, anno 1235, Johannis de Hertford in abbatem S. Albani, scil. ad Regem Angliae et ad Papam et Romanam curiam, una cum litteris confirmationis per Episcopum Eliensem. **f. 105.**

Deest dimidium folii penultimi; folium ultimum etiam paene ex toto deficit.

18. Collectio Epistolarum R. prioris de Sancto N[eoto] et monachorum quorundam ejusdem domus, circa finem regni Hen. III.; inter quas etiam epistolae quaedam abbatias de Sancto Albano et de Newminster, prioratus de Tynemouth et de Brinkebourne, atque domum Hospitalarem de Standon, tangentes. **ff. 110–142.**

Nomina virorum non nisi litteris initialibus designata sunt.

19. Speculum ecclesiae, per Edm. Rich, *alias* de Pounteney, archiep. Cantuar., praemissa tabula contentorum; *Gallice*. **f. 143.**

Tit. 'Ceste some fist Seint Edmunde de Pontenye e lapela merure de Saincte Eglise.'
Incip. '*Videte vocationem vestram.* Ces moz de lapostele partenent a nus gent de religion.'

20. De confessione; explanatio vitiorum et peccatorum quae inquirenda sunt in confessione; de obitu, scil. quae dicenda sunt in extremis a poenitente. **ff. 158–161.**

Inc. 'Hec sunt de quibus inquisicio facienda est in confessione.'

21. Sententiae quaedam piae ex Patribus. **f. 161.**

22. 'De vii morteus pecchez; 'De dis Comandemens;' 'De duze articles de la fey;' 'De vii Sacremens;' [per Edm. de Pounteney?]. **ff. 162–6.**

Incip. 'Set morteus pechez sunt, orgoil [*etc.*] che kune de ceus ad montz de branches.'

23. Notae variae: 1. ad vocem clarificandam; 2. de casei natura; 3. quid sit utile itinerantibus; 4. incantationes ad omnes febres. **f. 166^b.**

---

24. Pars libri tertii tractatus Guitmundi de corporis et sanguinis Domini veritate, contra Berengarium. **f. 169.**

Incipit in verbis, 'Ut autem vis totius disputationis,' ad col. 1478, vol. cxlix, *Patrologiae Latinae* per Migne, 8°. Par. 1853.

25. Hymnus ad B. V. Mariam, cum notis musicis. **f. 192^b.**

Inc. 'Ave mundi spes Maria,
Ave mitis, ave pia.'

26. Bedae Vita S. Cuthberti. **f. 194.**

Bene scripta, manu saec. xii. ineuntis. Littera prima initialis figuram depictam exhibet.
Tit., 'Incipit prephatio venerabilis Bede presbiteri in vitam beati patris Cvthberti Lindisfarnensis episcopi.' Post prefationem deest folium unum.
Dein sequuntur capp. xxxi, xxxii (quae hic ut cap. xxx. recensentur) libri iv. *Hist. Eccl.*, de miraculis S. Cuthberti (f. 223). Et denique, quaedam alia miracula, scil.:—

i. 'Quomodo in peregrini habitu a ministro Aeluredi panem divisum accepit, qui postea integer inventus est, et quomodo idem Aeluredus ipso adjuvante rex effectus est;' pars, scil., cap. i. Historiae Translationis S. Cuthberti, sicut apud *Acta Sanctorum* (20 Mar.) et alibi, habetur. **f. 224.**

Imperf., desinens in verbis, 'viam qua ille venisset vel.'

Desunt quaedam.

ii. Pars cap. ii. Historiae Translationis supradictae, de transitu in Hiberniam impedito, verbis hic illic mutatis. **f. 225.**

iii. 'Quomodo paganus quidam, vocabulo Onalafbal, dum contra Dei confessorem injurias dixisset, in egressu ecclesie confixus interierit.' **f. 225^b.**

Pleniori forma narratur miraculum quam in cap. iii. supradictae Historiae.

iv. 'Quomodo Scotti qui terram Sancti Cuthberti et Lindisfarnense monasterium pervaserant subito terre hiatu obsorti sint' apud Mundingedune. **f. 326^b.**

Non nisi parca mentio hujus miraculi in saepedicta Historia (cap. iii.) invenitur, ubi autem haec adduntur, 'Qualiter autem gestum sit, alibi constat esse scriptum.' Sed nostra narratio exstat, ex alio exemplari ejusdem Historiae, apud Mabillon, *Acta SS. Bened.*, saec. iv. parte 2, p. 282, sub cap. vi.

v. 'Quomodo miles comitis Tostii, nomine Barcuuith, dum januas monasterii ejus infringere cupit, subito percussus interiit;' pars cap. v. Historiae Translationis. **f. 227^b.**

Imperf.; deficientibus foliis quibusdam in calce codicis.

21.

Membranaceus. In 8vo. Saec. xv. ff. 186.

1. 'Liber gloriosus Sancte Matildis virginis devotissime, quem Dominus noster Jesus Christus nominavit Librum Spiritualis Graciae;' scil., revelationes atque visiones; quinque libris, praemissis prologis duobus. **f. 1.**

Inc. 'Benignitas et humanitas Salvatoris nostri.'
Expl. '—super nos et preces nostros meliores erunt. Deo gracias. Explicit Liber spiritualis gracie Matildis. Amen.'

2. Alphabetum divini amoris, Joanni Gerson ascriptum. **f. 148.**

Ad calc. 'Explicit Alphabetum divini amoris de elevacione mentis in Deum venerabilis magistri Johannis Gerson, cancellarii Parisien.'
Inter *Opera* ejus, fol. Par. 1606, col. 1126.

22.

Membranaceus. In 4°. minori. Saec. xiv. exeuntis, xv. ineuntis. ff. 63. Ad fol. 11 est nomen, 'Thomas De.'

1. [Alexandri de Villa Dei] Carmen de Algorismo. **f. 1.**

Inc. 'Hec Algorismus ars presens dicitur, in qua.'
Inter *Rara Mathematica*, a Halliwell, 1841, p. 73.
Ad calc. 'Laus tibi sit, Christe, quoniam liber explicit artes (*sic*).
Christus laudetur, quia finis libri habetur.'

2. Versus septem de septem artibus. **f. 7^b.**

3. Carmen de arte multiplicandi. **f. 8.**

Inc. 'Si digitus digitum multiplicat inspice per quot.'

4. Tabulae exhibentes i. latam viam quae ducit ad mortem et arctam viam ad vitam; ii. zodiacum moralem; iii. legem Dei. **ff. 9^b–12.**

5. Commentarius in Orationem Dominicam. **f. 12^b.**

Inc. 'Inter omnia que fragilitas humana facere potest.'

6. De confessione, et de modo audiendi confessiones. **f. 14^b.**

Inc. 'Confessio debet esse praevisa, amara, verecunda, discreta.'

7. Notae kalendares pro annis 1470–73; *Gallice*. **f. 16.**

8. Quaestiones de variis theologicis et de rebus symbolicis in officiis divinis, cum responsis. **ff. 17, 18.**

Qu. 1. 'Quod Deus non sit nomen.' 2. 'Quaero quare officium Tenebrarum non celebratur nisi per tres dies, et nec magis nec minus.'

9. Summa Poenitentiae; carmen, scilicet, quod incipit, 'Poeniteas cito,' cum commentario. **f. 18ᵇ.**

Expl. 'Ignis purificans, mors, egritudo ruborque,
Et cure gravitas et consuetudo ruine.
Explicit summa penitencie.'

10. 'Compotus magistri Alexandri de Villa Dei,' opus metricum; cum praefatione prosaica et notis in margine. **ff. 25–41.**

Inc. prol. 'Licet modo in fine temporum.'
Inc. textus, 'Aureus in Jano numerus clavesque notantur.'
Expl. 'Qua mediante potest quid queris semper haberi;' ut in cod. Ashm. 361. Sequuntur autem in hoc exemplari versus alii xix. sub rubrica, 'Per istos versus possunt haberi trini quinque festivitatum mobilium in quolibet anno.'

11. Tabula festorum per annum [observandorum?] 'ab omnibus,' sive 'infra villam,' sive 'quoad mulieres' (?). **f. 41ᵇ.**

12. Kalendarium, cum tabulis variis. **ff. 42–51.**

13. Kalendarium alterum, *Gallice*; cum regulis ad varia invenienda, et signis bonis aut malis pro phlebotomia facienda. **ff. 52–61.**

Ad oram inferiorem fol. 60ᵇ est nomen scriptoris; 'Guillelmus Bonnet, 1419.'
Sequuntur in foliis adjectitiis haec, inter pauca similia, vix hodie legenda:—

1. Prophetia. **f. 62.**

Inc. 'Lilium rex regnans in nobili parte.'

2. 'Rota,' sive tabula, ad Pascha inveniendum. **f. 62ᵇ.**

23.

Membranaceus. In 8ᵛᵒ. Saec. xii. ff. 55 et 72. Quoad art. 1., 'Liber ecclesie sancte Marie de Oseneya, ex legato magistri Henrici de Langeleya;' numeris 114 et 168 insignitus; postea inter codd. T. Allen, 83.

1. Platonis Timaeus, ex versione Chalcidii, cum notis marginalibus atque interlinearibus.

Incip. praef. 'Isocrates in exortacionibus suis.'
Sequuntur schemata terrae, siderum, aliorumque, textum illustrantia.
Bene exaratus, versus finem saec. xii. In folio primo sunt, Rationes cur assumptio corporis B. V. Mariae crederetur; et in fol. 55ᵇ haec, a quodam librorum illuminatore saec. xiv. inscripta: 'Mitte per Johannem fratrem tuum dimidium centum de partie gold, videlicet quinquaginta folia. Item dimidiam libram de vermelon. Item dimidiam unciam de bona azura.'

---

2. La Chanson de Roland; *Gallice*.

Saec. xii. exeunte, sive xiii. ineunte, exaratus. Ex hoc notissimo codice, qui antiquior exstat inter exemplaria perpauca, primo textum edidit Fr. Michel, anno 1837; eum secuti sunt F. Génin anno 1850, L. Gautier anno 1872, T. Müller anno 1878, et in eodem anno E. Stengel, qui etiam arte photographica totum codicem exactissime exhibuit.

24.

Membranaceus. In 16ᵐᵒ. et 4ᵒ. minori. Saec. xiii. et xiv. ff. 105.

1. Commentarius 'Super Predicamenta' Aristotelis; scil. de equivocis, de substantia, de quantitate, de relativis, de qualitate, et de quatuor residuis. **f. 1.**

Libellus sexdecim foliis, formae minoris, constans.

---

2. Tractatus de Logica. **f. 17.**

Inc. 'Cum sit nostra presens intencio ad artem dialecticam, primo oportet scire.'
Ad calc. (f. 45ᵇ), 'Expliciunt sumule, cum omnibus fallaciis.
Qui scripsit carmen
Sit benedictus. Amen.'
Olim inter codd. T. Allen 170. Cf. supra, 2, art. 11.

3. De sophismatibus, sive Regulae consequentiarum Gualteri Burley. **f. 47.**

Inc. 'Quia in sophismatibus probando vel reprobando consequencia utimur.'
Ad calc. (f. 55), 'Expliciunt regule date a domino Waltero de Bureley circa consequencias.
Explicit hoc totum, pro Christo da mihi potum.'

4. Quaestiones aliae de sophismatibus. **ff. 55ᵇ–60.**

---

5. De universalibus; commentarius in Praedicamenta. **f. 61.**

Inc. '*Nulla est affirmacio in qua universale universaliter sumptum predicatur*, ut dicit Aristoteles; et hoc potest esse duplo.
Ad calc. (f. 90), 'Expliciunt ista qua tu, Ricarde, sophista
Fecisti, morum flos et doctor logicorum;
Dirige scribentis, Spiritus alme, manum.
Expliciunt Abstracciones.'
Qu., annon sit auctor Ricardus Fitz-Ralph, archiepiscopus Armachanus?

6. Tractatus imperfectus de fallaciis. **f. 91.**

Inc. 'Ad evidenciam fallacie accidentis.'

7. Pars commentarii in tractatum quendam de Logica, in quo item de fallaciis. **f. 93.**

Manibus duobus, characteribus minutis, exaratus.

8. Fragmentum tractatus cujusdam grammaticalis. **f. 104.**

25.

Membranaceus. In 8ᵛᵒ. Saec. xii. ff. 56; desunt quaedam ad finem. Inter codd. T. Allen, 184.

1. Tonarius, sive exempla octo tonorum in arte musica; cum differentiis in introitibus et responsoriis. **f. 1.**

Ad fol. 13ᵇ, 'Finit autem deuterus. Plage deuteri incipiunt.'
Brevior est quam Tonarius Reginonis Prumiensis, qui exstat apud Coussemaker, *Scriptt. de Musica*, vol. ii. 4ᵗᵒ. Par. 1867.

2. 'De compositivis et specialibus partibus dia-

tessaron,' et diapason, et de partibus deuteri, triti, et tetrardi; metrice. f. 32.

Incip. 'Quattuor eptongis constat diatessaron omnis,
Iccirco tali voluit se nomine dici.'
Expl. 'At tamen huic melius dabitur cui sepe datus.'

3. Carmina sacra, per Balium Severinum Deusdedit, cardinalem; adhuc inedita atque ignota. f. 35^b.

Titulus sequens praefigitur:—
'Iste liber trinum, lector, tibi cantat et unum,
Et canit eximias genitricis virginis odas;
Cantat apostolicos sudores atque triumphos.
Oratoria prophano constans metro elegiaco monocolo.
Item oratio de amico et tribus panibus metro eodem et dimetro adonico, catalectico dicolos tetrastrophos.
De trinitate et unitate dei vario metro libellus theo poeseos balii severini deusdedit tytuli apostolorum in eudoxia cardinalis. Cap. i. Ex libro genesis. ii. Ex libro esaie prophete. iii. Ex psalmo xxxiii. iiii. Ex psalmo lxvi. v. Quaedam comparatio trinitatis et solis, sumpta ex sermone augustini cujus initium est, Legimus sanctum moysen. *De proprietate patris ex evangelica auctoritate. De proprietate filii ex diversis auctoribus patrum.*'

Ad fol. 50^b, '*Explicit liber primus de deitate.*

Inc. ii. *de gestis et laudibus sanctorum.*'

Praemittitur huic libro secundo acrostichis in qua litterae tum primae tum extremae nomen auctoris *Deusdedit* exprimunt.

Desinit codex in cap. iii. odae 'aliorum apostolorum,' ad versus,

'Namque cum nos crimine
Expiaret, fixus in cruce,
Inquit ille, sit tuus.'

Cf. notitiam codicis apud Adversaria MSS. Ger. Langbaine in nostra bibl., vol. iv. pp. 669–670.

26. [B. N. 3.]

Membranaceus. In 4°. minori. Saec. xiv. ff. 138. Variis manibus exaratus. Olim inter codd. T. Allen, 206; postea numero 62 insignitus. Hodie signo "Digb. B. N. 3" notatus. In fol. ad init., 'Yste liber constat m[ag.] T. Jolyffe, quem M. T. emit ab exsequtoribus m. T. Chapleyne (*v. fol.* 140^b), cujus anime propicietur Deus: Amen.'

1. Quaestiones grammaticales atque responsa; fragmentum. f. 7, (*rectius*, 5.)

Inc. 'Quot sunt conjugationes verborum? iiij^{or}.'

A quodam auctore Hispanico, ut ex his, et aliis similibus, conjicere licet; '—ut, ubi studuisti, Santerene, Tolleti?'

2. Elementa grammaticae; sive Donatus Minor abbreviatus, cui accedunt exempla verborum alia. f. 8.

Inc. 'Partes orationis quot sunt? Octo.'

3. 'Facetus;' poema anonymum de moribus, in quo etiam de arte amandi. f. 20.

Inc. 'Moribus et vita quisquis vult esse facetus
Me legat, et discat quid mea musa docet.'
Expl. 'Qui velud est dictum propriam ducere vitam
Namigena doctus vate, facetus erit.
Explicit Facetus. Deo gratias.'

In toto differt a poemate sub eodem nomine saepe una cum Catone inter *Auctores octo morales* impresso.

4. [Matthaei Vindocinensis] Thobias, sive metaphrasis metrica libri Tobiae. f. 29.

Inc. 'Ex agro veteri virtutum semina, morum.
Expl. 'Thobiam merito religione sequi.
Finito libro sit laus et gloria Christo.
Deo gracias.'

Impr. exstat inter *Auctores octo morales*, 8°. Lugd. 1538, et alibi.

5. 'Regimen vocum;' tractatus grammaticalis de usu casuum. f. 65.

Auctore Hispanico quodam; v. fol. 67^b, '—ut, rex est Castelle;' fol. 69, 'ut, rex est Salamantice, regina est Tolleti, episcopus est Zamore;' &c.

6. Regulae grammaticales, *Hispanice*. f. 76.

Tit. 'Reglas para enformarmos os menyos en Latin.'

Inc. 'Quem faz é quem diz é nominativo. Cuia a cousa é genitivo.'

Tit. cap. ult. 'Regla para sabhas declinar.'

Nota in lingua Hispanica, ad rem grammaticam pertinens, occurrit etiam ad fol. 28^b.

7. Catonis Disticha moralia, cum praefatione. f. 83.

Inc. 'Cum animadverterem quamplurimos homines.'
Inter *Auctores octo morales*, ut supra, et saepe alibi.

8. Carmen de contemptu mundi. f. 89^b.

Inc. 'Kartula nostra tibi portat, Reginalde (vel, dilecte), salutes.'
Expl. 'Hoc tibi det munus qui regnat trinus et unus.'

Exstat, multis additis, inter *Auctores octo morales*, ut supra, pp. 35–65; exemplar nostrum desinit ad p. 48.

9. [Marbodi, episcopi Redonensis] de lupo fabula, sive parabola; carmine. f. 96^b.

Inc. 'Sepe lupus quidam per pascua lata vagantes.'
Ad calc. 'Explicit Ovidius de lupo.'

Inter Opp. Marbodi ad calc. Opp. Hildeberti Cenomanensis, fol. Par. 1708, col. 1628. Exstat etiam, sine nomine auctoris, multis additis, in Leyseri *Historia poetarum medii aevi*, 8°. Hal. Magd. 1723, pp. 2093–2099; nostrum autem exemplar in p. 2098 desinit, versusque 71–106 omittuntur.

10. Fabulae Aesopicae; carmine heroico. f. 98.

Inc. praef. 'Ut juvet et prosit conatur pagina praesens;' sicut apud *Auctores octo morales*, ut supra.
Expl. 'Fabula declarat, datque quod intus habet.
Laus tibi sit, Christe, quoniam liber explicit iste.
Explicit liber fabularum qui dicitur Esopus.'

11. [Hildeberti, episc. Cenomanensis et postea archiep. Turonensis,] Historia metrica Zosimae monachi et S. Mariae Aegyptiacae. f. 119.

Inc. 'Sicut hiemps laurum nec urit nec rogus aurum,
Sic Zozimam puerum nec opes nec gloria rerum.'
Expl. 'Sic ubi complevit viginti lustra quievit.
Spes premii solacium fit laboris.'

Impress. apud *Acta Sanctorum*, Apr., vol. i. pp. 83–90.

In foliis adjectitiis 3–6, 63–64, 137–140 sunt varia vix digna notatu, variis inscripta; e.g. notae, *Anglice*, de declinationibus, expensae circa lectum, versus de nominibus librorum S. Scripturae, et, in fol. 140^b, notae de pecuniis T. Jolyffe anno 1400.

Cf. notitiam codicis apud Langbainii Adversaria MSS. vol. xix. pp. 97–100.

27.

Membranaceus. In 4°. minori. Saec. xv. ff. 67. Olim inter codd. T. Allen, 94; postea, '52.'

Nigelli Wireker Brunellus, sive Speculum Stultorum; poema, praemissa praefatione prosaica.

Exstat saepius impressum. Prologus etiam metricus impressus est in Leyseri *Historia poematum medii aevi*, pp. 754–757.

Sequuntur in foliis adjectitiis:—

1. Excerpta brevia ex Isidoro aliisque. **f. 62.**

2. Versus imperfecti de virtutibus herbae 'Isatis a Grecis, vulgo Waido,' vocatae. **ff. 66, 65,**

Inc. 'Hoc succo lanam madidam si naribus addas
Compesces morbum qui polipus est vocitatus.'

28.

Membranaceus. In 4°. minori. Saec. xiv. ineuntis. ff. 215. In medio et ad finem mutilus. Inter cod. T. Allen, 128; postea, '66.'

1. (*Saec.* xiii. *ineuntis*) [Alexandri de Villa Dei] 'Massa Compoti,' cum praefatione praevia; *imperf. ad fin.* **f. 1.**

Cf. supra, cod. 22.

2. 'Ars quidam (*sic*) Kalendarii per juncturas digitorum,' capitulis iv. **f. 9.**

Inc. 'Intencio nostra in hoc opere est artem ostendere.'

3. 'De ciclo lunari;' capp. iii. **f. 10b.**

4. 'De compoto manuali, quomodo inveniri possunt concurrentes et data cujuslibet anni preteriti sive futuri per manum.' **f. 14.**

Inc. 'Scribo tibi, lector, mirandum calculandi compendium.'
Expl. 'Easdem regulas habeto de annis preteritis quas de futuris, retrograde computando.'

5. [Petri Peregrini de Maricourt] 'Tractatus de Magnete.' **f. 18b.**

Inc. 'Iste tractatus de magnete duas partes continet.'
Expl. (cap. 3. partis ii), '—ut apte capiat calculum in parte sui casus, ut demonstrat descripcio.'
Impress. 4°. Augsb. 1558.

6. Carmen [Gualteri Mapes] de contemptu mundi, sive de mundi vanitate. **f. 24.**

Inc. 'Cur mundus militat sub vana gloria.'
Saepe impressum, tum sub nomine Bernardi Clarevallensis, tum Jacobi de Benedictis, rectius autem, ut videtur, Gualt. Mapes.

7. Philomena; carmen, aliis Bonaventurae (inter cujus opera impressum exstat), aliis Joh. Hoveden, aliis Joh. Peccham, archiep. Cantuar., ascriptum. **f. 24.**

Inc. 'Philomena previa temporis ameni.'

8. [Praedicatio Goliae, sive de fide Trinitatis et Incarnationis Domini carmen, auct. Gualtero Mapes]. **f. 25b.**

Inc. 'Multis a confratribus pridie rogatus.'
Inter *Latin Poems attributed to W. Mapes*, 4°. Lond. 1841, pp. 31–36. Tetrasticha autem duo penultima ibi impressa in nostro exemplari desunt.

9. Dialogus inter corpus et animam [saepe Gualt. Mapes ascriptus]. **f. 27.**

Inc. 'Noctis sub silentio tempore brumali.'
Impress. *ibid.* pp. 95–106, et alibi.

10. Aristotelis, ut dicitur, liber de Secretis Secretorum, sive de regimine principum; praemissis prologis Philippi Johannisque filii Patricii, et tabula capitulorum. **f. 32.**

Folium 43 mutilum est, ac proxime subsequens in toto excisum.

11. 'Tractatus quidam de alcumia' (*sic*), sive [Rogeri Bacon] Speculum secretorum; *mutilus.* **f. 61.**

Inc. 'In nomine Domini Jesu Christi ad instruccionem multorum circa hanc studencium quibus deficit copia librorum hic libellus edatur titulusque Speculum secretorum.'
Ad calcem octo circiter folia excissa sunt.

12. 'Incipit quidam liber teologicus:' tractatus de Deo. **f. 74.**

Inc. 'Omnis autem cognicio aut fit inicialis aut preexistente alia.'
Expl. '—eternam dampnacionem reprobis et eternam remuneracionem fidelibus.'

13. 'Incipit quidam liber astrologicus;' Hippocratis Prognostica, sive de observandis signis planetarum in morborum curatione. **f. 81b.**

Inc. 'Dixit Ypo[crates], non est medicus qui astronomiam non novit . . . . aspexi libros Ypo. et inveni hunc librum parvum sed optimum.'
Expl. '—si meliorabitur vivet, sin autem morietur usque ad dies 4, si autem peregrina dolebit.'

14. Versus pauculi de amore aliisque. **f. 85b.**

Inc. 'Omnis amans cecus, non est amor arbiter equus.'

15. Compotus [Roberti Grosteste] episcopi Lincolniensis. **f. 86.**

Mancus; desinens in cap. undecimo. Figurae et tabulae omissae sunt.

Desunt folia circiter viginti quatuor.

16. Pars tractatus astronomici de arte coelos mensurandi, in duas vel tres partes distincti, quarum secunda *Planimetria* intitulatur. **ff. 108–128.**

Incipit ad cap. vii. partis primae, 'De scientia ascensionis signorum in quocunque volueris ex orizontibus in equalibus.' Tit. partis 2 (f. 116b), 'Hic incipit secunda pars hujus doctrine mensurande, que Planimetria dicitur.' Sequitur in f. 120, 'Sciencia ad situandum stellas fixas,' de qua annon sit pars ejusdem tractatus non clare constat. Inc. 'Et quia deveniendum in hoc instrumento ad figendum loca stellarum fixarum.' Sect. ii. 'Si igitur quadrantem istum componere intendas accipe tabulam eream planam.' ff. 118–9 mutila sunt.

17. 'Tractatus [Johannis] Campani [Novariensis] ad invenienda loca planetarum.' **f. 128b.**

Inc. 'Quoniam investigare loca vera planetarum per tabulas difficile est et valde laboriosum.'

18. 'Algorismus minuciarum.' **f. 133b.**

Inc. 'Cum multos de numeris tractatus vidisses.'
Expl. '—ne quid solum necessarium desit operi tam brevissimo.'

19. 'Liber de tempestatibus et presagiis.' **f. 136.**

Inc. 'De tempestatum presagiis tractaturi a sole capiemus exordia.'

20. 'Liber Clementis pape de articulis fidei;' rectius (ut notatur in margine, manu saec. xvi.), Liber Nicolai cujusdam Arabici papae Clementi [IV?] inscriptus, in quinque partes, seu libros, distinctus. **f. 138b.**

Inc. ded. 'Clemens papa, cujus rem nominis et vite subjecti senciant, et tu a Domino.'
Inc. opus. 'Communes animi concepciones sequuntur [*etc.*] . . . . . . Causa est per quam aliquid habet a (*sic*) esse, quod dicitur causatum.' Ex hoc codice apographum, nomine Nicolai

Arabici praefixo, saec. xvii. exaratum, inveniendum est in cod. 'Selden. supra, 79.' Exstat etiam exemplar alterum anonymum, manu saec. xiii. ineuntis descriptum, in cod. Digb. 154, *infra*, ubi autem praefatio deest.

21. Tabula annorum secundum cyclos et epochas diversos. **f. 149^{b}.**

Tit. 'Ciclus Ebreorum.' Epocha ultima est, 'A Christo usque ad passionem Thome, 1170.' Transcripsit G. Langbaine in vol. xix. Adversariorum ejus MSS., pp. 598–9.

22. 'Phisionomia Pallemonis [i.e. Polemonis] medici.' **f. 150.**

Inc. 'Ex qualitate corporis anime proprietates licet prospicere.'

Expl. '—nunc repetenda sunt animo que proprie Loxus seu Aristolis (*sic*) posuerunt.'

23. Prophetiae Merlini [sicut apud Galfredum Monumetensem habentur]. **f. 162.**

24. Tres aliae prophetiae Merlini Silvestris. **f. 168.**

Inc. i. 'Arbor fertilis a proprio trunco decisa.'
ii. 'Sicut rubeum draconem albus expellet.'
iii. 'Mortuo leone justicie surget albus rex.'

25. 'Liber de lapidibus;' *sc.* poema Marbodei de natura gemmarum. **f. 169.**

Cf. cod. 13, *supra*.

26. 'Perspectiva Peccham;' *sc.* tractatus Joh. Peccham, archiep. Cantuar. de perspectiva. **f. 180.**

Saepe impressus.

27. 'Tractatus astrolabii.' **f. 212^{b}.**

Mutilus. Inc. 'Scito quod *astrolabium* sit verbum grecum.' Desin. in f. 215^{b}, ad verba, '—cuspidem erectis lineis, et ita erit diametra.'

Codicis contenta recensentur a Ger. Langbaine in vol. xix. Adversariorum ejus, pp. 593–602.

29.

Membranaceus. In 4°. minori. Saec. xv. ff. 305.

1. Medicinae contra 'ryngworme,' etc.; atque incantamenta (*Anglice* 'charms'), 'ad delendum morbum caducum.' **f. 1^{b}.**

2. Tabula contentorum, manu antiqua. **f. 2.**

3. Medicinae variae, inter quas quaedam pro equis. **ff. 2^{b}–8^{b}.**

4. Compotus manualis, sive ars cognoscendi dies festos per digitos; versus, cum commento. **f. 9.** *v. etiam* **37^{b}.**

Inc. 'Cisio^{circum} Janus Epi^{phaniu} sibi seq^{itur} oc. Fe^{licio} Mau^{rus} Mar^{cellus} Sulp^{icius}.'

Ad calc. 'Explicit compotus manualis, scriptus per R. Stapulton:' [nomen, scil., scribae, non auctoris].

5. De metris tractatus, auctore Joh. Marche. **f. 13.**

Inc. 'Licet in presenti opusculo omnium sillabarum naturam declarare proponimus.'

Expl. '—et regit hoc ympnos sequentes, Martiris ecce dies. Explicit bona compilacio de metris, quam compilavit dominus Johannes Marche, capellanus, ad instanciam domini W. de Passurtone.'

6. Recepta varia medicinalia; partim *Latine*, partim *Anglice*. **ff. 30^{b}–32^{b}, 34^{b}–37, 46^{b}–50^{b}, 58–60, 66–69^{b}, 73, 116–120^{b}, 143^{a}, 143^{b}, 274, 276^{b}–277, 293–305.**

Inter alia (f. 32^{b}), 'Vera composicio domine de Beuchamp' (*v. etiam* 58^{b}, 60); 'Comitis Herdfordie, prenobilis in arte sururgico' (*sic*; *v. etiam* 58); 'Roberti Fermorarii de Kylyngwer; (f. 33^{b}), 'Buryson;' (f. 35^{b}), 'Gilbertus;' (f. 120^{b}), 'Sal quo usi sunt sacerdotes Egipti in diebus Elesay, et semper erant apparentes juvenes, et istud sal valet pro pluribus infirmitatibus in corpore humano;' (f. 293^{b}), 'Collerium magistri Mauricii pro oculis;' (f. 300^{b}), 'Pulvis preservativus, qui dicitur imperialis, quia imperatores Gentilium utuntur illo pulvere contra epidemiam et contra intoxicationes et omne venenum, contra morsum serpentum et aliorum animalium venenosorum, et dicitur in lingua Arabica *Bechazaar*, id est, a morte liberans.'

7. Formae verborum in quatuor conjugationibus, sive, ut in tabula contentorum, 'Quatuor conjugationes Donati sub compendio.' **f. 33.**

8. De mensuris medicis versus. **ff. 37, 129.**

9. 'Nomina synonoma herbarum,' *Latine*, *Gallice*, *Anglice*. **f. 38.**

10. 'Virtus vel curacio herbe betonice que habet medicamina quadraginta quatuor.' **f. 44^{b}.**

11. 'Virtus vel curacio arnoglosse que habet medicamina viginti quatuor.' **f. 45^{b}.**

12. Nomina et virtutes herbarum multarum. **ff. 50^{b}–58, 64–65.**

13. Formulae pro unguentis et electuariis variis componendis; *Latine*, *Gallice*, *Anglice*. **ff. 60–63^{b}, 112–114, 160^{b}–161, 293.**

14. 'For to knowe yueles that cometh of postoumes, hou it his clepet and of what compleccioun it haren.' **f. 70.**

15. 'Viginti varii colores urinarum;' atque 'Judicia urinarum;' partim *Anglice*. **ff. 73, 114^{b}.**

16. 'Signa que Ypocras fecit ad cognoscendum si infirmus sanari posset per medicinam vel non;' partim *Anglice*. **f. 74^{b}.**

17. 'Nature urinarum, sub compendio.' **f. 75^{b}.**

18. Ægidius Corboliensis de urinis, carmine; cum commentario pleno. f. **76^{b}.**

19. Descriptio instrumenti (sive dialli) 'per quod sciuntur horae diei per umbram super superficiem planam,' et 'de modo situandi predictum instrumentum;' cum figura. **ff. 118^{b}–119^{b}.**

20. 'Anathomia de homine,' capitulis quinque. **f. 121.**

21. Varia de urinis, *Anglice* et *Latine*; i. 'To knaw þestate of man and woman be thare water,' cum figuris; ii. 'Judicia urinarum, secundum Egidium.' ff. **125, 130^{b}.**

22. De quatuor humoribus in corpore humano. **f. 141^{b}.**

23. Schola Salernitana, sive Regimen Salernitanum. **f. 145^{b}.**

Inc. 'Francorum regi scribit scola tota Salerni.'
Saepe impressa.

24. De regimine sanitatis tractatus; octo capitulis. f. 153.

Inc. 'Oportet ipsum qui vult esse longevum.'
Expl. '—si non desistant quod percussionem non evadent.
Explicit compendiosus tractatus de regimine sanitatis.'
In cod. 31 *infra* exemplar alterum fert nomen auctoris, Bartholomaei.

25. Gerardi Hispani, Carmonensis, Flores Astronomiae. f. 162.

Inc. 'Cum animadverterem plures medicorum, in exhibicione medicinarum, terminos et motus corporum supercelestium ignorantes, graviter errare.'
Expl. 'Hoc autem est intelligendum secundum medium motum.'
Expliciunt flores astronomie Gerardi de Hispania, valentes in opere medicine.

26. Tractatus de observandis signis planetarum in morborum curatione, sive Hippocratis Prognostica. f. 167.

Inc. 'Dixit sapientissimus Ypocras, omnium medicorum peritissimus, Incius (*sic*) medicus est qui astronomiam ignorat ...... Legens ergo libros Ypocratis, medicorum optimi, hunc librum parvum sed magis utilitatis reperi.'
Alia versio quam quae in codice praecedenti reperitur, art. 23.

27. 'Tabule de modo graduandi seu calculandi medicinas secundum magistrum Arnaldum de Villa Nova.' f. 172ᵇ.

Inc. 'Notandum quod in omni medicamine vel cura, sive fiat per alterationem sive per evacuationem.'

28. Tractatus quidam medico-astrologicus, quinque capitulis. f. 174ᵇ.

Inc. 'Per primum numerum parem demonstratur quot sunt principaliter consideranda in egritudine acuta seu cronica.'
Iterum occurrit idem tractatus ad fol. 181ᵇ, textu autem in capite quinto variante.

29. De virtutibus duodecim signorum et septem planetarum quoad medicinam, cum tabula et regula ad sciendum in quo signo et gradu luna sit omni die. ff. 179–181.

30. 'De infirmis si morientur vel vivent, de flebotomia, de temporibus dandi medicinas, per astronomiam;' capitulis 14. f. 184ᵇ.

Cap. i. De signatore infirmi. ii. De infirmitate, si est in spiritu vel corpore.

31. Sphaera Pythagorae. f. 193, 193ᵇ.

Inc. 'Collige per numerum quicquid cupis esse probandum.'

32. 'Tractatus brevis, sed perutilis de constellacionibus. f. 194ᵇ.

Inc. 'Sciendum quod si quis nascitur in aliqua hora diei.'

33. Figura domificationis pro signis zodiaci et planetis; figura docens quis planeta est masculus, quis foemineus, etc.; de nominibus dierum septimanae; et alia brevia astrologica. ff. 196–200.

34. Tabula longitudinis et latitudinis stellarum fixarum; distantia omnium planetarum et octavae sphaerae a centro terrae; quantitas corporum mundi et eorum diametri. ff. 200–201.

35. Tractatus brevis de medicina. f. 201ᵇ.

Inc. 'Medicina in duo dividitur, scil. in theoricam et practicam.'

36. Explicatio verborum Arabicorum in medicina usitatorum. f. 205.

37. Macri Carmen de virtutibus herbarum. f. 206.

38. 'Nicholaus de compositis medicinis,' sive Nicholai de Hostresham [*hodie* Horsham] Angli, Antidotarium. f. 244.

Inc. 'Ego Nicholaus rogatus a quibusdam in practica studere volentibus.'
Impr. cum Mesue Opp., fol. Ven. 1502, et postea.

39. 'Tractatus astrolabii;' de principio cujusque domus inveniendo per astrolabium. f. 274ᵇ.

40. Ars notoria, sive Ars scribendi per characteres brevius ac facilius quam per literas. f. 275.

Inc. 'Cum in arte notoria quamplura reseruntur.'

41. 'Trotula mulierum' etc., sive de morbis mulierum Trotulae, alias Erotis, liber. f. 278.

Inc. 'Cum auctor universitatis Deus in prima mundi origine.' Ad calc. (f. 291ᵇ),
'Explicit hec Trota multum mulieribus apta;'
cum versibus aliis quatuor.
Exstat impressus.

42. Quomodo inveniendus sit locus lunae in zodiaco. f. 292.

43. 'Tabula ad sciendum quando flebotomia est bona vel mala vel mediocris.' f. 292ᵇ.

44. 'Fidelis medici ad amicum bonum et sanum regiminis consilium, si audiatur, contra pestilenciam.' f. 294ᵇ.

45. 'Virtutes quedam de rosa marina, collecte per quendam clericum de Salernia comitisse de Holand, quas ipsa misit filie sue Philippe desponsate Regi Anglie.' f. 295ᵇ.

46. De virtutibus herbarum quarundam. ff. 299–300.

Descriptio contentorum codicis exstat in vol. iv. Adversariorum Gerardi Langbaine, pp. 699–714.

30.

Membranaceus. In 4°. minori. Saec. xv. ff. 85. Olim 'A. 224.'

1. 'Secreta Cipriani, quondam magi pagani, postea Christiani sancti, martiris magnifici;' de daemonibus, et formis sub quibus apparent, etc. f. 1.

Ad calc. 'Explicit Secretum Sigillum sancti Cipriani episcopi et martiris.'

2. 'Confessio sancti Cipriani martiris,' de visionibus daemonum. f. 29.

3. Tractatus 'de faciebus mundi et predicatoribus,' sc. de iis quae maxime predicatoribus conveniunt; libris duobus. f. 46.

Inc. prologus: 'Veritas evangelica predicatoribus in quibusdam est commissa.'
Ad calc. 'Explicit liber de faciebus mundi.'

31.

Membranaceus. In 4°. minori. Saec. xv. ff. 86, praeter duo ad calcem rejectanea. Olim 'liber domini Thome Jakcom . . . .;' olim etiam numero 57 insignitus. Ad finem est nomen, 'Willielmus Manwode.'

1. 'Liber quem composuit frater Jacobus de Cessolis, ordinis fratrum Predicatorum, qui intitulatur de moribus hominum et officiis nobilium, super ludo scachorum,' in quatuor tractatus divisus; praemissis prologo et tabula capitulorum. **f. 1.**

 Exstat impressus.

2. 'Tractatus de regimine sanitatis, secundum Bartholomaeum in suo Breviario.' **f. 73.**

 Inc. 'Ut autem dicit Galienus, mirabilis est scientia regiminis sanitatis.'

 Expl. 'Vere etenim de talibus potest dici, Si non desistant quod percussionem non evadent.'

 In fol. ultimo sunt haec:—'Anno Domini M°.CCCC°.LXXXIX°. hec infra scripta in studiis scolarium Wintonie Oxon. reperta sunt. Missale. Huguicio. Textus logicalis, bene ligatus cum bocys [bossis]. Logica Burlei, et doctoris subtilis, simul ligate, etiam impresse. Predicabilia Alyngton; Sex principia Mylverley; Diffiniciones anime, secundum diversos philosophos; Damascenus de potenciis anime; in uno quaterno. Questiones super Sex principia, incomplete; Questiones doctoris subtilis super libros Elencorum, incomplete; Questiones Cornubiensis in libros Posteriorum, incomplete; in quaterno. Quodlibetum domini s[ubtilis], in quaterno pargamenali. Dominus super primum Sententiarum.'

32.

Membranaceus. In 4°. minori. Saec. xiv. ff. 81. In fol. ult., 'Liber iste est fratris Joh. Blakwel si revenit ordini vel aliter ad conventum sit, quod frater N. Vynche.' In fol. primo, manibus antiquis, 'C. W.,' 'Thome Man.' Cod. T. Allen 63.

Liber Pentacronon, id est, quinque temporum futurorum, compilatus ex prophetiis beatae Hildegardis Virginis per Gebenonem, priorem Eberbacensem; in tres partes distinctus; praemissis Gebenonis praefatione prologisque duobus.

 Inc. praef. 'Honorabilibus viris semper in Christo diligendis magistro Reynero Scolastico et magistro Reymundo, canonicis Sancti Stephani de Maguncia.'

 Inc. textus, 'Et ecce quadragesimo tercio temporalis cursus mei anno.'

33.

Membranaceus. In 4°. minori. Saecc. xv, xiii, et xii. ff. 127. In fol. ad initium rejectaneo, 'Iste liber constat Rogero Walton;' postea, 'Liber ecclesie cathedralis beate Marie Coventr., ex dono fratris Ric. Luffe, monachi ejusdem ecclesie;' denique, inter codd. T. Allen 60, et 'A. 129.' In folio ad finem vacuo, 'Hic scripsit dominus Joh. Brandesby.'

1. Bonaventura de triplici ierarchia. **f. 1.**

2. 'Sermo scholasticus theologice facultatis in studio Parisiensi,' super Prov. ix. 1. **f. 16.**

 Inc. 'Sicut dicit beatus Augustinus lib. 1. super Gen. ad lit. cap. i. In omnibus sanctis libris intueri oportet.'

 Expl. '—nam illi de ecclesiastica ierarchia solum indigent morali instructione.'

3. 'Epistola aurea de religionis origine, utilitate et ingrediencium religionem debita intencione, scripta a magistro Waltero de Hilton, postea canonico de Thurgartone, domino Ade de Horsley, monacho de Revale ordinis Cartus. tunc futuro.' **f. 31ᵇ.**

 Inc. 'Dilecto in Christo [etc.] Quia vero ex tenore cujusdam litere.'

---

4. (*Saec.* xiii.) S. Bernardi Claraevallensis Tractatus de gratia et libero arbitrio. **f. 49.**

5. Ejusdem Liber de praecepto et dispensatione. **f. 64.**

---

6. (*Saec.* xiii.) 'Epistola Macharii monachi ad filios.' **f. 84.**

 Inc. 'In primis quidem si ceperit homo semetipsum agnoscere.'

7. (*Saec.* xiii.) Homilia in Galat. vi. 2, '*Invicem onera vestra portate;*' incompleta. **f. 85ᵇ.**

 Inc. 'Quia veteris testamenti custodia timorem habebat.'

---

8. (*Saec.* xiii.) De vitiis vitandis. **f. 87ᵇ.**

 Inc. 'Triplici racione ostendi potest vicia summa diligencia esse vitanda.'

---

9. (*Saec.* xv.) 'Liber de gradibus et speciebus et motibus dispositivis ad contemplacionem;' [sicut titulus habetur in tabula contentorum codici praefixa]. **f. 88.**

 Inc. 'Mens humana per se moveri habet, sed secundum se moveri non debet.' Ad calcem est, 'Recapitulacio istius libri.'

10. Meditationes quaedam S. Bernardi. **f. 104.**

 Inc. '*Fac me delectari in dulcedine tua*, Domine Deus, ut des mihi peticiones cordis mei.'

 Inc. medit. ult., 'Huc usque fidei tue testimoniis delectata est anima mea.'

 Ad calc. 'Expliciunt meditaciones beati Bernardi Clarevallensis.'

---

11. (*Saec.* xii.) Pars pii et devoti soliloquii (utrinque manci) ad Deum, de attributis divinis. **ff. 122–7.**

 Inc. '—meis. Volebam ridere a gaudio mentis mee, et cogor rugire a gemitu cordis mei.'

 Desin. 'Adjuva me tu propter bonitatem tuam, Domine. Quesivi—'

 Contenta codicis descripta sunt in vol. xix. Adversariorum Ger. Langbaine, pp. 451–454, 579–581.

34.

Partim membranaceus, saec. xiii. ineuntis, partim chartaceus, saec. xv. In 4°. minori. ff. 172. Tres codices in unum compacti; olim inter codd. T. Allen, 50, 46, 39, et, quoad duos posteriores, 'A. 187,' 'A. 137.' Codex secundus continet folia 111–156, ex quodam volumine grossiori, secundum veterem enumerationem.

1. Vita S. Modwennae, de Hibernia; *carmine Gallico*. f. 1.

Binis columnis bene scripta.

Inc. 'Oyez seignurs pur Deu vus pri
cum̄t li munz eit peri.'
Expl. 'En lun ad chancuns
loenges e suns
de duze melodie.
En lautre ad grant plurs,
grant crus, grant dolurs
del fev que crucifie.
En lun ad cherite
veirs sanz fausete.'

---

2. [Henrici Saltereyensis] Narratio de S. Patricii purgatorio. f. 81.

Inc. 'Dicitur magnus Sanctus Patricius qui a primo est secundus.'

Impr. in Colgani *Triade Thaumaturga*, fol. Lovan. 1647, p. 274. Hic autem inseritur in principio narratio brevis de confessione cujusdam viri Hibernici, (' ut eorum bestialitatem ostenderem,') quae in impresso omittitur; et in fine adjiciuntur narrationes tres de heremita quodam, de rustico qui eleemosynam dare recusavit, et de sacerdote a daemonibus tentato, quarum prima sic incipit, 'Est et aliud haut longe ab eodem loco quiddam valde memorabile, quod etiam tibi libenter narrabo.'

3. Visio Caroli III. imperatoris, *Crassus* dicti, de purgatorio; [sicut in lib. ii. Historiae Gulielmi Malmesburiensis de gestis regum Angliae reperitur.] f. 96.

4. 'Qualiter vivo apparuit mortuus tempore Willielmi comitis Normanniae ac postea regis Anglie.' f. 98.

Narratio, scil., de duobus clericis in urbe Nannetis, quae in libro iii. Gul. Malmsb., § 237, reperitur.

5. 'Venerabilis Beda;' narratio de viro, nomine Drictelmus, a mortuis resuscitato, e cap. duodecimo, libri v. Bedae Hist. Eccl., multum abbreviata. f. 99.

6. Visio Eadmundi monachi de Amesham [*rectius* Eynesham] quam vidit anno M.C.XC.VI., praemissa praefatione domini Adam, prioris ejusdem monasterii. f. 100.

Imperf. ad finem. Exemplar alterum (in quo autem nomen prioris qui visionem edidit non occurrit) exstat in cod. 'Selden. supra, 66,' ubi in fol. 24 textus noster desinit.

Inc. praef. 'Usu notissimum habetur.'

Inc. opus. 'In quodam ergo cenobio juvenis quidam.' Versio abbreviata exstat, ut visio monachi cujusdam Eveshamensis, in chronicis Rogeri de Wendover et Matth. Paris.

---

7. 'A charme for the tethe.' f. 127.

Inc. 'Sanctus Petrus jacuit super litus maris.'

8. Sermo super verba Ps. lxxx. 14, 'Visita vineam istam,' in quadam visitatione monastica habitus. f. 127ᵇ.

9. Tractatus de oratione, dictus 'Donatus orationis,' in octo partes distinctus. f. 130.

Praemissus est prologus, in quo titulus ita explicatur: 'Et quia intencionis est compilatoris hujus tractatus secundum ordinem Donati grammaticalis prosequi, in quantum potest, ideo orationis pure octo sunt partes,' etc.

35.

Membranaceus. In 4°. minori. Saec. xv. ff. 74 praeter quinque utrinque rejectanea. Olim peculium Ric. Gill (f. 77); postea (fol. 3) Briani Twyne; denique Tho. Allen, 58 et A. 103.

Constitutiones synodales Petri Quivil, Exoniensis episcopi, anno 1287.

In fol. 79 est nota ultimi testamenti Ricardi H. de parochia de Oly, 10 Apr. 1474; et etiam proclamationis per Ric Harlewyn. rectorem ecclesiae de Cotlegh, bannorum matrimonialium inter W. N. et Johannam N., 4 Aug. 1491.

36.

Membranaceus. In 4°. minori. Saec. xv. ff. 116, quorum tria priora sunt chartacea, in quibus tabula contentorum.

Vita et miracula S. Gilberti de Sempringham, per quendam ex fratribus ordinis per eum fundati; una cum processu canonizationis ejus, etc.

1. Vita et miracula in vita sua facta, cum prologo, Huberto, archiepiscopo Cantuariensi, dicato. ff. 4, 38.

Impress. ex cod. Cotton. Cleop. B. I. in vol. vi. *Monastici Anglic.* per Dugdale, ubi autem septendecim ex miraculis omissa sunt (inter quae, diversio incendii in quodam suburbio Londoniarum), et capitula duo, i. 'de pace cum laicis fratribus facta,' et ii. 'Litera Sancti G. directa omnibus suis per Ordinem canonicis.'

2. 'Canonizacio beati patris Gilleberti.' f. 52ᵇ.

Impress. *ibid.*

3. 'Revelaciones de Sancto Gilleberto.' f. 56ᵇ.

i. Translatio ejus: 'Visio successorum.' ii. 'De provisione nunciorum ad curiam Romanam et quadam visione.' iii. 'Visio apparuit nunciis profecturis.' iv. 'Visio apparuit Johanni Hodoline consobrino domini pape.' v. 'Visio domini Roberti, prioris de Wattona.'

4. 'Qualiter translacio . . . . fuerat sollemniter celebrata.' f. 59ᵇ.

Impress., ut supra. Accedit autem nota de indulgentiis, omnibus ecclesiam de Sempringham in honorem S. Gilberti visitantibus concessis.

5. Miracula post mortem ejus facta, numero viginti novem, de quibus depositiones coram archiepiscopo Cantuar. juratae sunt anno 1201. f. 63ᵇ.

6. 'Epistole ad dominum papam pro canonizatione et translacione Sancti G. facienda;' scil., archiepiscopi Cantuar., abbatum variorum, episcc. Lond., Norw., Bangor., et Elien., decani et capit. Lincoln., et Regis Johannis, una cum rescriptis Papae. f. 77ᵇ.

7. 'Litere contra laicos fratres ad papam;' scil., episc. Norwic., archiep. Ebor., Regis Henrici II, aliorumque, cum rescriptis Alex. III. Papae, de controversia quadam inter Gilbertum ipsum et fratres sui ordinis laicos. f. 97ᵇ.

8. 'Servicium in sollemnitatibus Sancti Gilleberti confessoris.' f. 110ᵇ.

37.

Membranaceus partim, partim chartaceus. In 4°. minori. Saecc. xii–xv. ff. 141. Olim Allenianus, '45. A. 205,' 'A. 154,' 'A. 151.' Mancus in initio; desunt etiam multa ante fol. 72, et decem folia inter 96–7.

1. (*Saec.* xiv.) Pars capitis ultimi, scil. 109, libri Aphorismorum Ursonis. **f. 1.**

Incipit circa medium fol. 98 in cod. Digb. 153.

2. 'Secretum philosophorum,' sive tractatus in quo Secreta septem artium liberalium. **f. 4.**

3. 'Liber ymaginum Tholomei, omnibus modis prior et veracior, per quem omnes orientales operantur et non curant de aliis.' **f. 43.**

Inc. 'Cum volueris ligare latronem.'

4. Secreta, Alberti Magni dicta, de virtutibus herbarum, lapidum et animalium; libris tribus. **f. 46.**

Inc. 'Quia sicut vult philosophus in pluribus locis.' Expl. '—voluntatem habuissent et effectum. Expliciunt Secreta fratris Alberti de Colonia, ordinis fratrum predicatorum, super naturis quarundam herbarum, lapidum et animalium.'

5. (*Chartac., circa* 1450 *exaratus, manu extera.*) Liber primus tractatus Tho. à Kempis, sive cujuscunque sit, 'De Imitacione Christi et contemptu vanitatum mundi.' **f. 56.**

Ad calc. 'Explicit libellus de Imitacione Christi et contemptu vanitatum mundi.' Deinde sequuntur, fol. 71^b, i. meditatio de dignitate sacerdotii (incip., 'O veneranda sacerdotum dignitas, inter quorum manus'); ii. initium meditationis de vita humana (incip., 'O homo, quid in hac vita splendes.')

6. (*Saec.* xiv.) Pars operis Joh. Duns Scoti *Metereologica* dicti. **f. 72.**

Incip. in art. 2. quaest. iv. libri secundi, p. 69 in vol. iii. operum Scoti, fol. Lugd. 1639; desinit ad calc. libri tertii (omisso quarto libro), ubi subscribuntur haec: 'Expliciunt questiones super tres libros metheorologicorum secundum doctorem subtilem.' Constabat, secundum veterem numerationem, foliis 73–108 ex alio volumine; caret autem hodie ff. 98–107, in quibus pars quaest. v. cum quaestt. vi–ix, libri tertii.

7. (*Saec.* xii. *versus finem.*) [M. T. Ciceronis, ut ferunt, Rhetoricorum ad Herennium libri quatuor; *incompl.*]. **f. 98.**

Prae se titulum ferunt, literis rubeis, 'Secunda Rethorica.' Desinit exemplar abrupte ad finem cap. 10. libri iv; deinde sequuntur capp. xi, xii. et pars cap. xiii. manu altera.

In verso fol. 120 sunt undecim versus de poenitentia, qui incipiunt: 'Sit tibi potus aqua, cibus arridus, aspera vestis.'

8. (*Saec.* xiii. *ineuntis.*) Alexandri Neckam Liber de utensilibus. **f. 121.**

Inc. 'Qui bene vult disponere familie sue et rebus suis.'

Expl. '—ad flosculos pro ...... endum vel depingendum. Explicit' (addit manus altera 'liber parvi Allisandris.')

In margine ad init. est haec nota, a compaginatore voluminis mutilata.' 'Intencio autoris est nomina utensi ...... summam colligere. Causa suscepci ...... est puerorum instruccio. Utilitas ...... nominum utensilium agnicio. Titulus talis est, Hic incipiunt partes magistri Alexandri Nequam, Qui bene vult, etc.' Gallica versio interlinearis per magnam partem manu altera addita est. Impress. apud *A volume of Vocabularies* per Tho. Wright, 8vo. Liverpool, 1857, pp. 96–118.

9. (*Saec.* xiii. *exeuntis.*) Instructiones ad parochos de sacramentis et eorum administratione, de ecclesiis, de diebus festis, de jejunio, et de personis ecclesiasticis. **f. 134.**

Incip. 'Baptismus cum reverencia et magno honore celebretur.'

Expl. 'Nunc de personis secundum ordinem; presbyteri edilium vicem gerunt, diaconi quaternionum, subdiaconi triumvirorum; officium exorcistarum questionarios imitatur, hostiarii janitores aule, lectoris carminum relatores, acoliti scriptores carminum.'

Manu saec. xv. additur ad calcem, 'per M. Eliam de Trikyngham;' nulla autem mentio hujus operis invenitur apud eos qui de eo aliquid notaverunt.

38.

Membranaceus. In 4°. minori. Saec. xiv. ff. 123. Desunt quaedam inter ff. 76–77.

Astronomica varia.

1. Regulae quaedam astronomicae. **f. 1.**

Inc. 'Quando vis scire verum locum Mercurii.'

2. Tabulae proportionales ad 8 et 4, ad 10 et 5, et ad 6 et 3. **f. 1^b.**

3. Tabulae variae; scil.
   - i. 'Almanach Saturni,' Jovis, Martis, et Mercurii. **ff. 5–17.**
   - ii. Quatuor tabulae solis. **ff. 17^b–21.**
   - iii. Tabulae lunae pro annis 1300–1323. **ff. 21^b–64.**
   - iv. Tabulae equationis 'diei domorum ad signa, super latitudinem civitatis Oxoniae.' **f. 65.**
   - v. Tabulae horarum 12^{mae} longitudinis inter solem et lunam etc. **f. 67.**
   - vi. Tabulae domorum. **f. 69^b.**

4. De usu et operationibus astrolabii. **f. 76.**

Inc. 'Epilogus in usum et operaciones astrolabii. Nomina instrumentorum in astrolabio hec sunt.' Desin. imperfecte ad verba (f. 76^b), '—Si autem aspectus duorum.'

5. Tabula quaedam pro anno 1324. **f. 77.**

6. De signis zodiaci tractatus. **f. 78.**

Inc. 'Signorum alia sunt masculini generis, alia feminini.'

7. De planetis et signis. **f. 82^b.**

Inc. 'Planetarum alii boni, alii mali, alii mediocres mali.'

8. Tractatus alius de signis zodiaci et domibus planetarum. **f. 84.**

Inc. 'In nomine Domini Creatoris. Cinctura firmamenti in 12 distribuitur equales partes.' Anno 1102 compositus fuit, ut liquet ex his verbis, 'Est in ipso de sideribus unum primi honoris, est hodierno tempore, 1102 anno, 3 gradus et 32 minuta.'

9. Kalendarium. **f. 87.**

Notantur dies SS. Ceaddae, Guthlaci, Edw. R. et Mart., Botulfi abbatis, Francisci conf., et Æthelburgae virg.

10. Antiphonae et preces in commemoratione S. Ethelburgae [Abbatissae de Barking], usitatae. **f. 91^b.**

Incip. 'O lucerna virginum, fragrans in amore,
Expectasti Dominum vigilantis more.'

11. Tabulae elevationum signorum. f. 92.

12. 'Canones super tabulas altitudinum horarum per quas faciliter potest inveniri gradus ascendens super orizontem in omni hora diei et noctis.' f. 93b.

Inc. 'Primo oportet praemittere quedam utilia.'

Expl. '—habebis omnes 12 domos equatas ad eandem horam noctis, si Deus voluerit.'

13. 'Liber de adepcione, cogitacione et eleccione;' tractatus astrologicus. f. 96b.

Inc. 'Distinccio prima. De adepcione divisio trina. Quoniam circa tria sit omnis consideracio astrologica.'

Expl. '—si alter, altera pars, si neuter, nichil fiet.'

14. Tabulae altitudinis horarum, quantitatis horarum, quantitatis horarum inequalium, et quantitatum minutorum et secundorum horarum inequalium. ff. 100–123.

39.

Membranaceus. In 8vo. ff. 111. Saec. xi, xii. Olim 'liber beate Marie Abbendon;' et in bibl. T. Allen signo '37,' postea 'A 203,' notatus.

1. (*Saec.* xii.) 'Passio sancte Tecle, virginis et martiris, qua colitur viiii. Kal. Oct.' f. 1b.

Impress. ex hoc codice per Grabium in *Spicileg. Patr.*, vol. i. pp. 120–7.

2. 'Passio Sancti Blasii episcopi et martiris.' f. 12.

Incip. 'Sanctus Dei martir Blasius toto vitae suae tempore mitis degebat.'

3. (*Saec.* xi. *exeuntis.*) Miracula S. 'Eadmundi regis et martyris orientalium Anglorum,' cum prologo. f. 24.

Incip. prol. 'Ad memorandum Christi Domini testamentum in seculum confiteamur Domino.'

Incip. textus: 'Universae carnis viam ingresso Eadmundo glorioso.'

Cf. T. D. Hardy, *Catal. of Materials relating to Hist. of G. Brit.*, vol. i. p. 534, Art. 1111.

4. (*Saec.* xii.) 'Sermo episcopi Fulberti de nativitate sanctae Mariae.' f. 40.

Impress. apud Opera sua, sermo iv.

5. 'Translatio beati Jacobi Apostoli quae celebratur iiio Kal. Junii.' f. 44.

Inc. 'Post Salvatoris nostri passionem ejusque gloriosissimum resurrectionis tropheum.'

Expl. '—miseris deposcentibus invicto suffragio patrocinaturus, auxiliante Domino et Salvatore nostro Jesu Christo, cui,' *etc.*

f. 49 *vacat.*

6. (*Saec.* xi. *versus finem.*) Vita S. Birini, episc. et conf.; *deest titulus.* f. 57.

Inc. '*Ubi ortus et nutritus.* Beatissimus igitur Birinus, magnificus pater, pastor egregius.'

Expl. 'Multaeque fiunt virtutes per Filium suum Dominum nostrum,' etc.

Praemittuntur haec:—

i. 'Excerptio de Historia Anglorum de Sancto Birino Episcopo, Occidentalium Saxonum Apostolo;' scil. cap. vii. lib. iii. Bedae *Hist. Eccl.* f. 50.

ii. 'Omelia in ejus sancta festivitate sollempniter recitanda.' f. 52.

iii. Officia pro diebus translationis ejus (ii. non. Sept.) et depositionis (iii. non. Dec.). f. 56.

Tunc sequitur haec rubrica, sed carmen ipsum hodie deest, et, ut apparet ex vetere paginatione, a plusquam quadringentis annis abhinc. 'Carmen jubilationis per alphabeti litteras de sancto Birino metrice compositum, et in ejus laudem ubicumque volueris, pro gaudio depositionis sue, que est die iii. nonarum Decembrium.'

7. [Osberni, monachi Cantuariensis.] 'Vita sancti martiris archiepiscopi Ealfegi,' cum prologo. f. 74b.

Impress. apud Whartoni *Angliam Sacram*, vol. ii.; et alibi.

Desinit imperfecte ad verba '—desperatio facit invincibiles' (*Angl. Sacra*, ii. 131.)

ff. 90–92 *vacant.*

8. (*Saec.* xii.) 'Miracula [quinque] Dei genitricis Mariae.' f. 93.

Inc. 'Quidam vitrarius Apella Judeus.'

9. Epistola Elmeri Cantuariensis ad quendam fratrem Willelmum, ad desiderium vitae supernae augendum. f. 99.

Inc. 'Beatae patriae ferventissimo desideratori domino ac fratri dulcissimo Willelmo frater Elmerus temporalem vitam eternitatis amore despicere.'

Des. (*imperfecte*) '—venerationem frequentantibus compatiatur.'

Non exstat inter Epistolas Elmeri quarum fragmenta edita sunt a Rob. Anstruther ad calc. Epp. Herb. de Losinga, 1846.

10. (*Saec.* xii.) Liber Baruch, cum prologo Hieronymi. f. 101.

Pauculae lectiones variantes in margine notantur. Ad f. 107 'Explicit liber Baruch.'

11. 'Exemplum epistole quam misit Ieremias ad abductos captivos in Babiloniam,' *etc.*; [sive cap. vi. libri Baruch.] f. 107b.

Ad calc. 'Explicit exemplum epistole Hieremie prophete.'

12. Symposii aenigmatum fragmentum. f. 111.

Inc. 'Hec quoque Symphosius de carmine lusit inepto.'

Non nisi sex priora aenigmata; caetera desunt.

40.

Membranaceus. In 4o. minori. ff. 145. Saecc. xiii. ineuntis et xii. exeuntis. Manibus variis exaratus. Olim in quadam bibliotheca saec. xv, 'Liber 360us;' postea (1590–3) peculium Anthonii Ollyffe, civis London.; denique, Tho. Allen, '41,' 'A. 212.'

1. Ptolomaei liber de compositione universalis astrolabii, cum prologo; figuris illustratus. f. 1.

Ad calc.: 'Explicit liber Ptolomei de compositione astrolabii universalis, quem scilicet in civitate Londonie ex Arabico in Latinum transtulit et a millesima centesima lxxxv.'

2. Philonis liber de ingeniis specialibus; multis figuris illustratus. f. 9.

Inc. 'Quia tuum, amice mi Arzothoni, jam novi desiderium ad sciendum ingenia subtilia.'

Expl. '—neque eciam aliquid visibilium simul cum videtur, et illud est quod demonstrare volumus.'

Nomen auctoris praefigitur, una cum tit. qui incipit, 'In nomine Dei pii et misericordis,' manu saec. xiv. In cod. Ashmol.

qui continet partem tractatus incompletam, saec. xv. exaratam, male 'Liber *Philonii*' inscribitur, et verba initialia, scribae incuria vel ignorantia, ita exhibentur: 'Dixitque tuum zimice marzacon jam novi.'

3. Tractatus de somno et visionibus. f. 15ᵇ.

Inc. 'Tu, cui Deus occultorum veritates patefaciat, et quem in domo vite et in domo moras (*sic, l.* mortis) beatificet, quesivisti ut describam tibi quid sit sompnus et quid visio.'

Expl. '—et quantitas hujus sermonis cum sit intentio tua sermo enunciaturus sufficit' (*sic*).

4. Tractatus Rogeri Infantis, *sive* Young, de compoto [sive de kalendariis componendis,] libris quinque. f. 25.

Inc. 'Prefatio magistri Rogeri Infantis in compotum. Cum non sit humane benivolencie rem pluribus.' Sequitur tabula capitulorum. Inc. textus: 'Generalis materia artis, quid compotus [*etc.*]. Artis extrinsece noticiam interioris cognicionem precedere nequaquam ambigitur.'

Expl. '—congrue vero sive ab aliis sumpta, sive a novis apposita, gratie divine attribuantur.'

Liber quartus continet Kalendarium. In capite penultimo libri quinti, cui tit. 'Quantum nostra naturalis primacio post tempus Gerlandi a veritate discesserit,' *etc.*, sunt haec:—'Tempore autem Gerlandi facta est eclipsis solis anno Domini secundum ipsum M.LXXXVI, licet tabulam superiorem prius inceperit, secundum Dionisium M.XC.III, nono Kal. Oct. . . . . Unde jam *in nostre editionis tempore*, ut dictum est, secundum Caldeorum computacionem anno Domini M.C.LXXVII, v° die Decemb. (*correctio interlin.*, Septemb.) luna fuit accensa post xxi horas et xiiii momenta.'

5. Abrahae ben Ezrae, *sive forsan* Abrahae ben Chija, de astronomia liber. f. 52.

Inc. 'Dixit Abraham Judeus, Cognitum est corpus solare magnitudine omnia corpora vincere.'

Expl. '—et per hunc gradum medii celi possumus mutationem secundum latitudinem terrae.'

Cf. tabulam contentorum Bernardi *Synopseos Vett. Mathematicorum*, ad calc. vitae ejus a Tho. Smith, 1704, p. 20, et Wolffii *Bibl. Hebr.* vol. i. pp. 83–4.

6. [Alfragani Rudimenta Astronomica]. f. 89.

Praemissa est tabula differentiarum, sive capitulorum libri, triginta. Inc. textus: 'Numerus mensium Arabum et Latinorum est duodenus.'

Impressa exstat haec versio [scil. Joannis Hispalensis], 4°. Norimb. 1537. Excerptum ex hoc codice in Langb. MS. xii. pp. 13–15.

7. De eclipsibus. f. 113ᵇ.

Inc. 'Cum terra sit rotunda, dividitur in iiiior partes per duo maria.'

Expl. '—que simul juncta excedunt minimi mensis quantitatem. Nos jam propositum peregimus. Deo gracias. Deo gracias.'

Excisa sunt tria folia.

8. 'Liber Albategni, qui dicebatur Machometus, de sciencia astrorum.' f. 116.

Male mancus, plusquam dimidio carens.

Incip. 'Inter universa liberalium arcium studia.' Desin. ad verba in cap. xxx, 'qui ex signorum circulo centro videtur, quod est a puncto g, est,' quae sunt in p. 35 edit. una cum Alfragano, *ut supra*, impressae.

Ad fol. 20ᵇ. descripta est linea, quatuor pollicum et semissis in longitudine, his subscriptis, 'Hec linea, sexdecies ducta, longitudinem Dominici corporis ostentat, sumpta Constantinopoli ex aurea cruce ad longitudinem corporis Domini facta.'

In ff. 8, 9, sunt nomina, 'Ellen Benson,' 'Edward Kente.'

Ad fol. 59ᵇ. in margine est nota obligationis ex parte Rogeri Ashton, de Heawode, com. Oxon., scholaris, Anthonio Olliffe, vinetario de London., datae, pro summa £17 anno 1593 solvendarum.

Multa de hoc codice invenienda sunt in vol. xix. Adversariorum Langbainii, pp. 51–62, 147–153.

41.

Membranaceus. In 4°. minori. ff. 104; Saecc. xii–xv. Olim in tres codices divisus; '67;' '43. A. 175;' et 'A. 235.'

1. Praecepta medicinalia pro duodecim mensibus anni. f. 1ᵇ.

2. The reply of Daw Topias [John Walsingham] to the Complaint of Jack Uplond, in English verse; with a rejoinder written by another hand in the margins. f. 2.

At the end: 'Explicit dictamen fratris Daw Topias, quem in fine appellat Johannem Walsingham, contra questiones Johannis Vplond.'

Printed from this unique copy in vol. ii. of Thos. Wright's *Political Poems and Songs*, 8°. Lond. 1861, pp. 39–114, where the poem is assigned to the year 1401. In the first line for 'Ho' read 'Who,' and in the first line of the reply on p. 40 for 'ares[oneth] Jak Uplonde,' read 'aȝens me Jak Uplonde.'

3. [*Saec.* xii. *exeuntis.*] [Alani de Insulis Anti-Claudianus sive de officio boni viri]: poema morale et allegoricum, [libb. i–vi.] *Mancum ad fin.* f. 17.

Inc. 'Auctoris mendico stilum phalerasque poete,
Ne mea segnitie Clio dejecta senescat.'
Expl. [in cap. vii. lib. vi]:
'Jam defloratus in florem surgeret immo.
Ad meritum pensans vellem persolvere penas.'
Saepe impressus.

4. (*Saec.* xiv. *exeunt.*) Kalendarium astronomicum, cum tabulis ab anno 1385 et 1387 incipientibus; bene scriptum. f. 57.

Desunt menses Jan.—Mar., et pars Aprilis. Inter majora festa, primi aut secundi ordinis, ponuntur dies SS. Botulphi, Albani, Dominici, Bernardi, Francisci, Ethelburgae, Edwardi, Edmundi Conf., et Edmundi Regis; inter minora, SS. Joh. Beverlaci, Etheldredae, Oswaldi Regis, Lodowici Regis, Wilfridi, et Fredeswydae.

Sequuntur (f. 83ᵇ.) Canones super Kalendarium. Incip. 'Pro declaracione punctorum in principio hujus Kalendarii positorum est notandum, primo, pro gradu solis inveniendo.'

Expl. '—quia aliter et aliter est materia disposita hic et ibi. Expliciunt canones super Kalendarium.'

5. Preces pro itinerantibus; *imperf.* f. 90ᵇ.

6. Nota de translatione corporis S. Cuthberti in ecclesia Dunelmensi anno 1104. f. 91ᵇ.

7. Nota de electione Clem. VII. et Bened. XIII, antipaparum, annis 1378 et 1394. *ibid.*

8. Verba quaedam ex Deut. vi. 3, Exod. xxiii. 22, etc. 'Audi, Israel, praecepta,' etc., cum notis musicis; *manu saec.* xii. f. 92.

9. Catalogus reliquiarum in ecclesia Dunelmensi conservatarum; *manu saec.* xii. f. 92ᵇ.

10. [*Saec.* xiii. *ineuntis.*] Poema philosophicum, forma dialogi, de quatuor elementis, angelis, planetis, aliisque rebus. f. 93.

Inc. 'Scribo, sed ut merear per te scribenda doceri,
In studium mea me mens violenta trahit.'

Sequuntur in prologo haec de nomine *Philomena*:—
'R. Hoc Philomena sonat quod filia lucis amena
Dicitur, et lucis filia sacra fides.
Ut tua mens ergo possit Philomena vocari
Sit tibi munda manus et sine fraude fides,

Pone supercilium, ne fleveris esto quietus;
Est mihi scribendi talia causa decens.
S[criptor.] In laudem mihi convertis nomen Philomene,
Quod mihi credideram dedecus esse prius,' etc.
Expl. 'Fulmina quomodo fuerint reddi rogo jam racione,
Et de diluviis postea quando voles.
Palleat et trepidet, et ad omnia fulgura queri
Se credat, qui se noverit esse reum.'

11. Nota ex vita S. Edmundi Abendoniensis, Cantuar. archiep., de suo sigillo secreto in quo fuit figuratum martyrium S. Thomae Cant., cum circa imaginem ejus hoc epigrammate, 'Edmundum doceat mors mea ne timeat.' **f. 101.**

12. [*Saec.* xv.] Fragmentum tractatus cujusdam de exemplis ex mythologia Graeca deductis, in quo de Actaeone, Berecynthia, Marte et Venere, Orpheo, etc. **f. 102.**

42.

Membranaceus. In 4°. minori. Saec. xv. ff. 105. olim '27' et 'A. 98.'

1. Crispus Salustius de bello Catilinario. **f. 2.**

2. Idem de bello Jugurthino. **f. 30^b.**

Ad calc. 'Explicit liber Crispi Salustii in Jugurtino bello. Amen.
Non me, set copiam, reprehendat lingua legentis.'

3. Francisci de Mayronis Tractatus de indulgentiis. **f. 88.**

Inc. '*Quodcunque ligaveris super terram*, etc. Duos fines ultimos.'
Ad calc., 'Explicit tractatus de indulgentiis secundum Franciscum de Maronis.'
In fol. i. est nota 'ex cronicis Croylandie' de origine univ. Cantabrigiensis, a Cantabro Hispaniae Rege nomen sumentis, quae transcripta est a G. Langbaine inter Adversaria ejus, vol. xviii. p. 53.

43.

Membranaceus. In 4°. minori. ff. 185. Saec. xiv. exeuntis. Olim Allenianus '38,' et 'A. 104.' In fol. rejectaneo ad calc., 'Haydock est liber iste Willielmi.'

1. Joannis de Parma Libellus de medicinis digestivis. **f. 1.**

Inc. 'Quoniam quidam de melioribus amicis meis quos habere videor.'
Ad calc., 'Explicit peractica (*sic*) magistri Johannis de Perma.'

2. Praescriptiones variae medicae, inter quas (f. 9^b.) 'Pessarium Arnoldi de Villa Nova.' **f. 7.**

3. 'Liber Septiplanti Papiensis de bestiis et avibus medicinalis.' **f. 15.**

Praemissa est epistola brevis a Rege Egyptiorum Octaviano Augusto. Ad calc., 'Explicit liber Septiplanti Papiensis ad Octovianum Augustum.'

4. 'Libellus de [con]feccione vini secundum Arnoldum de Villa Nova.' **f. 18.**

Inc. 'Laudamus itaque vinum de bona vite.'

5. Descriptio venarum humani corporis. **f. 31.**

Ad calc., 'Expliciunt quedam utilia per Haydock.'

6. Quaedam alia per eundem Haydock inscripta, viz. unguentum, quod est remedium universale 'ad memoriam inenarrabilem' contra pestilentiam et omnia venena; et versus de sanguine et signis ejus medicis. **f. 32^b.**

7. 'Antidotarium Nicolai' Falcuccii, Florentini; ordine alphabetico. **f. 33.**

Inc. 'Ego Nicolaus rogatus a quibusdam.'

8. 'Glose super Antidotarium Nycolai;' *manu altera.* **f. 71.**

9. 'Liber de famulatu philosophie Ewangelio Domini nostri Jesu Christi et pauperibus ewangelicis viris: primus liber de consideracione quintessencie omnium rerum transmutabilium;' auct. Johanne de Rupe Scissa. **f. 101.**

Inc. 'Dixit Salomon, Sap. cap. viii., Deus dedit mihi.' Liber secundus 'de generalibus remediis appellatus.' f. 115.
Exstant hi libri saepe impressi, sed forma pleniori.

10. 'Regimentum sanitatis ad 7 climata;' capitulis octodecim. **f. 121.**

Inc. 'Prima pars vel consideracio sanitatem conservando pertinet aeris eleccioni.'
Expl. '—pannus lineus immersus ano suaviter quantum poterit intromittatur. Deo gracias.'

44.

Membranaceus. In 4°. minori. Saec. xv. ff. 188. Olim 'liber collegii Animarum Omnium fidelium defunctorum in Oxon. ex dono magistri Johannis Saundyre, nuper socii ejusdem collegii, cujus anime propicietur Deus, Amen;' qui etiam ipse codicem exaravit.

Quaestiones in varia Aristotelis physica.

1. Quaestiones super librum de somno et vigilia. **f. 1.**

Inc. 'Circa librum de sompno et vigilia queritur primo utrum sompnus sit privacio vigilie.'
Ad calc., 'Expliciunt questiones super libros de sompno et vigilia per manus domini Johannis Saundyr.'

2. —super librum de sensu et sensato. **f. 34^b.**

Inc. 'Queritur primo utrum de operacionibus et passionibus inanimatorum sit sciencia distincta a sciencia libri de anima et aliorum librorum naturalium.'
Ad calc., 'Expliciunt questiones super libros de sensu et sensato secundum magistrum Johannem Parisiensem, dictum Spengen, scripte a domino Johanne Saundre.'

3. —super librum de memoria et reminiscentia. **f. 87.**

Inc. 'Queritur utrum memoria sit solum preteritorum.'

4. —super librum de longitudine et brevitate vitae. **f. 104^b.**

Inc. 'Queritur primo utrum calidum et humidum sunt cause longe vite.'
Desinunt imperfectae in quaest. quarta.
Sequuntur duo folia vacua.

5. —medicinales intermixtae novem. **f. 115.**

Inc. 'Queritur primo utrum prius debeant exhiberi grossa cibaria vel subtilia.'

6. Expositio libri de motu animalium. **f. 122.**

Inc. '*De motu an. eo.* Dividitur autem iste liber in duas partes. In prima dat intencionem suam, dicens quod intendit

facere mencionem sive consideracionem de motu processivo animalium in universali.'

Ad calc., 'Explicit liber de motu animalium, quod d. J. Saundre.'

7. Johannis Duns Scoti Quaestiones xxiii. in libros de anima. f. 134b.

Inc. 'Queritur circa secundum librum de anima utrum sensus tactus sit unus vel plures. Videtur quod sit unus.'

Ad calc., 'Expliciunt questiones doctoris subtilis super secundum et tercium libros de anima, scripte a domino Johanne Saundre.'

Sequitur tabula quaestionum in volumine tractatarum, exceptis iis in artt. v, vi.

45.

Membranaceus. In 4°. minori. ff. 206. Saec. xiii. Olim 'A. 119.'

1. Homiliae variae; inter quas, de passione Domini (ff. 22–39), et de humilitate (ff. 39b–42). f. 2.

Desunt quaedam in initio.

2. Homiliae in Psalmos, usque ad Ps. cxxxii; praemissa tabula materiarum. f. 51.

3. Sermo in 1 Sam. vii. 15–17, in visitatione cujusdam domus monastici. f. 190b.

4. Pars sermonis in Jer. xv. 3, de quatuor symbolis evangelistarum, in visitatione quadam habiti. f. 200.

46.

Membranaceus. In 4°. minori. ff. 110. Saec. xiv. Olim Allenianus '22.' Bene exaratus, et figuris illustratus.

1. Experimentarius [sive, ut manu saec. xvii, Liber Fortunae], Bernardi, sive Bernardini Silvestris; opus fatidicum.

In fol. 8 sunt haec: 'Titulus vero talis est; Experimentarius Bernardini Silvestris, non quia inventor fuit, sed fidelis ab Arabico in Latinum interpres.'

Contenta ferme per totum concordant cum iis quae inveniuntur in exemplari altero in cod. Ashmol. 304 servato, et in Catalogo per Gul. H. Black plenissime et accuratissime descripto; descriptionem igitur nostri ibi quaerat lector, si velit. Quae autem in codice isto, hic illic mutilo, deficiunt, in nostro supplentur; et paucula haec alia inseruntur:—

i. Figura Bernardi, his versibus suprascriptis:—

'An sors instabilis melius ferat, ars docet ejus,
In septem stabis, minus una petens numerabis,
Post septem sursum numerando perfice cursum.
Translator Bernardus Silvester.
Hic infallibilis liber incipit, an tibi pejus.' f. 1b.

ii. Prooemium. f. 2.

Inc. 'Qui celum et terram creavit.'

iii. Quaestiones xxviii. super fata secundum xxviii. mansiones in quibus sol in toto anno moratur; opus quod quidam medicus Regis Amalrici ad laudem ejus gestorum postquam Egyptios vicerat, composuit. f. 2b.

Inc. 'Nostri autem antiquissimi longo tempore viventes.'

Ad calc. haec, 'Nugas, set subtiles, hec arbitror, quas habere et scire non estimo penitus inutile, ut eis alludatur, non fides adhibeatur; immo pocius derideantur humani hostis muscipule et deprehense devitentur. Quia
Que magis apparent retia vitat avis.
Si prenoscantur ventura, minus dubitantur;
Si sit previsus minus hostis obest prope visus.
Que subito veniunt plusquam precognita ledunt.'

Sequitur tabula combinationum (ff. 6, 7) ut in cod. Ashmol. art. 1, cum tabula altera, et explicatione quae sic incipit, 'Argumenti finis hujus doctrine talis est. Si vis scire de duobus pugillibus quis eorum vincere debeat,' etc.

Subsequuntur in ff. 7b–89b artt. 2–8 codicis Ashmol., cum figuris, additis hic illic his—

i. 'Casualiter jaciantur puncta;' regulae ad tabulas quatuor art 2. f. 25.

ii. Iterum figura Bernardi, cum versibus sicut supra, linea autem ultima in primum locum translata. f. 25b.

iii. Figura Anaxagorae, prognosticis Pythagoreis praecedens. f. 67b.

iv. Figura Ciceronis; 'Divinatio Ciceronalis,' cum figuris avium et signorum Zodiaci; art. 8. cod. Ashm. praecedens. ff. 77–79b.

Ad calcem subjunguntur versus varii sub his titulis:—

'Consideracio pronosticorum secundum Almaricum regem, in qua septenarius est basis.' f. 90.

'Consideracio illius sortis que per planetas,' etc.; cum figuris cocodrilli, etc. f. 90b.

'Consideracio prenosticorum que dicitur specialis, que decennalis est.' f. 91b.

2. Ars geomantiae. f. 93.

Incip. 'Desiderantibus verum et certum dare judicium secundum generosam et venerabilem scientiam geomancie.'

Ad calcem sunt versus quidam, ita desinentes:—

'Cui res quinque dies horas vigin (*sic*) simul unam
Punctos quingentos octuaginta novem.
Explicit Ars Geomancia.'

3. Sphaera Pythagorica; tabulis quinque. f. 106b.

Inc. 'Racio spere Pictagorice quam Apulius descripsit.'

4. De geomantia quaedam. f. 109b.

Inc. 'Ars geomancie non habet efficaciam in domibus formandis dum luna fuerit in hiis signis.'

In tegmine libri infixae sunt duae rotae ligneae, (*Volvellae* dictae), sese invicem moventes, super quas sunt figurae et tabula quaedam astrologica.

47.

Membranaceus. In 8vo. Saec. xiv. ff. 188. In fol. ult., verso, 'Iste liber est Johannis Fontana, physici Veneti.' Olim liber 'Tho. Allen;' '30' et 'A. 108.' Praemissa est, manu saec. xv, tabula contentorum.

Tractatus quindecim de re astronomica et astrologica, manu una bene exarati.

1. 'Liber omnium sperarum celi et compositionis tabularum, translatus a magistro G[erardo] Cremonense de Arabico in Latinum,' 'in Toleto' (*add. ad fin.*). f. 2.

Inc. 'Est quedam celestis machina spera.'

Cf. *Della vita di G. Cremonese notizie de B. Boncompagni*, 4°. Rom. 1851, p. 60.

2. 'Tractatus de circulis et epiciclis planetarum,' [Gerardi Cremonensis, sive Walteri Brytte], cum figuris. f. 11.

Inc. 'Circulus ecentricus dicitur vel egresse cuspidis vel egredientis centri qui non habet centrum cum mundo.'

Expl. '—et habuit magnum astrolabium tricubitum videlicet aut majoris quantitatis.'

3. 'Liber Archaselis introductorius ad librum judiciorum Arabum;' libris duobus. f. 19.

Inc. 'Omnibus planetis eraticis que feruntur in signis.'

4. 'Liber Alchabic[ii] ad magisterium judiciorum Arabum (*sic*), translatus a magistro G. Cremonense de Arabico in Latinum;' cum prooemio. f. 29b.

Inc. pr. 'Postulata a Domino prolixitate vite.'
Cf. Boncompagni, *ubi supra*, p. 59.
Haec versio impressa fuit Venetiis per Erh. Ratdolt anno 1485 sub nomine Joannis Hispalensis, interpretis; sub cujus nomine exstat etiam in codice proxime subsequente.

5. 'Liber quidam introductorius metrice compilatus' (*sic in tab. contentt.*) **f. 57.**

Inc. '*De signis directis et tortuosis.*
Signorum numerum sapientia dat duodenum.'

6. 'Liber coequacionis planetarum, translatus a magistro G. Cremonense de Arabico in Latinum.' **f. 61.**

Inc. 'Quicunque coequare planetas desiderat.'

7. 'Liber de concordia electionum Alkindi;' capitulis 14. **f. 68.**

Inc. 'Omnes concordati sunt philosophi.'
Expl. '—sitque ipse et luna munda a malis.' Additur in marg., 'Hic deficiunt folia tria de in[tegro] opere.' [Cf. cod. 194 *infra*, art. 13.]
Pro nomine *Alkindi* in titulo ut etiam ad finem, manus alter nomen Zaelis substituit, sub cujus nomine impressus exstat liber cum Ptolomaei *Opere Quadrip.*, fol. Ven. 1493, et alibi.

8. 'Liber de creticis diebus Alkindi.' **f. 78.**

Inc. 'Lucis creatorem obsecro ut veritatis lucem.'

9. 'Liber Messahala de 14 proprietatibus stellarum, que, videlicet, generacioni et corrupcioni omnium rerum deserviunt.' **f. 84.**

Inc. 'Primo igitur ante cetera omnia hoc attendendum ex[is]timo.'

10. Zaelis liber introductorius 'ad librum judiciorum astronomie quod ipse idem compilavit;' cum prooemio. **f. 100.**

Inc. 'Hactenus de circuli porcionibus stellisque.'

11. 'Liber judiciorum astronomie Zaelis;' cum prooemio. **f. 104.**

Inc. 'Deinceps ab hoc introitu.' Multa excerpta sunt ex Alkindi, Adomar, Dositheo et Aristotele.

12. 'Liber judiciorum astrologie qui Sententie septem judicum intitulatur.' **f. 128.**

Inc. 'Prima quidem domus oveas (*sic*) solis vitam significat.'

13. 'Liber nativitatum Abluali Alchait astrologi.' **f. 154.**

Inc. 'Dixit fidelis Abluali sutor et astrologus, Firmavi hunc librum.'
Ad calc. (f. 182ᵇ), 'Finit liber nativitatum Abluali Alchait, translatus de Arabico in Latinum a Platone Tiburtino in civitate Barchinona. Qui factus anno Arabum CCCCXXV. Est autem translacio perfecta annis Arabum DXXX.'

14. Paucula quaedam de nativitatibus. **f. 183.**

Inc. 'Cum luna fuerit in domo Saturni erit natus ociosus.'

15. 'Libellus interpretationum quem puto esse Messahala. Inveni eum extractum de libro suo in interrogacionibus.' **f. 184ᵇ.**

Inc. 'Scito quod [astrologus] aspiciens poterit errare quatuor modis.'
Expl. '—et hoc occultabant antiqui sapientes astrologorum a ceteris qui in hac arte minus docti erant.'

48.

Membranaceus. In 4°. minori. ff. 302. Saec. XV. Olim 'Tho. Allen, 23;' 'A. 95.'

1. Calendarium, ad latit. Oxon., cum tabulis variis, sc. ad literam dominicalem sciendam, etc. pro annis 144 ab anno 1438; planetarum; de venaesectione secundum signa zodiaca; et eclipsium solis et lunae, 1433–1462; *mutil. ad fin.* **f. 1.**

Inter festa sanctorum occurrunt Translationes Edmundi archiepiscopi, Edwardi Regis (*bis*), Swythini episc., et Cuthberti episc., cum multis aliis ex festis Anglicis. Dies 'Friswyde Virg.' rubris literis notatur.

ff. 19, 20 *vacant.*

2. Opus metricum de Compoto manuali, cum commentario. **f. 21.**

Inc. textus. 'Filius esto Dei celum bonus accipe grates.'
— comm. 'Compotus iste dividitur in 6 partes.'

ff. 29, 30 *vacant.*

3. [Alex. de Villa Dei] carmen de Algorismo; cum commentario. **f. 31.**

Inc. textus, 'Hec algorismus ars presens dicitur in qua.'
— comm. 'Iste liber quem pre manibus habemus dividitur in duas partes.'

ff. 47 *vacat.*

4. Roberti Anglici Commentarius in tractatum Johannis de Sacro Bosco de Sphaera. **f. 48.**

Inc. 'Una scientia est alia nobilior vel melior duabus de causis.'
Ad calc., 'Finita est ista compilacio super materia de spera celesti, ad majorem introduccionem in monte Pesulano studencium, quam compilavit magister Robertus Anglicus, et finivit anno Domini 1272, sole exeunte in primo gradu tauri, scorpione ascendente in alio,' etc.

5. Magnitudines planetarum, 'extracte a Theoria Campani Novariensis, quam composuit domino Urbano quarto.' **f. 89.**

6. Notae 'secundum Alfraganum et Avoroys' de mensuris et ponderibus. **f. 90ᵇ.**

7. De constructione et usu instrumenti cujusdam ad dirigendum signatores. **ff. 91ᵇ–4.**

Inc. 'Accipe tabulam planam mundam.'

f. 95 *vacat.*

8. Simonis Bredon Theorica planetarum, cum figuris. **f. 96.**

Inc. 'Circulus ecentricus, circulus egresse cuspidis, et circulus egredientis centri idem sunt.'
Ad calc. sunt versus sequentes manu altera:—
'Qui cupis astrorum septem bene scire sophiam
Hunc lege tractatum qui continet astronomiam.
Namque domus Merton hanc fecerat arte potitus
Astronomus Bredon consocius atque peritus.
O Deus astripotens anime Bredon miserere,
Cum sanctis statuas qui dicunt Kyria chere.'
In cod. 15 *supra*, et alibi, sub nomine Gualteri Britte invenitur tractatus.

9. De astrologia excerptum quoddam; *imperf.* **f. 114.**

Inc. 'Astrologia est de magnitudine contracta ad motum celestem.'

10. 'Liber Abraham Judei [*i. e.* Aben Esrae] de nativitatibus.' **f. 116.**

Inc. 'Dixit quoque Abraham Judeus, optimum instrumentorum ad inveniendum gradum orientem.'

11. 'Magistralis composicio astrolabii Hanrici Bate.' **f. 143ᵇ.**

Inc. 'Universorum encium radix et origo Deus.'
Ad calc., 'Expletum est hoc opusculum ab Hanrico Bate in villa Machliniensi, Luna conjuncta Jovi in domo septima, ascendente Leone, anno Domini M.CC.LXXIIII., quinto idus Octobris, ad peticionem fratris Vuilhelmi de Morbeca, ordinis Predicatorum, domini pape penitenciarii et capellani,' etc.

12. Descriptio instrumenti pro equatione planetarum. f. 152ᵇ.

Inc. 'Volentes quidem vera loca planetarum coequare.'
Artt. 9–11 transcripta sunt ex libro Venetiis per Erhardum Ratdolt anno 1485 impresso, cujus colophon (quem vocant) in fol. 155 exhibetur. Exemplar textus impressi exstat apud libros Ashmoleanos, 465.

13. 'Latitudines civitatum Anglie,' aliarumque civitatum in Italia, etc. f. 156.

14. Tabulae mediorum motuum et aequationum planetarum. f. 157ᵇ.

15. [Gul. Reade, episc. Cicestrensis,] Canones ad tabulas ejus compendiosas, super annos Christi et super radices et motus planetarum Alfonsi regis Castelli fundatas, et ad meridiem civitatis Oxon. reductas. f. 177.

Inc. 'In nomine D. n. J. C. Volentibus futuros effectus planetarum pronosticare.'
Expl. '—sed istud pro communibus indiciis facere non oportet. Amen.'

16. Canon pro vero motu lunae inveniendo. f. 181.

17. Roberti Grosseteste, episc. Lincolniensis, Tractatus de prognosticatione temporum. f. 182.

Inc. 'Ad pronosticandum diversam aeris disposicionem futuram.'

18. Versus memoriales de planetis earumque facultatibus astrologicis. f. 188ᵇ.

Inc. 'Vita, lucrum, fratres, patres, fil., servus et uxor.'

19. Canon pro vero motu quinque planetarum inveniendo. f. 189.

20. Tabulae ascensionum; accedunt regulae. f. 190.

21. 'Flores Albumazar de eleccionibus etc.' f. 193.

Inc. 'In nomine Dei incipiunt elecciones quas Albumazar compilavit de confusis tractatibus antiquorum, scil. qualibet die quid sit agendum, quid pretermittendum, secundum aspectum planetarum.'
Sequuntur volvellae solis et lunae, et tabulae planetarum, ff. 203–206.

f. 207 *vacat.*

22. Alcabitii Isagoge, sive Liber introductorius ad magisterium judiciorum astrorum. f. 208.

Incip. 'Postulata a Domino prolixitate vite Ceysandadula, i. gaudii regni.'
Ad calc., 'Perfectus est introductorius Abdilaziz, i. servi gloriosi Dei, qui dicitur Alcabuz, ad magisterium judiciorum astrorum, cum laude Dei et ejus adjutorio, s. Dei, interpretatus a Johanne Hispalensi, Amen.'

23. Explicatio verborum *conjunctio, applicatio, translatio, prohibitio*, planetarum, aliorumque in arte astrologica in usu habitorum. f. 237.

24. [Commentarius Johannis Danck, de Saxonia, super Isagogen Alchabitii]. f. 243.

Inc. prol. 'Vir sapiens dominabitur astris.'
Inc. comm. 'In principio hujus libri septem possunt queri.
Expl. '—donec exiverit casum suum.
Expliciunt scripta supra Alkibicium.'
Impress. cum libro Alchabitii annis 1485, 1502, etc.

In fol. ultimo, verso, est 'figura conjunctionis solis et lune, anno Domini 1331, Parisius,' et figura solis introeuntis in arietem.

49.

Membranaceus. In 4º. minori. ff. 116. Saec. xv. Olim liber Th. Allen (f. 116ᵇ) '21' et 'A. 142.'

Quaestiones [Johannis Sharpe, *al.* Scharpe] in libros octo Physicorum Aristotelis.

Deest unum, ut videtur, folium in principio, et alterum inter ff. 21, 22.
Incipit codex ad verba, 'ad aliam formam tamen illa non est reducibilis ad actum eo quod non reperitur contrarietas in celestibus.' Desin. 'Et tanta ad presens de hac questione dixerim, in qua sufficit mihi ad presens aliquas difficultatum probabiliter evasisse, eo quod hec sit causa in qua discere pocius cupio quam docere. Et in hoc finiuntur quaestiones alique in libros Phisicorum superficialiter collecte cāo [*sic, lege* modo] quo in scolis phisicis Oxon. disputari consueverunt.'
In MS. Langbainii xix. p. 476 dicit ille vir cl. de hoc codice, 'Authore (ut videtur) Johanne Wiclif.' Error ejus haustus est e nota marginali in fol. 80, 'Wyclif concordat cum opinione poᵗᵉ [ponente?] tempus esse subjective in mundo;' qui autem talia scripsit refert ad verba haec in textu operis, 'Videtur multum probabile quod tempus sit in mundo subjective, quod concludo dicendo *cum quodam moderno*, quem apparet mihi in hac materia de tempore clarius locutum fuisse, quia tempus est successiva mundi duracio in esse transmutabili.'

50.

Membranaceus. In 4º. minori. Saec. xiii. aut forsan xii. exeuntis. ff. 88. Acquisitus a Kenelmo Digby Florentiae in mense Novembris, 1620.

Tractatus de arte geomantiae.

Tit. 'Incip.' Geomancie secundum magistrum R . . . . e (*nomine eraso*).
Incip. 'Rerum opifex Deus qui sine exemplo nova condidit universa.'
Expl. (f. 72ᵇ.) 'Earum itaque numerus cccc.lxxxiiii. formularum fore non dubitatur, quod Deus melius novit. Explicit ars geumancia.'
Sequuntur alia ejusdem generis, inter quae,

1. De punctis. f. 74.

2 'Liber primus [de] casis.' f. 78.

Inc. 'Deinceps dicendum est de casis 12 quas apellavimus (*sic*) superius matres et filias.'
In folio rejectaneo ad initium et in duobus (87, 88) ad calcem sunt schemata quaedam pro calculationibus faciendis, annis 1489–92 descripta.

51.

Membranaceus. In 4º. minori, binis columnis exaratus. Saec. xiii. ff. 138. Olim liber Tho. Allen; '29' et 'A. 90.'

1. Pars libri, auctore Albategni, de scientia astrorum; cum figuris. f. 1.

Inc. in cap. xliv, ad verba 'conjunctionis ab ascendente lx fuerit, hore vere conjunctionis erunt hore medie eclipsis.'
Ad calc. (f. 17ᵇ.) 'Finit liber Machometi filii Gebir filii Cineni, qui vocatur Albateni. Deo gracias.'

2. Hermanni Contracti Liber de compositione astrolabii, sive instrumenti a Ptolomaeo inventi et *Walzachora* dicti. f. 18.

Inc. 'Hermannus Christi pauperum peripsima.'
Impr. apud Pez, *Thes. Anecd.* iii. parte ii. col. 95.

3. Ejusdem Liber de utilitatibus astrolabii. **f. 21.**

Inc. 'Quicumque astronomice discipline.'
Expl. '—poteris fabricare horologia.' *Ibid.* col. 109.

4. Rodulfi Brugensis Liber de compositione astrolabii. **f. 26.**

Incip. prol. 'Cum celestium sperarum diversam positionem, stellarum diversos ortus diversosque occasus (*etc.*) . . . . . . pro posse suo hujus instrumenti formulam dilectissimo domino suo Johanni David Rodulfus Brugensis, Hermanni secundi discipulus, describit.' Cap. I. De postica.

5. Tractatus Albucasis de usu astrolabii, ex Arabico in Latinum versus a Platone Tiburtino. **f. 28.**

Incip. prol. 'Translacio Platonis Tiburtini de opere astrolabii. Suo serenissimo amico Johanni David, in quatuor mateseos disciplinis peritissimo, Plato Tiburtinus post carnis miserniam (*sic*) carnis gloriam [*etc.*] . . . . . . diversis Arabum voluminibus revolutis, in nullo unquam ita perfectum ita venustum atque celeberrimum tractatum . . . . . . invenire potui ut in libro studiosissimi Albucasin filii Alafar, tam in geometria quam in astromia (*sic*) valde peritissimi.'

Expl. opus: 'Et hec est figura sicut in dorso astrolapsus juxta centrum ponitur. Finit liber operis astrolapsum ab Abucazin filio Asafar editus, et a Platone Tiburtino translatus in civitate Barchinona.'

6. Methodus inveniendi meridianum in planitie quacunque per virgulam perpendiculariter erectam. **f. 35ᵇ.**

7. De divisione ponderum. **f. 36.**

8. De compositione horologii sciaterici in usum viatorum. **f. 36ᵇ.**

9. De modo inveniendi ambitum terrae. **f. 37ᵇ.**

Inc. 'Quamvis Ambrosii (Theodosii, *interlin.*) autoritate orbis ambitus notabilis abeatur' (*sic*). Postea sic incipit capitulum alterum, 'Erastatones philosophus geometriaque sagacissimus.'

10. Tractatus quidam anepigraphus de proportione; scil. de proportione numerorum et figurarum geometricarum. **f. 38ᵇ.**

Inc. 'Sic ait divina Scriptura, omnia in mensura et numero et pondere disposuit Deus.'
In fine truncus.

11. 'Sentencie astrologorum in judiciis observande.' **f. 43.**

Inc. 'Quando igitur aliquis venit ad te, ut verum ei judicium possis dare.'

12. Liber florum Albumazar; tractatus astrologicus. **f. 47.**

Inc. 'In nomine Dei pii et misericordis hic est liber quem collegit Abumaxar de floribus eorum quae significant res superiores in rebus inferioribus, et quod fit in revolutione annorum et mensium et dierum, et erat hunc librum deferens secum in peregrinacionibus quia posuit in eo flores rerum et cetera de his que elegit et placuerunt sibi. Dixit Abumaxar, oportet te scire primum dominum anni.'

Ad calc. 'Finit liber florum Albumasar, sub laude Dei et ejus adjutorio. Quem succedit liber experimentorum ejusdem Albumasar eciam.' (*Manu alt.*), 'Liber sequens est de revolucionibus annorum Albumazar;' (*manu tertia*), 'et est unus liber experimentorum, et ipsius, secundum aliquos.'

13. [Jacobi Alkindi, sive Alchindi, Liber de judiciis; translatus per Robertum Anglicum.] **f. 55.**

Inc. 'Quanquam post Euclidem Theodosii cosmometrie.'
Nomen auctoris, ut etiam interpretis, subjicitur manu Tho. Allen: manu saec. xiv titulus praefigitur, 'Incipit liber Experimentorum Albumasar.' Exemplar autem vetus inter codd. Ashmol., 309, fert nomen Alkindi; et exemplaria recentiora, saecc. xv, xvi., in eadem collectione, ut etiam infra, Digb. 91, nomen interpretis addunt.

14. 'Liber iiii. tractatuum Batolomei Alfalisobi in sciencia judiciorum astrorum;' i.e. Ptolomaei Opus quadripartitum, a Platone Tiburtino Latine versum. **f. 79.**

Incip. cap. I. 'Dixit Batolomeus: Rerum iescuri in quibus est pronosticabilis sciencie stellarum perfeccio.'

Ad calc. (f. 114ᵇ.) 'Explicit liber quatuor (*sic*) Batolomei in judicandi discrecione per stellas de futuris in hoc mundo constitucionis et destructionis contingentibus. Deo gracias. Et perfectus est ejus translatio de Arabico in Latinum a Tiburtino Platone, cui Deus parcat, die Veneris, hora tercia, xxª. die mensis Octobris, anno Domini M.C.XX.VIII. (*sic*) xv die mensis Saphar, anno Arabum D.XXX.III. (*sic*) in civitate Barchinona. Et Deus nos custodiat et actus nostros dirigat. Tu autem, Domine, miserere nostri.'

15. 'Liber Abuali Alchajat in nativitatibus, translatus de Arabico in Latinum a Platone Tiburtino.' **f. 114ᵇ.**

Incip. 'In nomine Domini. Dixit fidelis Abuali sutor et astrologus, Firmavi hunc librum.'

Ad calc. (f. 130.) 'Finit liber nativitatum Abuali Alchaiat, translatus de Arabico in Latinum a Platone Tiburtino, in civitate Barchinona, cum laude Dei et ejus adjutorio; qui factus est anno Arabum CCCC.XXV. Perfecta est autem ejus translacio anno Arabum D.XXX. (*sic*) quartadecima die mensis Scrul, anno vero Alexandrino M.CCCC.XLVII. (*sic*) quintadecima die mensis Julii, hora x, ascendente sagittarii xiiᵒ gradu,' etc.

16. Alia quaedam pauca de nativitatibus. **f. 130.**

Inc. 'Cum luna fuerit in domo Saturni.'

17. 'Capitula stellarum, oblata regi magno Sarracenorum a Mansor astrologo filio Abrae Judei, a Tiburtino Platone translata.' **f. 131.**

Inc. 'Capitulum. Signorum disposicio est ut dicam.'

Ad calc. (f. 133ᵇ.) 'Perfectus est liber capitulorum Mansor cum Dei auxilio, translatus de Arabico in Latinum a Platone Tiburtino, quam Deus exaltet, in civitate Barchinona, anno Arabum DXXX, octavodecima die mensis Dulhichida,' etc.

18. 'Tractatus de cogitacione vel de intencione; et refertur ad Messeallah.' **f. 133ᵇ.**

Inc. 'Precepit Messehalla ut constituas ascendens per gradum suum.'

Expl. '—qualiter misceas significaciones planetarum significacionibus signorum.'

19. 'Libellus interpretationum quem puto esse Messeallah; inveni enim eum extractum de libro suo in interrogacionibus.' **f. 134.**

Inc. 'Scito quod aspiciens, i. astrologus, poterit errare iiii. modis.'

Expl. '—et ubicumque fuerit dominus hore ibi erit res intellige.'

20. 'Tractatus Dorothi in occultis.' **f. 135.**

Inc. 'Dixit Dorothius, Cum interrogatus fueris de thesauro.'

Expl. '—et occultabant antiqui sapientes astrologorum a ceteris qui in hac arte minus docti erant.'

21. 'Epistola Messehallah in rebus eclipsis lune, et in conjunctionibus planetarum ac revolucionibus annorum, breviter elucidata;' capitulis duodecim. **f. 136.**

Inc. cap. I. 'Dixit Messeallah, Quia Dominus altissimus fecit terram.'

Ad calc. (f. 137b), 'Perfectus est liber cum laude Dei et ejus auxilio. Tu autem, Domine, miserere Platoni.'

22. Figurae tres pro nativitatibus calculandis, cum explicationibus. **ff. 137b–8.**

Ad calc. descriptionis primae sunt haec: 'Hec interrogatio facta est secunda hora diei Mercurii et XXVI die Dulhigen, XVIII Novembris, erantque anni ere perfecti MCLXVIII.'

Descriptio contentorum codicis exstat in MS. Langb. xix, pp. 154–7 et 94–6.

52.

Membranaceus. In 4°. minori. ff. 80. Saec. xii. Olim '51' et 'A. 202.'

[Gualteri de Castellione Alexandreis, sive] poema de gestis Alexandri Magni; cum notis marginalibus.

Ad calc. 'Explicit Alexander.'

Saepe impressus.

In fol. 79b sunt versus duo 'de cane qui portavit os in ore super pontem et videns umbram ossis in aqua majorem osse dimisit os et saliit in aquam.' Et in fol. 80, rejectaneo, notae theologicae de throno Dei, de casu angelorum et hominum, de nomine Domini, etc.

53.

Membranaceus. In 4°. minori. ff. 69. Saec. xii. exeuntis [cf. ff. 13b, 48b, 50b.] Bene, sed haud una manu, exaratus: partim binis columnis. Olim liber prioratus de Bridlington; postea Tho. Allen, '32' et 'A. 84.'

1. 'Versus magistri Serlonis de differentiis;' cum notis. **ff. 3–5b.**

Incip. prol. 'Dactile, quid latitas? Exi; quid publica vitas?'
Incip. differentiae: 'Unam semper amo cujus non solvor ab hamo.'

Expl. 'Terminus hujus mete venit; explicit, ergo valete.'
Multa, ad glossam pertinentia, inter lineas inserta sunt.

2. 'Versus magistri Serlonis in conversione sua quando factus est monachus Cisterciensis.' **f. 3,** *in marg. sive in col. secunda.*

Inc. 'Mundus abit: res nota; quare res usque notanda.'
Impr. apud *Wright's Anglo-Latin Satirical Poets and Epigrammatists of the Twelfth Century,* 1872, vol. ii. p. 232.

3. 'Versus ejusdem quando scolis renunciavit;' *ibid., et* **f. 32.**

Inc. 'Linquo coax ranis, cras corvis, vanaque vanis.'
In margine est versus retrogradus, 'Sator Arepo tenet opera rotas.'

4. 'Alie differentie de nominibus et verbis;' cum notis. **f. 5b.**

Inc. 'Dic quid hyrundo, quid sit hirudo, qualis arundo.'
In marg. fol. 6b, 'Hoc anno seno M°. bisque triceno
Anglorum gentes perierunt ense cadentes.'

5. 'Proverbia magistri Serlonis;' *Gall.* et *Lat.* **f. 8.**

Inc. 'Pur suffreite de prud hume met lum fol en banc,
Occupat indignus sedem cum non prope dignus.'
Expl. 'Busuinne fait veille trotter;
Currere plus ke le pas vetulas compellit egestas;
Ut cito se portet vetule pes cogit oportet;
Fert inde fesse vetule carendo necesse.'

Haec impressa sunt apud notitiam codicis per P. Meyer infra notata.

In marginibus sunt multi versus grammaticales atque morales, sive epigrammata, inter quos (ut etiam in fol. 44) distichon [Hildeberti] de nativitate Domini, 'Preco, puella,' etc. [*Opp.* col. 1232.]

6. 'Versus de concepcione hominis.' **f. 10.**

Inc. 'Unde superbit homo cujus concepcio culpa.'

7. 'De homine.' *ibid., in marg.*

Inc. 'Heres peccati, natura filius ire.'
In ora inferiori fol. 9b, 'Selden gifis men dumb man land,
Raro datur muto tellus aū [aut?] regia surdo.'
In ora inferiori fol. 10, 'þar þe clild (*sic*) is kings and þe cuerl is Alderman and þe pale biscop, pa þene lede. Unde versus:'
'Ve populo cujus puer est rex, censor agrestis, exterus antistes, hii mala multa movent,'
In marg. fol. 10, 'Transit ab R. Gilebertus in R. freppe vigens R.'

8. 'Versus domni primatis:' [Thomae Baiocensis, archiep. Eboracensis? Serlo enim ecclesiae Ebor. forsan canonicus erat.] **f. 10b.**

Inc. 'In cratere meo Tetis est conjuncta Lyeo,
Est dea juncta deo sed dea major eo.'

9. 'De femina.' *ibid.*

Inc. 'Nonne vides quam parva fides manet in muliere.'
In ora inferiori, 'Plenus honorificabilitudinitatibus esto.'

10. 'De canonicis quod M. Serlo.' **f. 11.**

Inc. 'Canonici, quem canonicum vos canonicastis.
Item alii versus in marg. 'Nostri canonici debent a canone dici.'

11. 'Epitafium Brunonis [Astensis] episcopi.' *ibid.*

12. Versus varii epigrammatici atque grammaticales. **ff. 11, 12.**

13. 'De Ermaphrodito;' [auct. Hildeberto Cenomanensi.] **f. 12.**

Inc. 'Dum mea me mater gravida gestaret in alvo.'
Inter Hildeberti *Opera,* fol. Par. 1708, col. 1370.

14. De arte versificandi; [scil. prologus et sectio prima libelli Marbodi, episc. Redonensis, de ornamentis verborum.] *ibid.*

Inc. 'Versificaturo quedam tibi tradere curo.'
Impr. ad calc. Operum Hildeberti Cenomanensis, fol. Par. 1708, col. 1587.

15. 'De differenciis diversorum nominum,' versus varii. **ff. 12b, 15, 18, 18b, 22.**

Inc. primi, 'Singula mente nota fasces dicuntur honores.'

16. Epitaphia et epigrammata varia. **ff. 13–15, 21b–2b.**

Inter haec, versus (f. 12b) sub nomine 'Bartholomeus archip.;' (f. 13a, b) versus in mortem S. Thomae, archiep. Cant., et epitaphium Petri Comestoris qui obiit anno 1178, (quod exstat impressum in Oudini *Comment. de Scriptt. Eccl.,* vol. ii. col. 1529 et alibi). Disticho cuidam in fol. 14b oppositum est nomen (rubris literis) 'Hermannus, Christi pauperum peripsima' (Herm. Contractus). In fol. 15 haec:—

'*Versus primatis.* Primas Serloni, nebulo nebulas nebuloni.
Serlo e contra. Nulla tui doni sit gratia pro nebuloni.'

Item, versus de Judaeo in latrinam lapso; et 'Alexandro papae.'

17. 'Diversa proverbia;' *Gall.* et *Lat.* **f. 15.**

Inc. 'Que oil ne veit quor ne desiret.
Cor non affectat oculi quod non nota spectat.'
Impressa per P. Meyer, *ut infra.*

18. Versus de moribus gentium diversarum. **ff. 16** et **17**, *in marg.*

Inc. 'Romani qui non sacra sunt sed qui sacra vendunt.
Instabiles Galli mihi sunt,' etc.

19. 'De ludo skakkorum.' **f. 16**^{b}.

Inc. 'Qui cupit egregium scacorum noscere ludum.'

20. [Hildeberti Cenomanensis] Quid significet utraque pars altaris; versus quinque. **f. 17.**

Inc. 'Est ratio quod pars altaris dextera misse.'
Inter *Opera* Hildeberti, fol. Par. 1708, col. 1149.

21. Quae voci et oculis prosunt et nocent. **f. 17**^{b}.

Inc. 'Qui vocem claram supervult semper habere.'

22. Versus miscellanei multi; de diebus evitandis in phlebotomia; de Roma; etc. **ff. 18, 22**^{b}, **23**^{b}, **24, 27, 31**^{b}**–33.**

23. Virgilii versus, 'Sic vos non vobis,' etc. **f. 18.**

24. 'Diccio (?) Malachie episcopi:' distichon. *ibid.*

'Spernere mundum, spernere nullum, spernere sese,
Spernere se sperni, quatuor hec bona sunt.'
Impress. apud Leyserum, *Hist. Poett.* 1721, sub nomine Malachiae, p. 417; et inter carmina Hildeberti, *ut supra*, col. 1359.

25. 'Domnus Lago;' hexastichon, nomine auctoris ita praefixo. *ibid., in marg.*

Inc. 'Spernere mundana, vir, non sit res tibi vana.'

26. De tribus Mariis et de filiabus et viris Annae, partim prosaice, partim metrice. **ff. 19, 23.**

27. 'De tribus donis Magorum.' **f. 19**^{b}.

Inc. 'Dona magi Domino dant mistica tres tria Trino.'

28. Hildebertus 'de x plagis Egypti.' **f. 20.**

Inter *Opp.*, col. 1360.

29. Versus 'de officiis Misse.' **ff. 20–22.**

Inc. 'Illud sublicium quod presbiter induit ante.'

30. 'Hildebertus episcopus magistro Adam ut ei scriberet aliquid causa edificacionis; et ille:—' **f. 20**, *in marg.*

Inc. 'Arbore sub quadam dictavit clericus Adam.'

31. 'Incipiunt versus de omnibus divinis historie libris.' *ibid., in marg.*

Inc. 'In hoc quinque libri retinentur codice Moysi.'

32. 'Versus de miraculo quondam per Petrum archiepiscopum Tarentinum patrato, de usurario quodam.' **f. 20**^{b}, *in marg.*

Inc. 'Quo sale conditur nummus, quo sumitur haustu.'

33. Comparatio gloriae caelestis atque terrestris; versus decem. **f. 22.**

Inc. 'Gloria celestis quod habet largitur honestis.'

34. 'De terminis Pasche.' **f. 22**^{b}.

Inc. 'Aprilis nonas, octavum deinde Kalendas.'

35. Commendatio virtutum per comparationem. *ibid., in marg.*

Inc. 'Virginitas flos est et virginis aurea dos est.'
Inter *Opp.* Marbodi, ad calc. *Opp.* Hildeberti, *ut supra*, col. 1561.

36. 'De vii. diebus' Creationis. **f. 23.**

Inc. 'Primus in orbe dies lucis primordia sumpsit.'

37. 'De sancto Thoma' Cantuariensi. **f. 23.**

Inc. 'Rex, miles, presul, edictis, ense, cruore.'

38. 'Epithaphia Virgilii que scripta sunt a duodecim sapientibus.' **f. 23**^{b}.

39. 'Epitafium magistri Hugonis [scil. H. de S. Victore]; epitaphium anonymum; 'de Serlone;' de latronibus cum Christo crucifixis; etc. **f. 24.**

Inc. i. 'Qui tibi magnus eras, quam sis nichil, ecce, doceris.'
ii. 'Nullius vicii glacies hiemabat in illo.'
iii. 'Dici Serlo miser merui, non Serlo magister.'
iv. 'Dismas et Gestas latrones nomen habuere.'

40. 'De ruina Rome;' poema Gualtero Mapes ascriptum. **f. 24.**

Inc. 'Propter Syon non tacebo.'
Nomen 'Gualt. Mahap' praefixum est manu saec. xvi.; sequuntur autem haec, manu paulo recentiori, 'Magister Walterus de Castilione est verus author horum versuum, apud Romam in presentia domini pape.'
Impress. apud Flacium Illyricum, p. 408; inter Poemata G. Mapes, et alibi.
Binis columnis exaratum est poema; inter columnas et in marginibus sunt notae grammaticales, theologicae, atque miscellaneae, cum versibus.

41. [Goliae Querela ad papam]. **f. 25.**

Inc. 'Tanto viro loquuturi.'
Expl. 'Studeam de proprio.'
Imp. apud F. Illyricum, p. 9; Leyserum, p. 779; et nter Poemata G. Mapes.

42. Epigramma 'de papa Alexandro' III. (qui obiit anno 1181); epitaphium super Simonem quendam; etc. **f. 27.**

43. 'Magister Golyas de quodam abbate.' **f. 27**^{b}.

Impress. (non autem sine corrigendis) ad calc. praef. in Poemata G. Mapes, 4°. Lond. 1841, pp. xl–xliv.

44. 'De destructione Troie.' **f. 30–31**^{b}.

Inc. 'Pergama flere volo fato Danais data solo.'
Expl. 'Femina fatalis, femina feta malis.'

45. Varii ex versibus Hildeberti Cenom. super morali applicatione locorum S. Scriptura, praesertim ex Novo Testamento. **ff. 30–33, 44**^{b}, **46.**

Inter *Opp.* Hildeberti, *ut supra*, coll. 1211–1219, 1224–1230.

46. 'Walterus Mapa Hamelino clerico Regis;' heptastichon. **f. 33.**

Inc. 'Gaudeo quod sanus es incolumisque degis.'

47. 'De monacho quodam;' narratio scurrilosa de monacho adultero, Rogerus nomine. **f. 33**^{b}.

48. 'Incipit liber de Babione sacerdote, et Petula uxore ejus, et de Fodio famulo Babionis et Petule, et de Viola filia Petule, et de Croceo milite;' carmine, cum argumento praemisso. **f. 35.**

Inc. arg. 'Ut manifestius intelligatur quid isti versus volunt dicere.'
—poema. 'Me dolor infestat foris, intus, jugiter omnis.'
Expl. 'Qui scripsit valeat: Babio tristis eat.
Explicit comedia de domino Babione.'
Exstat impr. apud *Early Mysteries*, ed. per T. Wright, 8°. Lond. 1838, p. 65.

49. Versus multi breves et miscellanei. **ff. 43–49.**

Inter alia haec notanda sunt:—

'Gregorias edes quibus, archidiacone, sedes
Rex dedit Henricus noster dominus et amicus.'
'Fama volans hodie per mille foramina vocum
Regem perfidie nunciat esse cocum.'
'Versus demonis Johanni heremite quibus occupatus
solvendis cessaret ab oratione.' } f. 44.

'Epitaphium H[enrici] R[egis].
Sufficit iste lapis cui non suffecerat orbis;
Res brevis est ampla cui fuit ampla brevis.'
'Epitaphium G. prioris [*Gregorii prioris de Bridlington?*]
Occidit ecclesie lampas clavisque sophie,
Gregorius, morum medicus primasque priorum,
In libris vixit studiosus et optima scripsit,
Multaque construxit quibus inclitus orbe reluxit.'
'Epi. H. Hic jacet Herodes Herode crudelior, hujus
Inquinat infernum spiritus, ossa solum.' } f. 48b.

50. Hymni tres, cantandi ad processionem a tempore Paschali ad Ascens., in Ascensione, et in Pentecoste. **f. 45.**

Inc. i. 'Salve, festa dies felix octava dierum, *vel* t[oto] v[enerabilis] evo.
Quam fecit Dominus nomine reque suam.'
ii. 'Salve, festa dies, qua Christus ad astra regressus, *vel* t. v. e.,
Nostrum de terra corpus ad ipsa levat.'
iii. 'Salve, festa dies, quam sanctificavit ab alto
Cordibus infusus Spiritus uberior.'

51. Versus grammaticales. **f. 46b.**

Inc. 'Est soloescismus verborum copula prava,
Barbarismus ubi verbum corumpitur unum.
Est barbarismus cum dico domino dominus,
Est soloescismus vir mea, sponsa meus.'

52. 'Versus interpositi hic de *Semper unam amo;*' scil. Versus locum rectius, ut videtur, habentes in art. 1. supra, inter *Versus Serlonis de differentiis*. **f. 49.**

53. 'Quid sit socrus, quid nurus, patruus, avunculus,' etc.; versus. **f. 49b.**

54. 'Figure per versus dictate;' scil. figurae in oratione usitatae. **f. 49.**

Inc. 'Prima figurarum que dicitur allotheta
In medio residet tanquam mater bene feta.'
Expl. 'Ledeamque Helenam Trojanas vexit ad aures.
Hic finiunt figure per versus dictate.'

55. De Roma. **f. 50b.**

Inc. 'Roma capud rerum, que tanto turbine clerum.'

56. 'De tribus viris Anne et tribus filiabus suis.' *ibid.*

Inc. 'Nupta fuit Joachym mater prius Anna Marie.
'*Alio modo:* Tres tribus Anna viris fertur peperisse Marias.'

57. 'De cardinalibus' quibusdam disticha; scil. 'de Albino, Panulpho, Prenestino, Sal'nino, Octoviano, Cynthio.' *ibid.*

58. 'Colores in rethorica;' de artificiis in rhetorica usitatis; tractatus prosaicus, illustratus versibus super verba equivoca, etc. **ff. 51–66.**

Incip. 'Ars semper eadem, quod autem ex arte est non semper idem.'
Expl. 'Hiis ita completis, portum sortita quietis
Musa tenet metam cogitque silere poetam.'

59. 'Versus Sydonii' super Caesares Romanos. **f. 51,** *in marg.*

Incip. prol. 'Cesareos proceres in quorum regna secundis.'

Rubricae tres: '*Julius Cesar primus:*' '*de longitudine regni eorum:*' '*de morte eorum.*'

Expl. imperfecte, 'Expediam series quos tenet imperii—'

Non exstant inter opera Sidonii impressa.

60. Versus: 'De Johanne B[apt.];' 'Poeta;' 'Septem declarant nostram resurrectionem;' 'Quot et quibus modis peccata relaxantur.' **f. 66b.**

61. 'De duodecim Apostolis versus.' **f. 67.**

Inc. 'Agnoscens credit Tibi Petrus, Simon obedit.'
Expl. 'Martis bis ternas sacravit morte Kalendas.'

62. 'Qualis debet ad altare accedere;' [versus Hildeberti.] **f. 67.**

Inc. 'Astans altari, pia mens, gaude lacrimari.'
Expl. 'Hec manet, illa perit, mens hanc, illam caro querit.'
Inter *Opera* Hildeberti, *ut supra*, col. 1351, ubi autem nonnisi octo versus ex sedecim inveniuntur.

63. 'Quod in quo mense fieri debeat;' consilia medica. **f. 67b.**

Inc. 'De phisica tractat Ypocras, docet, instruit, aptat.'

64. 'Quando dominus Papa celebrat missam in Lateranensi ecclesia.' **f. 68.**

Inc. 'Episcopus Hostiensis qui debet benedicere et consecrare Apostolicum est pre omnibus aliis.'

65. 'De tytulis cardinalium.' *ibid.*

In fol. 66b sunt haec, manu recentiori:—

'Versus sancti Hugonis [episc. Lincoln.] quando recessit a Carthusia.
Cella, vale! tu scala Jacob, tu campus agonis,
Dans ventis paleas in celo grana reponis.'

Item, manibus recentioribus, ad initum finemque codicis sunt haec:—

f. 1. 'Hic jacet dominus Robertus Danby, prior hujus loci,' [*scil.* Bridlington] 'qui obiit quinto die Novembris, anno Domini M.CCCC. septimo.'

ff. 1b, 2. 'Versus de divite epulone et Lazaro mendico,' et Sententiae ex Patribus.

f. 68b. 'Condicio tua stet longo non tempore, parvo
Vivere te faciat hinc Deus omnipotens. } Isti sunt versus retrogradientes, facti per unum guliardum.'

'Henrici quarti quinto Dominique sub annis
(i.d. l. d. c. l. c.l. c. l. l.)
Bridelyngton decorat translacio sancta Johannis.
In istis duobus versibus patet quod Sanctus Johannes fuit translatus anno Domini millesimo cccc°. iiii^to et anno Henrici quarti quinto.'

Folium ult. est fragmentum ex veteri legendario (saec. x. sive xi.) in quo de SS. Vincentio et Nicolao, cum notis musicis.

Codex descriptus est a viro erudito Paulo Meyer in *Archives des Missions scientifiques*, deux. sér., tom. v. 1868, pp. 143–150 et 172–186, ubi lector multa excerpta inveniat.

54.

Chartaceus. In 4°. minori. Saec. xv. ff. 158.

1. Libri i–iii Quaestionum metereologicarum Johannis Duns Scoti. **f. 1.**

Ad calc. (f. 122b), 'Expliciunt questiones tercii libri Metheororum secundum Scotum.'

Impr. pp. 1–100 App. ad vol. iii. *Opp.* Scoti, fol. Lugd. 1639.

2. Quaestio 'utrum pluralitas formalitatum possit stare cum simplicitate divine essencie.' **f. 123.**

Inc. 'Videtur quod non, quia secundum Aug. de Trinitate, de simplicitate divine essencie est quod ipsa sit communis.'

Expl. 'Sed hoc sibi repugnat eo quod ultimate perfecta.' Desin., ut videtur, imperfecte.

Non inter opera impressa Scoti invenitur hic tractatus; quaestio autem de qua tractat agitur in Comment. ejus super Sententt. lib. i. dist. ii. qu. iv.

55.

Membranaceus. In 4°. minori. Saec. xiii, versus finem. Binis columnis exaratus. ff. 252. Ad calcem est tabula contentorum, manu saec. xv.

1. Commentarius in libros quatuor Aristotelis de coelo et mundo, auctore Galfredo de Haspall, sive Aspald. **f. 1.**

Deest folium primum.

Expl. '—tunc decendat in ipso, et si non, tunc nata super ipsum.

Explicit liber quartus C. et M., secundum ma[gistrum] Gal. Haspalle.'

Tractatus super libros Physicorum per Galf. de Haspyl exstat inter codd. coll. Merton. CCLXXII. fol. 88. Mentionem de eodem Galfredo facit Lelandus, et ex eo T. Tanner in *Bibl. Brit.* atque alii, sub nomine *Aspaldus*. In veteri autem catalogo horum codicum appellatur auctor *Gulielmus Hispalensis*.

2. Commentarius in librum Aristotelis de sensu et sensato. **f. 22.**

Inc. '*Quoniam autem*, etc. Dictum est in libro de anima quid sit anima in communi.'

Expl. '—sequitur necessario idem esse sensibile et sensale.'

3. —in librum de longitudine et brevitate vitae. **f. 25ᵇ.**

Inc. '*De eo autem*, etc. Principium vite in omni vivente est anima.'

Expl. '—in longitudine et brevitate vite in aliquo vivente.'

4. —in libros duos de generatione et corruptione. **f. 27ᵇ.**

Inc. 'De generacione et corrupcione et natura generatorum et corruptorum naturaliter et causas vel raciones eorum determinandum est.'

Expl. '—quod non accidit in generatis per decisionem.' (?)

5. Analysis libb. i–xi. Metaphysicorum, et speciatim libb. vii–xi. **f. 38.**

Incip. 'Intencio primi libri. Quod omnes homines naturaliter scire desiderant.'

Expl. 'Hec verba sunt, quoniam valde notabilia pro parte, sapienter tamen intelligenda, quia difficultatem habent in parte et errorem. Explicit.'

6. Analysis alia, et brevior, ejusdem operis. **f. 47.**

Inc. 'Quia secundum Gundissalvum philosophia habetur ex cognicione veritatis.'

Expl. 'Et sic completur distinccio parcium undecim, et per consequens generalitas tocius methaphisice. Explicit.'

7. 'De modo essendi anime sensitive in corpore.' **f. 49ᵇ.**

8. Commentarius in libb. i–vii. tract. Aristotelis de physico auditu. **f. 50.**

Inc. '*Quoniam autem intelligere et scire*, etc. Subjectum tocius naturalis philosophie est corpus mobile.'

Expl. '—nichil alterabit autem augmentabit, sicut dictum est in motu gravis, si autem aliter. Explicit liber septimus.'

9. —libros tres de anima. **f. 72.**

Inc. '*Bonorum et honorabilium*, etc. Una sciencia dicitur melior et nobilior alia.'

Expl. '—linguam vero quatinus aliquid alteri significet.'

10. — librum de somno et vigilia. **f. 82ᵇ.**

Inc. 'Primo, utrum sint propria anime vel corporis vel communia.'

11. Commentarius in librum de somniis. **f. 84.**

Inc. 'Sompnium est passio virtutis apprehensive.'

12. —librum de divinatione per somnium. **f. 85ᵇ.**

Inc. 'Divinacio est in sompniis, cum quia omnes vel plures ponunt sompnia habere aliquam significacionem.'

13. 'Aueroys super librum de sensu et sensato.' **f. 86.**

Impress. in vol. vi. Opp. Arist. cum commentariis Averrois, fol. Ven. 1550, f. 191ᵇ.

14. Idem super librum de memoria et reminiscentia. **f. 89.**

Impress. *ibid.* f. 195ᵇ.

15. Idem super librum de somno et vigilia, de somniis, etc. **f. 91.**

Impress. *ibid.* f. 201.

16. Idem super librum de morte et vita, sive de longitudine et brevitate vitae. **f. 94ᵇ.**

Impress. *ibid.* f. 256.

17. Idem de substantia orbis. **f. 96.**

Impress. *ibid.* vol. ix. f. 3.

18. Quaestiones, sive dubia, in libros de physico auditu. **f. 102.**

Inc. 'Tunc opinamur cognoscere unumquodque.'

19. Commentarius alius super libros eosdem. **f. 103.**

Inc. 'Sunt quedam res que secundum accidentiam existendi et etiam secundum suam essentiam.'

20. 'Seneca' [rectius, Martinus Dumiensis, sive Bracarensis] 'de moribus.' **f. 110.**

Inc. 'Omne peccatum actio est.'

21. 'Seneca de paupertate.' **f. 111.**

22. 'Liber Senece' [rectius, supradicti Martini] 'de quatuor virtutibus cardinalibus,' sive Formula honestae vitae. **f. 111ᵇ.**

23. 'Seneca de remediis fortuitorum.' (*Mutil.*) **f. 113.**

Hic, ut patet ex tabula contentorum (f. 252), desunt—'Epistola Senece ad beatum Paulum; Liber S. Augustini de disciplina Christianorum; Sermo B. Bernardi de passione Domini: Excerpta de libro Senece de clementia, ad Neronem,' et quaedam alia pauca.

24. (*Tit. manu recentiori*) 'Questiones super libros de anima,' speciatim, ut videtur, super lib. iii. **f. 114.**

Inc. 'Queritur de intellectu, et quod necesse est has differencias esse in intellectu.' Sequuntur quaedam de quibus dubium sit an inter has quaestiones comprehendantur: scil. capitula ita incipientia—1. 'Minima creatura corporalis ostendit manifestissime sui Conditoris trinitatem' (f. 117ᵇ). 2. 'Ad aliquo modo intelligendum quomodo nunc manet unum in tempore' (f. 118ᵇ). 3. 'Questio est de augmento' (f. 119ᵇ). 4. 'Questio est utrum lumen in medio sit forma substancialis' (f. 121ᵇ).

25. (*Tit. manu eadem*) 'Bona materia de grammatica, cum questionibus subsequentibus.' **f. 126.**

Ad calc. (f. 151ᵇ) est tabula quaestionum, numero 63, quae sic incipit:

'Primo, quot requiruntur ad scienciam.
Utrum grammatica sit sciencia.
Utrum grammatica sit sciencia una.
Utrum grammatica sit sciencia communis.'
Quaestio ultima est, 'Utrum construccio relativa cum suo antecedente sit transitiva vel intransitiva.'

26. Tractatus de anima; decem capitulis. **f. 152.**

Inc. 'Cum anima sit aliorum congnoscitiva, turpe est ut se ipsam ingnoret.'
Expl. '—vivere sine literis sit mors et vilis hominum sepultura. Explicit. Amen.'

27. Tractatus grammaticus de octo partibus orationis; accedunt capitula de constructione et de figuris. **f. 158.**

Inc. 'Sciencia est ordinacio depicta in anima.'
Expl. '—patet igitur quot et que figure et quare non plures erunt in libro figurarum. Explicit.'
In folio primô sunt haec, manu saec. xvi :—'Author istius grammaticae reprehenditur a R. Bacono in grammatica sua Graeca. Quidam arbitrantur hanc grammaticam fuisse Aristotelis, sed falso, teste R. Bacono; alii cujusdam Graeci tractatum arbitrantur, sed Baconus aliquem Latinum fuisse authorem istius colligit.' Vide praef. J. S. Brewer in *Opera inedita R. Bacon*, 1859, p. lxv.

28. 'Proposiciones magis notabiles Rethorice Aristotelis extracte.' **f. 178.**

29. Propositiones ex libris Ethicorum. **f. 179b.**

Hic deest, ut apparet ex tabula contentorum (f. 252), 'Exposicio super proposiciones Platonis.'

30. Tractatus [Alberti Magni] de intellectu et intelligibili; libris duobus. **f. 181.**

Inc. 'Sicut a principio istius operis diximus, sciencia de anima non satis complete habetur.'
Expl. 'Altissimum enim est hujus negocium et prime philosophie egens inquisicione. Explicit liber de intellectu et intelligibili.'
Libri primi exemplar alterum anonymum exstat in cod. 67, *infra*, fol. 107.
Inter *Opp.* Alberti, fol. Lugd. 1657, vol. v. pp. 239-262.

31. 'Liber' [Alberti Magni] 'de nutrimento et nutrito.' **f. 193.**

Inc. 'De anima secundum se ipsam in precedenti libro dictum est.'
Expl. 'Hec igitur de nutrimento et nutrito secundum suum diversum esse, secundum Peripateticos dicta sint a nobis.'
Inter *Opp.* Alberti, *ut supra*, pp. 175-184; tractt. i. ij. de nutrimento.

32. [Thomae Aquinatis] Liber de ente et essentia. **f. 198b.**

Impress. in vol. iv. var. editt. operum Tho. Aquin.

33. Oratio panegyrica quum baccalaureus quidam, qui tum Oxoniis tum Parisiis maxima laude studuerat, pro gradu magistri artium praesentaretur. **f. 203.**

34. (*Tit. ad calc.*) 'Sincategreumata magistri Willielmi de Sirewode:' **f. 205.**

Inc. 'Quia ad cognicionem alicujus oportet cognoscere.'

35. Quaestio de logica. **f. 225.**

Inc. 'Queritur utrum logica cognicionem entis de quo est inquirat practice vel speculative.'

ff. 226, 227 *vacant.*

36. [Rogeri Bacon] Tractatus de signis logicalibus. **f. 228.**

Inc. 'Signum est in predicamento relationis, et dicitur essentialiter.'
Expl. 'Dicendum est quod dupliciter intelligitur aliquid in alio.'
Vide praef. J. S. Brewer, *ubi supra*, p. lxv.

37. Quaestio de constructione grammaticali. **f. 244.**

Inc. 'Queritur utrum congrua construccio possit esse inter adjectivum et sustentivum sine conformitate in genere et casu.'

38. [Thomae Aquinatis] Tractatus de fallaciis. **f. 245.**

Inc. 'Quia logica est formalis sciencia.'
Deest fol. unum ad finem; desinit enim textus in medio capituli ultimi.
Opusc. xxxix. in editt. operum Aquinatis.
Hic, secundum veterem tabulam contentorum, 'Quedam de astronomia' olim locum habebant quae hodie desunt.

56. [B. N. 4.]

Membranaceus. In 4°. minori. Variis manibus, variis temporibus a saec. xii ad saec. xiv, exaratus. ff. 219. Olim in bibl. T. Allen, in duos codices divisus, quorum secundus notas habet, '31. A. 177.' Hodie, 'B. N. Digb. 4.'

1. [*Saec.* xiv.] 'Liber de regimine sanitatis' [sive, de phlebotomia] 'editus a magistro Bernardo do Gordonio, preclaro studio Montis Pessulani;' capitulis viginti. **f. 1.**

2. 'Liber de conservatione vite humane, traditus ab eodem magistro Bernardo de Gordonio in studio supradicto;' capitulis xxvii. **f. 21.**

Hi duô tractatus exstant impressi ad calc. Bern. Gordonii *Lilii Medicinae*, 8°. Lugd. 1574.

3. 'Tractatus de marasmode secundum intencionem Galieni et aliorum, et fuit ordinatus per magistrum Bernardum de Gordonio;' capitulis octo. **f. 52.**

4. 'Tractatus de tyriaca, secundum intencionem Averroys et aliorum, juxta ordinacionem magistri Bernardi de Gordonio;' capitulis sex. **f. 55b.**

5. 'Tractatus brevis et utilis de anathomia.' **f. 59b.**

Inc. 'Sicut attestatur G[alenus] integri volentes accedere.'
Ad calc., versus novem de formatione foetus in utero.

6. 'Tractatus brevis et utilis supra materiam de crisi et diebus criticis, compilatus in preclaro studio Montis Pessulani a magistro Bernardo de Gordonio.' **f. 64b.**

Impress. sub tit. *Tract. de prognosticis* ad calc. *Lilii Medicinae*, ut supra; hic autem adduntur in paginis novem quaedam de virtutibus planetarum.

Fol. 100 *vacat.*

7. [*Saec.* xiii. *ineuntis*] 'Expositiones Bibliothece;' sive contenta librorum Veteris Testamenti et quatuor Evangeliorum, carmine exposita. **f. 101.**

Inc. 'Excipit a. bissus, et ab hoc generatur abissus.'
Expl. 'Fluxus adest, exta languentibus excoriantur.
Expliciunt Expositiones bibliothece.'

8. Tractatus de scholarium disciplina. **f. 130b.**

Boethio interdum male ascriptus, et inter opera ejus impressus.

In cod. Bodleiano nostro 'Auct. F. v. 28' exstat exemplar alterum, circa medium saec. xiii. exaratum, ubi suprascribit manus saec. xiv. 'per m. Helyam de Trikyngham.' *Annales* vero quos scripsit idem Elias de Trickingham desinunt ad an. 1270.

9. Horatii Ars poetica. **f. 146.**

In primo folio sunt notae quaedam marginales.

Ad calc.: 'Explicit liber Oracii de Poetica Arte.'

Sequuntur in foliis duobus rejectaneis hae notae:—

i. Obitus Athelwoldi, episc. Winton., anno 984. f. 154.

ii. De Constitutionibus de Clarendon, anno 1164; de reversione Thomae Cant. in Angliam, obitu ejus et translatione. *ibid.*

iii. Confirmatio Ordinis Praedicatorum anno 1216, et obitus B. Dominici anno 1221. f. 154b.

iv. De eclipsi in passione Domini a Dionysio Areopagita visa; atque alia astronomica. ff. 154b, 155.

v. Circuitus terrae. f. 155.

vi. Tria compoti calendaris genera, Romanorum, Judaeorum, Arabum. f. 155b.

---

10. (*Saec.* xii.) Calendarium. **f. 156.**

Inter festa sunt dies Cadoci conf., Milburgae virg., Brendani, Kenelmi mart., et aliorum sanctorum eccl. Angl.

Accedunt tabulae variae, inter quas Compotus manualis, cum tit. 'Hic est sapientia, totius martirologii summa, et dicitur Manus Bede, sed qui nescit discat bene' (f. 165b), et, 'Compotus vulgaris, qui dicitur Effemerida Abbonis' (f. 169b).

11. 'Compotus magistri Gerlandi Bedam imitantis;' libris duobus, cum tabulis et figuris. **f. 170.**

Inc. 'Sepe volumina domini Bede de scientia computandi replicans.'

Insunt excerpta (ff. 189-90) ex libro secundo Bedae super Compotum sive de ratione temporum, et (f. 192b) Epistola ejus ad Victrhedum de Paschae celebratione.

12. Commentarius 'super primum librum Compoti Gerlandi.' **f. 196.**

Inc. 'In compoto Gerlandi unde agatur et qualiter.'

13. 'Summa de compoto . . . . . .' (*caetera exscissa sunt*); de annis solaribus et lunaribus, de epactis, aureo nummo, indictionibus, etc. **f. 212.**

Inc. 'Annorum duo sunt genera.'

14. 'Summa de compoto ecclesiastico.' **f. 217.**

Inc. 'Antequam de re dicatur presciendum est qui sunt auctores hujus discipline.'

Desinit mutila.

57.

Membranaceus. In 4°. minori. Saecc. xiv exeuntis et xv. ff. 179. Olim 'liber M . . Jolyffe;' postea 'hunc librum emit m. J. Selde (?) a magistro Philips, rectore collegii Exon, anno Christi 1468, una cum volvella solis et lune hujus forme ◎ ◎, et est deaurata;' denique peculium T. Allen, '28,' 'A. 102.' Praefixa est, manu saec. xv, contentorum tabula.

1. 'Raciones equacionum planetarum.' **f. 1.**

Inc. 'Super regulam equacionis solis haec est racio.'

2. 'Kalendarium de mediis motibus planetarum ad omnes dies tocius anni cum radicibus veris eorum,' super meridiem Oxon. calculatis. **f. 9.**

3. Tabula chronologica, sive 'Cronica notabilis, per quam habentur annus incarnacionis Christi, ciclus solaris, ciclus lunaris, et alia;' perducta ab anno 1001 ad 1532, cum notis paucis rerum memorabilium in Anglia ad an. 1388, et in annis 1415, 1417 manu altera. **f. 24.**

Anno 1361, 'Tonitru horribile quod fregit turrim Fred. et Sancte Crucis Oxonie:' anno 1386, 'obitus Katerine domine de Wottone.'

4. Tabulae astronomicae [Gul. Rede, episc. Cicestr.], cum canonibus. **f. 32.**

Prima tabula est 'radicum mediorum motuum omnium planetarum ad annos Christi collectos, super meridiem civitatis Oxonie,' ab an. 1340 ad 1600.

Desunt folia quaedam inter ff. 39, 40, in quibus continebatur initium canonum.

Ad calc. (f. 43b), 'Explete sunt tabule cum canonibus, ordinate super meridiem civitatis Oxonie.'

5. Tabulae aliae [ejusdem?] ad meridiem Oxon.; scil. proportionum, motuum solis et lunae, et longitudinis atque latitudinis (cum canonibus) et mediorum motuum planetarum, etc. **ff. 44–108.**

Inter alias, tabula augmenti veri motus solis ab anno 1345 ad 1581, et tabulae solis quatuor pro annis 1341-4.

6. 'Tabula latitudinum diversarum parcium terre habitabilium citra equinoccialem circulum.' **f. 109.**

7. De signis planetarum. **f. 109b.**

8. Tabulae compositionum et oppositionum solis et lunae super meridiem Oxon. pro annis 1375–1390. **ff. 111–118.**

9. Tabulae eclipsium solis (1376–87) et lunae (1377–89), super meridiem Oxon.; tabulae variae planetarum; calculatio verorum locorum omnium planetarum pro 5° Maii, 1361, 'tam per tabulas quam per instrumentum vocatum Albion' (f. 125b), et eclipseos solaris eodem die, etc. **ff. 119b–126.**

Ad fol. 120b est prognosticatio malorum ex conjunctione Saturni et Jovis anno 1365 orientium, quae in cod. 176 *infra* sub nomine Joh. Eschenden, e coll. Merton., invenitur. Cf. etiam *Annales* Ant. Wood, sub anno.

10. Excerpta de diametro lunae, et de equatione dierum, ex Ptolomaeo. **f. 127.**

11. Canones de usu instrumentorum astronomicorum, anno 1350 (ut videtur) compositi, in quibus quaedam de instrumento Joh. Campani, equatorio magistri Johannis de Lyvers, equatorio Profacii vocato *semisse*, et instrumento per quendam abbatem de S. Albano composito vocato Albion. **f. 130.**

Inc. 'Quia nobilissima sciencia astronomie non potest bene sciri sine instrumentis.'

12. Canones super tabulas de ascensionibus signorum in circulis directis et in circulis declivibus. **f. 133.**

Inc. 'Consequens est scire tabulas de ascencionibus signorum.'

13. Tractatus brevis astrologicus de qualitatibus

planetarum et signorum et de modis quibus homines afficiunt. f. 137^b.

Inc. 'Quae in gloriosissimis libris antiquorum philosophorum.'

14. De Ptolomaeo, et de contentis dictionum i–vi libri Almagesti. f. 142.

15. Extracta e tractatu Rob. Grosseteste de dispositione aeris. f. 144 (v. etiam breve excerptum ad fol. 8).

Inc. 'Ad prenoscendam diversam aeris disposicionem.'
Ad calc. 'Explicit extracta a tractatu Roberti Grosteste episcopi Lyncoln.'

16. Extracta e tractatu Rogeri Herefordensis de judiciis astrorum. f. 145^b.

Inc. 'Sed pro questionibus et aliis rebus oportet predictam materiam prolongare.'
Ad calc. 'Hec extracta sunt a tractatu Rogeri Herefordensis de judicibus (*sic*) utilibus.'

17. Extracta e tract. Albohali de judiciis nativitatum. f. 151^b.

Inc. '*Capitulum locorum expertorum in verbis sapientum de nativitatibus*. Saturnus cum fuerit in suamet domo.'
Ad calc. 'Hec sunt extracta a libro nativitatum Albohali, translato a Platone Tyburtino.'
Impress. ex alia versione, 4°. Norib. 1546.

18. Extracta ex [eodem] de potestate lunae in morbos. f. 161.

Tit. 'De cadentibus in quaque infirmitate luna exeunte in quoque signo.'

19. Excerpta astrologica ex anonymo quodam commentario: [*qu.* in Ptolomaei Quadripartitum?]. f. 165.

Inc. 'Cap. 10 *De spacio vite*. Sensus hujus littere est quod vita continuatur et durat per loca plegiorum et per planetas eadem loca disponentes.'

20. Introductio quaedam ad cognitionem artis astrologicae. f. 171.

Inc. 'Ad honorem Dei et ad habendum cognicionem judiciorum astro[logi]e, oportet primo narrare naturam zodiaci qui dicitur circulus.'

21. 'Incipiunt y[magines] Tholomei.' f. 176^b.

Inc. 'Opus y. secundum consilium Tholomei est omnibus modis veracior.'
Expl. 'Dixit T., edidi hunc librum de y. super facies signorum. Qui ergo voluit operari provideat sibi quod luna sit in ascendente faciei illius signi, et aspiciant eam fortune. Mali vero sint cadentes ab eadem (?). *Explicit*.'

22. Notae de loco lunae in nativitate, de tonitruis, et de mensibus. f. 178, 178^b.

Ad calc. 'Hec Limpoldus.'
Hic multa folia excissa sunt.

23. Fragmentum ex fine tractatus de medicinis dandis secundum planetas. f. 179.

In foliis rejectaneis ad initium sunt haec:—
i. Dies et horae natales J. Grevile, anno 1428, J. Vampage, anno 1427, et Thomae Grevile, anno 1453. f. 2*.
ii. — quinque ex filiis Richardi, ducis Ebor., (scil. Edw. IV. Regis, Annae, Eliz., Marg., et Georgii ducis Clarentiae), et Annae fil. prim. Henrici ducis Exoniae. *ibid.* Cf. genealogiam haud dissimilem apud *Librum Nigrum Scaccarii*, ed. T. Hearne, vol. ii. p. 525; quae autem ibi habentur de Anna, filia primogenita Ricardi ducis Ebor., multum discrepant.
iii. Qualitates magicae variarum gemmarum. f. 3*.

Ad calcem haec:—
Quaestiones astrologicae propositae a 'm. Ja. Benet,' 'Leicestre,' 'Fizjames,' et W. Brown de Sircester (Cirencester), anno 1474. ff. 184^b, 185^b.
Contenta codicis describuntur in vol. iv. Adversariorum Ger. Langbaine, pp. 628–634, 636, 428.

58.

Membranaceus. In 4°., forma minori. Saec. xiv. Variis manibus exaratus. ff. 118. Olim inter codd. T. Allen, 16.

1. 'Spera philosophorum;' figura astrologica pro judiciis fiendis, cum explicatione. f. 1^b.

2. Calendarium astrologicum, incompletum; pro mensibus octo. f. 2.

Desunt quaedam.

3. Fragmentum tractatus cujusdam de usu et laudibus artis astrologicae, in quo de B. V. Maria. f. 9.

4. 'Tractatus de spera et de circulis celorum, sub brevi materia compendiose colecta, et de naturis xii. signorum et septem planetarum, et de dignitatibus earum in quolibet signo, et de judiciis 12. domorum celi, et questionibus, ex multis autoribus et dictis diversorum magistrorum colectis, ex codicibus.' ff. 10, 30, 33.

Inc. 'Spera celi est quedam species in rotundum formata.'

5. 'Excerpta ex libro Novem Judicum quibus modis effectus rerum, et quibus modis prohibeantur fieri,' etc. f. 35^b.

---

6. [Bonaventurae] Stimulus amoris; tribus partibus. f. 38.

Ad calc. 'Explicit tractatus qui vocatur Stimulus amoris. Expliciunt meditaciones cujusdam simplicis cordati et pauperculi discalciati et contemptibilis denudati, sapientissimorum rudissimi, electorum infimi, et Minorum minimi. Deo gracias.'

7. Excerptum breve ex Constitutionibus Ottoboni contra pensiones simoniacas. f. 85^b.

8. Sermo in S. Matt. xxvi. 2, 'Filius hominis tradetur ad crucifigendum.' f. 86.

9. —pro die Innocentium, in II Macch. vii. 9, de matre et septem ejus filiis. f. 88^b.

10. — de angelis, in S. Matt. xviii. 10. f. 91^b.

11. 'Augustinus: Utrum caritas semel habita amittatur.' f. 93.

Inc. 'Quidam de caritate tam multa dicere volunt ut caritatem laudare incipiant contra veritatem.'

12. Oratio ad Sacrosanctam Trinitatem. f. 95^b.

---

13. Constitutiones Johannis Peccham, archiep. Cantuar., anno 1281 editae. f. 97.

14. Pars statutorum Concilii de Reading ('Redinges'), anno 1279 habiti. f. 111^b.

Desunt septem folia, a quodam barbara manu exscissa.

15. Tractatus de confessione et poenitentia. f. 113.

Inc. 'Sciendum est autem sacerdoribus quod sigillum

confessionis valde secretum esse debet.' Insunt in capitulis varii versus memoriales. Desunt quaedam ad finem.

Contenta codicis describuntur in vol. iv. Adversariorum Ger. Langbaine, pp. 643-6.

59.

Membranaceus. In 8vo. ff. 153. Saec. xii, versus finem. Bene exaratus. Olim inter codd. T. Allen, 35.

1. Vita S. Cuthberti, Lindisfarnensis episcopi, cum praefatione; auctore ven. Beda. **f. 1.**

2. Liber de translatione et miraculis ejusdem, auctore anonymo. **f. 49.**

Praemissa sunt (in ff. 45b, 47b) capp. 31, 32 e libro quarto Bedae Hist. Eccl., et capitulum [sextum in textu apud Mabillon, infra cit.] cui tit. 'Quomodo Scotti hiatu terre,' apud Mundingedene, 'absorti sunt qui terram Sancti Cuthberti pervaserant.' (Cf. cod. 20, *supra*.)

Exstat liber apud Mabillon, *Acta SS. ord. Bened.* saec. iv. parte 2, p. 291; apud *Acta Sanctorum*, 20 Mar.; et alibi. Capitula autem in nostro exemplari alio ordine collocantur; et iis miraculis quae in capp. viii-xvi et seqq. in opere Mabillonii inveniuntur praefixa est haec rubrica: 'Incipiunt quedam de Sancto Cuthberto miracula inter priora superius notata habenda et legenda.'

3. 'Vita venerabilis Bede presbiteri.' **f. 86.**

Inc. 'Venerabilis Domini famulus Beda, presbiter et monachus.'

Expl. '—brevitatem sermonis ineruditio lingue facit.'

Impr. in praef. ad edit. *Hist. Eccl.* per A. Wheloc.

4. Ailredi, Rievallensis abbatis, Vita S. Eadwardi regis et confessoris; cum prologo. **f. 92.**

Impress. apud Twysden, *Decem Scriptt.*, et saepe alibi.

5. 'Visiones quatuor a venerabili Beda presbitero descripte.' **f. 144.**

1. Visio Fursei, scil. cap. xix. lib. iii. *Hist. Eccl.*
2. — Drichthelmi; cap. xii. lib. v.
3. — a Pathelmo narrata; cap. xiii. lib. v.
4. — fabri cujusdam; cap. xiv. lib. v.

In folio ad calcem rejectaneo sunt haec:—

'Anno Domini M.CCCCXXIII, Dominus Johannes Gar .....' (*hic verba quaedam excissa sunt*) 'emebat quinque magnas campanas ad domum eandem, prec. LXXXIX li. preter campanas veteres, Henrici sexti prima sept. Septugesime in die Veneris.'

'*Goddes ryke*, on othe old Inglysch, idem quod *per regnum Dei*.' Eadem manu, f. 65, 'Sic dicimus vulgariter *nother kyn nor wyn*, id est, neque cognatum neque amicum;' et in f. 107, 'Gyllmychel, id est, filius Michaelis, Hibernice.'

60.

Chartaceus In 4°. minori. ff. 133. Saec. xvi. ineuntis. Manu Italica.

Tractatus de proportionibus arithmeticis; capitula xxiv.

Inc. 'Cap. i. Definitiones, divisiones. et axiomata quedam.

Expl. 'Nam quorsum progressio si compendium non affert? Et hec de proportionibus dicta sufficiunt.'

61. [B. N. 6.]

Membranaceus. In 4°. minori. ff. 94. Saec. xiii; quoad partem tertiam, saec. xv. Olim inter codd. T. Allen, 53, 54, 81. Hodie notatus, 'B. N. Digb. 6.'

1. 'Magistri Gernandi' [Gerardi Cremonensis, Algorismus in integris et minutiis]; libris duobus. **f. 1.**

Inc. 'Digitus est omnis numerus minor decem.'

Sectio ultima est, 'Integra quotcunque in date denominationis minutias reducere.'

---

2. Epistolae Sidonii Apollinaris. **f. 21.**

Imperf., incipientes in epist. duodecima libri tertii. Binis columnis exaratae.

3. Ejusdem carmina quaedam. **f. 72.**

i. Praefatio panegyrici dicti Anthemio. f. 72.
ii. Panegyricus. f. 72b.
iii. 'Commonitio mortalitatis nostre.' f. 80b.
Inc. 'Mortalis homo, mortis reminiscere casus.'
iv. 'De mentis nostre mutabilitate.' *ibid.*
Inc. 'Nescia mens nostri fixum servare tenorem.'
Artt. iii, iv, non inter carmina impressa inveniuntur.

4. Epistola a N. [Nivelone II, sive Nicolao?] praeposito, H. decano, et R. cantore, ecclesiae Suessionensis, ad Regem Franciae L. [Ludovicum IX?] de archidiaconatu quodam vacante, in quem P., episcopi consanguineum, substituendum petunt; *imperf.* **f. 80b** (*in margine inferiori*).

---

5. 'Fabii Planciadis Fulgencii, h. c., metologiarum, id est fabularum, liber.' **f. 83.**

Imperf.; desinit in cap. secundo libri tertii.

62.

Membranaceus. In 4°. minori. ff. 93. Saec. xv. Olim cod. T. Allen, 75, 'A. 157.' In foliis duobus ad calcem est nomen 'Andreas Davidsonus.'

Alani de Insulis Anti-Claudianus; poema, cum commento.

63.

Membranaceus. In 4°. minori. ff. 87. Saec. ix. exeuntis. Literis Anglo-Saxonicis minusculis exaratus.

1. Tabulae Paschales [Dionysii Exigui] ab anno Domini 229, ad an. 892 continuatae; viginti enneadecaeteridibus. **f. 1.**

Sex priores enneadecaeterides ad an. 626 editae sunt a I. G. Jani in *Historia cycli Dionysiani*.

2. Regulae et tabulae kalendares variae; de mensibus; ad inveniendum quibus horis luceat luna; ad epactam inveniendam, etc. **ff. 9-26.**

3. 'De numero annorum ab origine mundi.' **f. 26.**

Ad fol. 27 sunt haec: 'Ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi usque ad obitum Caroli et imperium Lodouuici anni sunt DCCCXIIII, et fuit ipso anno indictio vi.'

4. De horis, minutis, mensibus, et quatuor temporibus anni. **ff. 27, 37b.**

5. 'De compotu vel loquela digitorum;' [scil. cap. i. libri venerabilis Bedae de ratione temporum]. **f. 30b.**

6. De abortiva luna, tonitruis, arcu, signis tempestatum. **ff. 33b-34b.**

7. Ad feriam et lunam inveniendam; [sectiones duae libelli De argumentis lunae quae apud opera spuria Bedae exstat]. **f. 35.**

8. Versus de signis duodecim et de mensibus. **f. 35**[b].

Inc. i. 'Principium Jani sancit tropicus Capricornus.'
ii. 'Diri patet Jani Romanis janua belli.'

9. 'Dies Egipciachi.' **f. 36.**

10. Indictiones annorum ab Incarnatione 844–899. **f. 36**[b].

11. 'Versus cicli anni versalis.' **f. 37.**

Inc. 'Linea, Christe, tuos prima est quae continet annos.'

12. De solstitio. **f. 37**[b].

13. Tabula cui tit. 'Transitus lune per signa.' **f. 38**[b].

14. Calendarium. **f. 40.**

Inter dies notandos sunt:—
29 Jan. 'Sc̄i Gilde.'
15 Feb. 'Obit' Bærninus sacerdos.'
20 Mar. Sc̄i Cuðbærhti conf.'
24 Apr. 'Sc̄i ƿilfridi conf.'
7 Maii. 'Sc̄e (*sic*) Joh̄s on beuerlic.'
13 Maii. 'Dedicacio basilice S. Marie.'
7 Mar. (non, ut in *Actis SS.*, 8 Jun.) 'Translacio Audomari,' (anno 843).
4 Jul. 'Translacio sc̄i Martini ep̄i.' (anno 887).
5 Aug. 'Sc̄i Osƿaldi regis.'
4 Sept. 'Sc̄i Cuðberhti.'
5 Sept. 'Deposicio sc̄i Bærhtini abb.' (in Belgio, circa 709).
3 Nov. 'S. Germani ep̄i.'
6 Nov. 'S. UUinnoci conf.'
3 Dec. 'S. Birini ep̄i.'
Manu secunda, saeculi decimi, addita sunt haec:—
12 Mar. 'Depositio sc̄i Ælfeagi' (episc. Wintoniensis, anno 951).
2 Jul. 'Depositio sc̄i Suuithuni episcopi' (anno 862).
15 Jul. 'Translatio sc̄i Suuithuni antistitis' (anno 971).

15. Cicli lunares. **f. 46.**

16. 'Oratio Theofili Cesariensis Palestine epis. in civitate et ceterorum epis. qi (*sic*) congregati fuerunt ad consilium de racione festi Pascalis, ex jussione pape urbis Rome antestiste (*sic*) et ceterorum virorum qui direxerunt auctoritatem Theofilo sancto episcopo.' **f. 49.**

Exstat impr. ad calc. libelli Bedae de Paschae celebratione sive de equinoctio vernali. Desin. in verbis, 'Pasca nobis jusum (*sic*) est celebrare.'

17. 'Epistola Pascassini episcopi Alexandrini ad beatissimum papa (*sic*) Leonem de ratione Pascali.' **f. 51**[b].

Impr. ut epist. 3 inter Epistolas Leonis papae.

18. 'Epistola Proterii sancti Alexandrini epis. ad beatissimum papam Leonem Romanę urbis epis. de racione Pasca' (*sic*). **f. 53**[b].

Epist. 133 inter Epistt. Leonis. Collatio exemplaris nostri data est a J. G. Jano in *Hist. Cycli Dion.* 4°. Vitemb. 1718, et inter *Opuscula*, 1769.

19. 'Exemplum sugestionis boni scriptio (*sic; lege* Bonifacii) primiceri notariorum ad Johannem papam de racione pascali.' **f. 59.**

Inc. 'Quia dignata est beatitudo vestra precipere ut quodta luna sit.'
Citatur *ibid.* 1769, p. 116.

20. 'Vita Lini pape urbis Rome;' excerptum breve de tempore Paschae celebrandae. **f. 59**[b].

Inc. 'Numqam enim celebrare sanctum Pascę.'

21. 'Epistola Cirilli episcopi' Alexandrini, ad episcopos in synodo Carthaginensi congregatos exemplar decretorum concilii Nicaeni transmittentis, in qua etiam de tempore Paschae observandae. **f. 60.**

Inter Opp. Cyrilli, cura J. Auberti, fol. Lut. Par. 1638, vol. v. par. ii. Epistt. p. 212. Ibi autem 'xvii. kalend. Maias nos [Pascha] peracturos' legimus; hic vero 'nona kal. Mai,' et iterum in fine,' Qod optamus, fratres carissimi, ut simul Pasca celebremus viiii. kal. Ma. futura indictione.' Sequuntur etiam plura alia quae in impressis non apparent de tempore Paschae, inter quae recitatur quod 'Pauconius, monachus insignis, factis apostolicae graciae egregius, fundatorque Egipti cenubiorum (*sic*) edidit ad monasterium, qod lingua Egiptia vocatur Banum.'

22. De luna Paschali. **f. 62,**

Inc. 'Quęrenda est nobis nativitas lunę.'

23. Nota brevis 'de primi mensis initio.' **f. 62**[b].

Inc. 'Veris autem tempore Deus condidit mundum.'

24. Epistola Dionysii Exigui de ratione Paschae. **f. 63.**

25. 'Unde Dionisius sumpsisset exordium sui Compoti.' **f. 67.**

Inc. 'Olimpiade centissima xciiii. mediante.'

26. 'Epistola Dionisi Exigui ad Bonifatium,' scil. Epist. secunda de ratione Paschae. **f. 67**[b].

Collata per J. G. Janum in editione Epistolae in *Hist. Cycli Dionys.*

27. 'Successor Dionisi;' nota de continuatione Cyclorum Dionysii, (in codice quodam Remigiano Rhemensi, 'Prologus Felicis, abbatis Gillitani' dicta). **f. 70**[b].

Impressa in Jani *Historia*, u. s.
Ad calc. haec: 'Finit praestante. Finit liber de conputacio. Raegenboldus sacerdos' . . . (hic pro verbis quibusdam erasis substituta sunt, 'de ƿentonia') 'scripsit istum libellum, et qicunq; legit semper pro illum orat' (*sic*). Deinde sequuntur sex sive septem verba paene erasa, quorum prima sic legi possint, 'item pro Baernini . . . . . .'

Sequuntur paginae duae vacuae.

28. 'Argumenta de titulis Pascalis (*sic*) Egiptiorum investigata solercia, ut praesentes indicent.' **f. 72**[b].

Impress. apud Janum, *u. s.*

29. 'Disputatio Morini episcopi Alexandrini de racione Pascali, eo quod senserunt ali diverse de eo quod scriptum est, Pasca fiat.' **f. 79.**

Inc. 'Post biduum Pasca fiat. Id congruum.'
Expl. '—circulos post alios describere.'
Citatur apud Janum, u. s. *Opusc.*, 1769, p. 94.

30. Tractatus de Creatione et de annis ab origine mundi; item, de celebratione Paschae; ad quendam Vitalem inscriptus. **f. 81.**

Inc. 'Cum magna nime (*sic*) inpulsarer et cogitaciones accederent, animo meo inquirere annos et tempora creature.'
Expl. 'Sed potius ut die xi. id. Apr. celebretur Pascha ubi legis reprehensio est. Finit liber.'

64.

Chartaceus, exceptis foliis quibusdam rejectaneis. Saec. xv. ff. 126. Olim liber Th. Allen, 'A. 114.' In fol. 125^b sunt nomina, 'Th. De,' 'Th. Hickes.' Vetus tabula contentorum in fol. 1^b exhibetur.

1. Gualteri Anglici, *i. e.* Galf. de Vinosalvo, 'Poetria, de artificio eloquucionis;' multis notis interlinearibus atque marginalibus. **f. 25^b.**

Desunt folia duo excissa, ut videtur, inter ff. 44, 45, et quaedam in fine.
Inc. 'Papa stupor mundi, si dixero papa nocenti.'
Desin. ad versum 1855.
Impr. apud Leyserum, *Hist. poett.* pp. 862-978.
Praemissa est (in foll. 5-25) analysis operis prosaice scripta, cui item praecedunt (ff. 2, 3, 4) index verborum in analysi notatu dignorum notaeque aliae.
Inc. anal. 'Liber iste dividitur in decem partes, quarum prima est de commendacione pape.'
Ad calc. 'Explicit hoc opus in prosa.'
Post fol. 45 deest, secundum veterem tabulam, 'Notabilis declaracio super prohemium tractatus predicti.'

2. Regulae et formulae pro epistolis scribendis, cum notis artem rhetoricam spectantibus; *imperf. ad princ.* **ff. 46-9.**

3. Poema super sensu allegorico mythologiae Graecorum; *imperf. ad fin.* **f. 49^b.**

Inc. 'Jupiter et Juno, Neptunus, Pluto, creanti
Bis duo conjuncta sunt elementa deo.'

4. 'Liber Architrenii;' poema, [auctore Joh. de Hautville, Altavilla, sive Hantwill]; cum glossis marginalibus. **f. 52.**

Subjuncta est tabula capitulorum,
Impr. apud *Anglo-Latin Satirical Poets*, ed. T. Wright, vol. i. pp. 240-392, 8°. Lond. 1872.

5. Tractatus metricus de epistolarum compositione, cum commentario. **f. 99^b.**

Inc. 'Si dictare velis, et jungere scema loquelis,
Sint duo sic tacta quare sit epistola facta.'
Deest fol. unum barbare excissum inter ff. 103-4.

6. Excerptum 'ex tractatu de memoria G. Burgensis episcopi.' **f. 105^b.**

7. Commentarius in *Architrenium* libb. ii-v; imperf. in initio, et desinens abrupte ad initium libri v. **f. 108.**

Desunt folia duo ante f. 108, *a quodam barbaro excissa. Vacant folia* 121-125.

8. Nota de contentis *Architrenii.* **f. 126.**

65.

Membranaceus. In 4°. minori. Saec. xiii. ff. 165. Olim T. Allen, '24,' 'A. 213.' Binis columnis exaratus.

1. Godefridi, Prioris ecclesiae S. Suithuni, Wintoniensis, Epigrammata. **f. 1.**

Impress. apud *Anglo-Latin Satirical Poets*, ed. T. Wright, vol. ii. pp. 103-147, 8°. Lond. 1872.
Hic autem sequuntur varia quae ibi non exstant; scil.
i. 'De regina Matilda.' f. 6^b.
Inc. 'Vivis dum moreris moriens regina Matildis.'
ii. 'Epithaphium Ade episcopi.' *ibid.*
Inc. 'Mortis lege gravi mortalis quisque gravatur.'
iii. 'Epithaphium Petri Abailardi.' f. 7.
Inc. 'Occubuit Petrus, succumbit eo moriente.'
Cf. Tanneri *Bibl. Brit.* p. 329.
iv. 'De quodam qui sororem suam et filiam quae ex ea genuit corrupit.' *ibid.*
v. 'Versus cujusdam servi ad dominum ingratum.' *ibid.*
vi. 'De quadam muliere incesta.' *ibid.*
vii. 'Versus de prodigalitate cujusdam.' f. 7^b.
viii. Versus de Ruffo quodam et Albino, de Jove et Amphytrione, de Palemone et Baucide, de forma mundi, etc. *ibid.*
ix. 'De milite egeno qui gloriabatur se esse divitem.' *ibid.*
x. 'Invectio in pontifices avaros.' f. 8.
xi. 'Invectio in militem qui causa paupertatis seculum relinquens in monacatu divicias adeptus est.' *ibid.*
xii. 'De quodam ebrio.' *ibid.*
xiii. 'De tributis qui redduntur regibus Anglorum.' *ibid.*
xiv. 'Versus cujusdam ad librum suum.' f. 8^b.
xv. 'Contra invidum.' *ibid.*
xvi. 'Versus cujusdam de contemptu mundi.' *ibid.*

2. 'Serlo Parisiacensis de filiis presbiterorum.' **f. 8^b.**

Impress. apud Wright, *ut supra*, pp. 208-212.

3. 'De nominibus et officiis ix. Musarum:' versus. **f. 9^b.**

4. 'De baptismate: Hildebertus.' *ibid.*

Non inter opera impressa Hildeberti Cenomanensis.

5. 'Idem de conjugio.' *ibid.*

Inter Opera ejusdem, fol. Par. 1708, col. 1349.

6. Querimonia cleri; versus anonymi. **f. 10.**

Inc. 'Res monet et tempus fratrum describere questus.'
Impress. apud Wright, *ut supra*, pp. 213-8.

7. 'Invectio Gualonis Britonis in monachos.' **f. 10^b.**

Apud Matt. Flacium Illyricum, 8°. Bas. 1556, p. 489, et apud Wright, *ut supra*, pp. 201-2.

8. 'Versus Hugonis Sotovagine cantoris et archidiaconi Eboracensis.' **f. 11.**

Impress. apud Wright, *ut supra*, pp. 219-229.

9. Versus varii. **ff. 12^b-16.**

i. 'Versus [duae] de quadam nobili desponsata ignobili.' f. 12^b.
ii. 'Marbodus et Hugo tribus amicis suis salutem.' *ib.*
Inter Carmina Marbodi, ad calc. *Opp.* Hildeberti, col. 1619.
iii. 'Quomodo Aristoteles fecit Alexandrum recedere ab Athenis.' *ib.*
iv. 'De morte amici.' *ib.*
v. 'Item de eodem.' f. 13.
vi. 'Epithaphium Ricardi Eliensis abbatis.' [*ob.* 1107.] *ib.*
vii. 'Epitaphium Helie abbatis.' f. 13^b.
viii. 'Epithaphium cujusdam.' *ib.*
ix. 'Epitaphium Ricardi Lundoniensis episcopi.' [ob. 1127?] *ib.*
x. 'Epitaphium Willelmi Wintoniensis episcopi.' [ob. 1129.] *ib.*
xi. 'Versus cujusdam ad amicum nomine Petrum. *ib.*
xii. 'Versus cujusdam ad monachum quendam.' f. 14.
xiii. 'Idem ad Damianum.' *ib.*
xiv. Contra Curiam. *ib.*
Inc. 'Cur vitare velim? cur non sit curia cordi?
Cur non accedam, Quintiliane comes?'
xv. 'Quidam ad Petrum.
Sol, sidera, aliud sidus, aliud stella.' f. 14^b.
xvi. 'Ad quendam appetentem episcopatum.' f. 15.
xvii. 'Ad monachum vatem.' *ib.*
xviii. 'Loquela ad Musam.' *ib.*
xix. 'De morte Willelmi comitis Flandrie.' [ob. 1128.] f. 15^b.
xx. 'Rex Scottorum Malcolmus [IV] prima nocte post humationem ejus [1165] apparuit cuidam clerico fideli suo nomine Ricardo in vestibus albis cum silencio. Clericus vero sic eum adorsus est.' *ib.*

10. 'Passio sancte Agnetis;' Hildeberto Cenomanensi ascripta. **f. 16.**

Inter *Opp.* Hildeberti, 1708, col. 1249; inter *Opp.* Philippi, Bonae-Spei abbatis, 1623; et alibi.

11. 'Versus Hildeberti,' de excidio Trojae. **f. 17b.**

Inc. 'Pergama flere volo fato Danais data solo.'
Non ii qui apud Leyserum, *Hist. Poett.* p. 398, sub nomine Hildeberti vulgati sunt.

12. [Alexandri Nequam, sive Anselmi archiep. Cantuar., poema de vita monachorum.] **f. 18.**

Inc. 'Quid deceat monachum et qualis debeat esse?'
Impr. apud *Opp.* Anselmi; et sub nomine Alex. Nequam in *Anglo-Latin Satirical Poets* per Tho. Wright, 1872, vol. ii. pp. 175–200.

13. De pravis monachis poema. **f. 22.**

Inc. 'Quidam ferventes monachorum claustra petentes.'

14. Versus varii [Hildeberti Cenomanensis] de morali applicatione xxiv. locorum ex historiis Vet. Test. **ff. 22b–23b.**

Impr. (exceptis quatuor locis) apud *Opp.* Hildeberti, coll. 1211–1220.

15. De confessione Dei in factis nostris. **f. 23b.**

Inc. 'Omnibus in factis bene ceptis aut peractis.'

16. Hymni tres ad Tres Personas in Sacrosancta Trinitate. *ibid.*

Inc. 'O Pater eterne, Qui cuncta regendo superne.'
'Lux Deus Eterna, lucens de luce paterna.'
'Spiritus alme Dei, par lux virtusque diei.'

17. [Hildeberti Liber de sacra Eucharistia metricus, sine praefationibus.] **f. 24.**

Apud *Opp.* Hildeberti, coll. 1155–1168.

18. 'Versus Henrici archid. [Huntingdoniensis] de morte regis Stephani et adventu in Angliam Henrici regis secundi.' **f. 27b.**

Inc. 'Rex obiit, nec rege carens caret Anglia pace.'
Impr. ad calc. *Historiae* ejus.

19. De foeminis; et, 'de artificiosa malicia mulieris.' *ibid.*

Inc. 'Multa premunt animos et degenerant generosos.'
'Femina vile decus, fedus decor, humidus ardor.'

20. [Invocatio ad Musam.] **f. 28.**

Inc. 'Musa favens voto propera, mandata repleto.'

21. [Hildeberti versus de nativitate Domini.] *ibid.*

Inter *Opp.* Hildeberti, col. 1359.

22. De contagione simoniaca Romam et Galliam corrumpente. **f. 28.**

Inc. 'Signa musa Petri varii narramine Petri (*sic*)
Quam sit feralis contagio simonialis.'

23. Hymnus ad B. Mariam Virginem. **f. 28b.**

Inc. 'Stella maris, que sola paris sine conjuge prolem.'
Cf. Hymnum apud *Opp.* Marbodi, col. 1559, in quo habentur decem ex versibus lxiv. qui nostrum componunt.

24. [Hildebertus de Roma lapsa.] *ibid.*

Inc. 'Roma nocens, manifesta docens exempla nocendi.'
Inter *Opp.*, col. 1365.

25. De tempore mortis; et, de vanitate curarum mundanarum. **f. 29.**

Inc. 'Rebus in incertis nihil est incertius hora.'
'Hec tria verba fidem non dent tibi postmodo pridem.'

26. (*Manu altera*) 'Versus magistri Willelmi de Chereburg de beato Thoma Cantuariensi.' *ibid.*

Inc. 'Ve tibi, terra ferox, Anglorum lividus orbis.'

27. [Godefridi Wintoniensis] carmen de nummo. **f. 29b.**

Inc. 'Nummum descripsi, nummo quoque congrua dixi.'
Post prologum, singuli versus cum verbo *Nummus*, secundum casus in numero singulari, ordine justo, incipiunt.

[28. (*Manu saec.* xv.) Medicinae duae, quarum prima 'per magistrum Joh. Lavendeyn;' et, 'Modus scribendi per phisicos de ponderibus.' **f. 34.**

29. Notae de decimis. **f. 34b.**]

30. Comparatio mundi praesentis et futuri, et de salute animae. **f. 35.**

Inc. 'Cartula mea tibi portat, dilecte, salutes,
Multa videbis ibi si non hec dona refutes.'

31. 'Hic Egiptiace scribuntur gesta Marie. Versus Hildeberti Cenomannensis episcopi.' **f. 36b.**

Inter *Opp.*, col. 1261.

32. 'De recordatione mortis et diei (*sic*) amara.' **f. 41.**

Inc. 'Dum vigili cura penso de morte futura.'

33. 'Liber Bernardi Morlanensis de contemptu mundi.' **f. 42.**

Saepe impressus.

34. Versus multi morales, historici, atque theologici. **ff. 56b–64, 67b–70, 73–4, 77.**

Pauculos notare liceat; *e. g.*
i. 'De Simeone abbate Eboracense.' f. 56b.
ii. 'De comite Winotho.' *ibid.*
iii. 'De Joseph vendito.' f. 57b.
Inter *Opp.* Hildeberti, col. 1360.
iv. 'Versus Serlonis, cognomento Paridisi, de monachis.' f. 58.
Inc. 'Que monachi querunt patrio mea jure fuerunt.'
v. 'De hermaphrodito.' f. 59b.
Inter *Opp.* Hildeberti, col. 1369.
vi. 'De episcopis,' 'De Thamar,' 'De statione ante altare,' 'De tribus missis in die Natalis Domini,' 'Similitudo virginei partus,' De tribus hominum mansionibus. ff. 60, 60b, 64.
Ibid. coll. 1355, 1229, 1350, 1332, 1353. Et 'Similitudo,' in verbis concordans cum nostro exemplari, inter *Opp.* Philippi, abb. Bonae-Spei, fol. Duaci, 1621, p. 802.
vii. 'Descriptio verne pulcritudrinis;' 'De laude virginitatis;' 'Commendatio virtutum per comparationem;' 'De lapsu primi hominis.' ff. 60b, 61, 70.
Inter *Opp.* Marbodi, ad calc. *ibid.*, coll. 1615, 1561, 1575.
viii. 'Versus Trajani imperatoris,' 'Versus Julii Cesaris.' f. 61b.
ix. 'Versus de mundo.' f. 63.
Inc. 'Vita mori mundo, sed mors est vivere mundo.'
x. Versus duodecim in laudem Angliae. f. 69b.
Aliis additis, inter *Opp.* Hildeberti, col. 1366.
xi. 'De morte Vulgrini,' cantoris cujusdam clari. f. 73b.
'Gallia quem gaudet genitum, Normannia notum,
Anglicus auditum, totus dolet orbis ademptum.'
xii. Versus de monachis. f. 74.
xiii. De Roma et Rothomago tetrastichon. f. 77.

35. [Excerpta ex vita S. Malchi per Reginaldum Cantuariensem metrice scripta.] **ff. 64–67b, 70–73.**

Incip. cum versibus, 'De philosophia picta.' Excerpta desumpta sunt ex libris iv, ii, i, vi, iii, et iterum iv, sicut in cod. Laud. 40 inveniuntur.

36. 'Inveccio in anguillis Aluredi medici Mulitei.' **f. 68**^{b}.

Inc. 'Hos Gileberto doctrine fonte referto.'

37. Excerpta varia ex variis poetis classicis Latinis, sc. Horatio, Persio, Ausonio, Virgilio, Ovidio, etc.; et inter alia, 'Prophetia de Christo,' i. e. Virgilii Ecloga quarta. **ff. 74–77.**

Fol. 78 *vacat.*

38. Poema de vita Domini Jesu Christi et de actibus Apostolorum, in quo historia Evangelica et Apostolica personis et rebus in veteri Testamento typicis comparata est. **f. 79.**

Inc. '*Colloquium Gabrielis et Virginis de Incarnatione Verbi.*
Dicit Deus serpenti de muliere, Ipsa conteret capud tuum.
Fit caput exangue planta mulieris in angue.'
Expl. in versibus de die judicii et latrone accepto:—
'De cruce de sede donans, Rex Christe, ministros
Dispare mercede dextros hinc, inde sinistros.'

39. 'Epithalamicum beate Virginis Marie;' poema in libros decem distinctum, praemissis prologis. **f. 102.**

Praemissa est in fol. 101^{b} notitia de contentis operis, quae incip. 'Materia hujus libri est laus Sponsi et Sponse,' et in qua dicitur, 'auctor nomen suum tacuit, dicens
Nomen celo meum, quia non a nomine labor,
Si Sponso placeat Virginis iste labor.'
Deest fol. unum inter ff. 101, 102. Primus prologus est prosaice scriptus, 'De recitatione libri.' Sequuntur, metrice, 'Summa primi libri' (incip. 'Aulam sacre Virginis cano triumphalem') et 'Prologus super Epitalamicum' (incip. 'Aula triumphalis virtutum florida Virgo.')

40. 'Expositio arboris virtutum gratuitarum politicarum.' **f. 163**^{b}.

Incip. 'Virtutes gratuite pluunt donativa.'
Sequuntur in ff. 164^{b} et 165 (fol. ad calc. rejectaneo) hymni tres, cum notis musicis:—
1. 'Aula vernat virginalis.'
2. 'Area rosea vinea.'
3. 'Rex celestis curie.'

66.

Chartaceus. In quarto. Saec. xv. ff. 62. Olim 'Tho. Allen, A. 88.'

1. Notae breves: 'De quinquepartita consultacione honesti et utilis;' 'septiformis particio benignitatis;' 'novem officia bellica.' **ff. 2, 3.**

2. Acta varia in concilio Basileensi.

i. 'Protestacio' de Concilio 'facta in villa Calisie cujus[dam] doctoris et domini de Hungreford.' **f. 4.**

ii. Quid sit natio. *ibid.*

iii. 'Provocatio facta ex parte serenissimi principis domini Henrici dei gracia Regis Anglie' per Will. Lindewode, procuratorem ejusdem. **f. 4**^{b}.

iv. — ex parte archiep. Cantuar. et omnium episcoporum provinciae ejusdem per Petrum Partriche, eccl. Lincoln. cancellarium. **f. 5**^{b}.

'Lecta fuit sceaula Basilee in domo T. Browne, coram omnibus ambassiatoribus testibus et ad hoc vocatis, etc. 1433. 5°. Maii.'

v. Provocatio facta per Thomam episc. Wigorn. **f. 6.**

vi. 'Quod in Concilio procedendum sit per naciones et non per deputaciones suadetur sic.' **f. 7.**

vii. 'Proposicio sacri consilii Basiliensis coram Rege et Parliamento in Anglia.' **f. 9**^{b}.

viii. 'Articuli de modo procedendi,' 'Articuli super reformacione suppositorum Concilii,' 'Juramenta que prestiterunt presidentes,' 'Decretum admissionis ad presidentiam,' 'Tenor mandati Imperatoris Grecorum Demetrii,' 'Errores Grecorum.' **ff. 12**^{b}**–17.**

ix. 'Oracio B[artholomaei] episcopi Novariensis, edita et presentata per eundem, apud serenissimum et Christianissimum regem Franciae sacri Basiliensis consilii tunc oratoris et legati, anno Christi 1432.' **f. 17**^{b}.

x. Capitula oblata Carolo Francorum Regi per B. episc. Novariensem et abbatem S. Ambrosii Mediolani, oratores Concilii. **f. 20**^{b}.

Martene et Durand, *Vet. Scriptt. Collectio,* fol. Par. 1733, vol. viii. col. 168.

xi. 'Collacio vel presentacio Bohemorum facta coram consilii presidente per magistrum Johannem de Recusano aput sanctum Leonardum.' **f. 22.**

Ibid. col. 252.

xii. 'Collacio ejusdem Johannis, ambassiatoris civitatis Pragensis die sabbati, x°. Jan. 1432.' **f. 22**^{b}.

Ibid. col. 254.

xiii. Propositio Procopii facta pro secundis ambassiatoribus Bohemorum, cum praefatiuncula ejusdem. **ff. 25, 25**^{b}.

xiv. 'Proposicio facta per dominum abbatem Cisterciensem coram Bohemis in congregacione generali, die Sabbati, ultimo Jan. 1433.' **f. 27**^{b}.

xv. 'Proposicio alterius ambassiatorum domini nostri Eugenii pape, prolata in consistorio publico, 1433.' **f. 31.**

xvi. 'Collacio facta per reverendissimum dominum Julianum cardinalem Sancti Angeli in suscepcionem Bohemorum.' **f. 34**^{b}.

xvii. 'Proposicio ambaciatorum Sacri Imperii Electorum.' **f. 41**^{b}.

xviii. Extracta e bulla quadam Eugenii papae de haeresibus et erroribus in Concilio interpretatis super potestate papali. **f. 43**^{b}.

xix. 'Epistola directa Boemis quod ad sacrum consilium veniant.' **f. 59**^{b}.

Non ea quae exstat apud Martene, *ut supra,* col. 78.

3. 'Regula de arte predicandi. Hugo Sunfeld, doctor.' **f. 44.**

4. Nota de Marcellino papa tempore Diocletiani incensum idolis ponente, quem autem synodus in Campania habita non ausus est deponere. **f. 44**^{b}.

5. Narrationes triginta de variis miraculis et visionibus; accedunt etiam duae fabulae Aesopicae. **f. 45.**

Incipiunt tituli narrationum sic: 'De rege nunquam ridente. De duobus fratribus, sapiente et fatuo. De quodam peregrinante. De quodam heremita injuste cogitante quod Deus sanctis tribulaciones, malis prospera, tribueret; nobilis narracio.' Narrationes sex e S. Gregorio, una e Beda, desumptae sunt. Fabulae Aesopicae sunt de corvo in ore caseum tenente, et de pavone non contento.

Desunt septem folia.

6. Excerpta ex Commentario Henrici de Hassia super Genesim. **f. 53.**

Ad calc. 'Hec sparsim collecta excerpsi contra astrologos a libris H. super Genesym, 1463, mense Augusti, γρωσταρρῖς' (?).

7. Narratio de Arthuro Britonum rege; in qua, verba Cador, ducis Cornubiae, Hoeli regis Armoricanorum, Augeli regis Albaniae, et sancti Dubricii. **f. 60^b^.**

67.

Codex minori parte chartaceus, maxima parte membranaceus. Saecc. xv, xii, xiv, xiii. Inter codd. T. Allen, 'A. 149. 48,' '85 A. 82,' etc. Art. 18 (saec. xiv), 'Liber domus scolarium de Merton in Oxon., ex legato M. Joh. Reynham, sacre pagine professoris et quondam socii ejusdem domus.'

1. [*Chartac.*] Fragmentum tractatus cujusdam astrologici. **f. 1.**

Inc. 'In nomine trino
Hoc opus incipio, etc.
Aries domus Martis est signum.'

2. An astrological treatise in English on Elections of Times, in two books. **f. 2.**

Beg. '*Liber primus de naturis planetarum et signorum.* For as moche as eche science or craft is compertid for his vtilite.' 9 chapters.
Tit. book ii. '*Liber secundus de electionibus temporum.* In the firste partie of this treetis.' 17 chapters.
Another copy is in Ashm. MS. 337, art. 1.

3. An introduction to the art of astrological calculations [by Richard Wallingford, abbot of St. Alban's], entitled, 'Exafrenon pronosticationum temporis,' transl. into English; in six chapters. **ff. 6–12^b^.**

Beg. 'Tho the perfecte knawlege of the domes of the crafte of astronomye.'
With regard to the tables of calculations the translator says in chap. i, 'The tables are of myne awne makyng. For the tables of the Abbot of Sancte Albones [are] made full of erroures, and þat I trewe bee throwgh the vices of writers and nott of the worshipfull clerke and prelate þat þe treites made.'

4. 'Haly [Aben-Ragel] de subradiis planetarum.' **f. 12^b^.**

Inc. 'Saturnus in Ariete subradiis facit pluvias.'

5. Octo Conclusiones, de potestate solis, temperie coeli, pestilentia, etc., e tabula eisdem praemissa. **ff. 15^b^, 16.**

Inc. 'Ex istis tabulis manifestum est unumquodque signum.'

6. 'Fortitudines planetarum.' 'Debilitates planetarum et impedimenta.' **f. 22^b^.**

7. 'A tretes of the dyetyng of mannys body.' **f. 23.**

Beg. 'Here begynnythe a dyetarye, that whatte manne reulythe hymme therafter he shall neuer haue seknesse tylle the ende of hys lyffe be comene.'

8. Breviloquium compendiosum, confectum per quendam Ferrarium 'de libro comprehensionis multorum quem composuit Albukecy Nazi, filius Zacharie, philosophus Damascenus, quem nuper transtuli in Coleno a lingua Arabica in Latinam;' amico suo Anselmo dicatum. **f. 32.**

Continet experimenta varia, numero 33. Notitia codicis, una cum excerptis de compositione ignis Graecae, etc. inveniatur in praefatione ad librum cui tit. *The Merchant and the Friar, by Sir F. Palgrave*, 12°. Lond. 1837, pp. xxvi–xxx.

9. 'Liber ignium, a Marco Greco descriptus, cujus virtus et efficacia ad comburendos hostes tam in mari quam in terra plurimum efficax invenitur.' **f. 33^b^.**

Experimenta 25.

10. Experimenta multa et varia ad miranda operanda, de coloribus, etc. **ff. 37–44.**

11. [*Saec.* xii.] Pars tractatus cujusdam de kalendariis conficiendis; scil. de epactis, solari et lunari anno, terminis, Pascha, et cyclis annorum. **f. 45.**

Incip. mutilus ad verba, 'ciclus lunaris xix. annos non transcendit.'
Expl. 'Porro datas in quibusdam locis ideo geminavimus quia vere lunaciones ibi secundum compotum naturalem incipiunt.'

12. Tractatus alter ab eodem auctore de supputatione annorum ab exordio mundi et de inveniendis annis Domini. **f. 50.**

Inc. 'Quoniam per annos a principio mundi concurrentes epactas claves terminorum inveniendas diximus, quomodo ex auctoritate Sacre Scripture ipsi anni inveniri possint aperire studeamus.'
Ad calc. (f. 53^b^) sunt versus de aureo numero qui sic incip.
'Aureus hac arte numerus formetur aperte.'

13. Quaedam brevia, incompleta, de arte arithmetica. **f. 55^b^.**

Incip. 'Due principales institutiones matheseos secundum duplicem multitudinis consideracionem distinguntur.'
Algorismus hic dicitur, '*Arborismus*, scil. ab Arborio ejus inventore dicta.'

---

14. [*Saec.* xiii. *ineuntis.*] Pars Historiae Britonum a Galfredo Monumetensi; scil. a cap. 14 ad cap. 22. lib. i, et a cap. 6. lib. vii. ad cap. 2. lib. viii. **f. 57.**

Deest etiam pars capp. 17, 18. lib. i. inter ff. 60–61. Binis columnis exarata.

---

15. [*Saec.* xii. *exeuntis.*] 'Hermes Mercurius Triplex de vi. rerum principiis,' multisque aliis naturalibus; partibus quinque; cum prologo de tribus Mercuriis. **f. 69.**

Tit. cap. 1. part i. 'De tribus universalibus et eorum singulis.' Inc. 'Tria sunt que intellectum hominis.'
" " ii. 'Quid sit tempus et de motu ejus.'
" " iii. 'De triplici potestate celestium corporum.'
" " iv. 'De efficacia medicinarum secundum potestativum planetarum et signorum effectum.'

Tit. cap. 1. part v. 'Practica astronomie facta astrolabii inspectione. De loco et gradu solis inveniendo,' etc.

Expl. '—mutabilitatem temporis et temporalium.'

16. Notae breves de horis, de transitu Saturni, transitu Veneris, coitu solis et lunae, una cum alphabetis Latino, Graeco et Hebraeo. **f. 78.**

17. Ludus arithmeticus, Pyoscaxym sive Pugna numerorum, alias Rithmachia, dictus. **f. 79.**

Incip. prol. 'Animi adolescentum ad exercenda ludicra.' Desin. prol. 'Hujus ergo ludi modum jocosis et precipue juvenibus ego coevus et magis appetens ludicra quam seria non diffugiam enucleare.'

18. 'Epistola Valerii ad Rufum de dissuasione uxorandi:' [pars, scil., distinctionis quartae tractatus Gualteri Mapes de Nugis curialium]. **f. 80.**

Inc. 'Loqui prohibeor, sed tacere non possum.'
Expl. 'Sed ne horescere scripsisse videar, vale.'
Impress. per Soc. Camden. 4°. Lond. 1850, pp. 142–152.

19. 'Dialogus Gratiani et Alexandri de insolentia Hirceni fratris sui;' prosa et versu, metris variis. **f. 82.**

Inc. 'Quam sit inhumanum quem ditat copia rerum.'
Desinit in prosa, post exempla 'de stulticia Alexandri Macedonis' et 'de Ludovico Rege Francorum,' his verbis— 'oratione metrica presentis gaudeat operis consummacio.'
Expl. metrice, 'Sic tibi gloria, vita, salus,
Magnificentia, spes, honor. Amen.'

---

20. [*Saec.* xiv.] Liber [Hermetis Trismegisti?] de causis rerum, cum commentario. **f. 85.**

Incip. textus, 'Omnis causa primaria est influens super causas.' Inc. comm. 'Quod est causa? quia causa universalis prima.'
Expl. textus, '—est ens et generacio simul.' Expl. comm. '—faciens acquirere non acquisitum sicut ostendimus.'
Ad calc. 'Explicit liber de causis rerum. Tremegistrus. Tremegistrus.'

21. Dicta viginti quatuor philosophorum de Deo, cum commentario. **f. 89.**

Inc. 'Congregatis 24 philosophis solum eis in questione remansit quid est Deus.'

22. 'Liber de viribus anime, editus a fratre Alberto ordinis fratrum Predicatorum.' **f. 92^b.**

Inc. 'Sicut dicit Dam[ascenus] impossible est substantiam.'
Expl. 'Est enim facultas voluntatis et racionis.'
Pars quinta *Philosophiae pauperum*, apud Opp. Alberti, fol. Lugd. 1651, vol. xxi. p. 36. incipiens cum cap. ii, sed abbreviata, et juxta finem diversa. Vid. Quetif, *Scriptt. Ord. Praed.* vol. i. p. 182.

23. 'Quedam questiones naturales edite sive facte ab Aristotele,' cum commentario. **f. 96^b.**

Incip. prol. 'Cum essem in Grecia pervenit ad meas manus liber Aristotilicus quidam cujus inscripcio erat, de diversis uniuscujusque metodi problematibus.' Inc. textus, 'Quemadmodum per calorem resolvuntur vapores a terra et aqua.'

24. Propositiones quaedam de intelligentia, et de eternitate, cum commentario. **f. 97^b.**

Incip. textus, 'Deus semper intelligit se intelligere.'
Inc. comm. 'In hac proposicione notatur differencia substancie intelligentis proprie.'

25. 'Memoriale rerum difficilium, quod alio nomine liber de intelligenciis nuncupatur; propositiones quaedam cum commentario. **f. 103.**

Titulus et tractatui proxime praecedenti affixus est et huic etiam praefixus.

Inc. praef. 'Summa in hoc capitulo nostre intencionis est rerum naturalium difficiliora breviter colligere ut ea memoric facilius possumus commendare.'
Inc. text. 'Si est causam et causatum ponere.'

26. 'Liber [Alberti Magni] de intellectu et de intelligencia;' tractatus tres. **f. 107.**

Inter *Opp.* Alberti, fol. Lugd. 1651, vol. v. p. 239.

27. 'Liber [ejusdem] de etate, sive de juventute et senectute;' tractatus duo. **f. 112^b.**

Ibid. p. 131.

28. 'Fallacie fratris Thome de Aquino, ordinis Predicatorum.' **f. 115^b.**

Inc. 'Quia logici (*sic*) est ratio vel sciencia et ad raciocinandum inventa.' Desin. imperfecte.

29. [*Saec.* xiii.] 'Summa Magistri Rogeri Bacon de sophismatibus et distinccionibus.' **f. 117.**

Inc. 'Potest queri de difficultatibus accidentibus.' Desin. imperfecta in sectione quae incip., 'Determinato de hoc singno orationis [oīs] prout ponitur in r^{e}ti^{ne} [rectitudine?], determinandum est de eo prout ponitur in ob^{te} [objiciente?].'

68.

Membranaceus. In 8vo. Saec. xiv. ff. 135. Binis columnis. Inter codd. T. Allen, '20,' 'A. 86.'

1. 'Canones Toletane super tabulas ejusdem.' **f. 1.**

Deest fol. primum. Incip. in verbis, '—nunc in 3°. anno diem restituunt integrum.'

2. Tabulae Toletanae astronomicae. **f. 25.**

Inter quas quaedam etiam 'secundum Arzachelem' (ff. 63^b, 75) et 'secundum Cordubenses.' (f. 76.)

3. Tractatus de calculatione eclipsium. **f. 78^b.**

Inc. 'Notandum quod unum est opus commune.'

4. Tabula proportionis; et, tabula minutorum proportionalium. **ff. 83–86.**

5. [Tabulae Toletanae Alphonsinae.] **f. 86^b.**

6. Tabula longitudinis et latitudinis diversarum civitatum in Anglia et in partibus exteris. **f. 108^b.**

7. Tabulae ascensionum signorum et aequationis domorum ad latitudinem London. **f. 109.**

8. 'Ysagoga minor Japharis mathematici in astronomiam, per Adhelardum Bathoniencem ex Arabico sumpta;' sermonibus septem. **f. 116.**

Inc. 'Quicunque philosophie scienciam altiorem studio constanti inquireris.'

9. 'Liber Alkindii de impressionibus terre et aeris accidentibus.' **f. 124.**

Inc. 'Rogatus fui quod manifestem consilia philosophorum.'
Notitias contentorum codicis videsis in codd. Langb. iv. pp. 413–4, et xii. p. 10.

69.

Membranaceus. In 4°. minori. Saec. xiii. exeuntis, sive xiv. ineuntis. ff. 220. Olim liber 'Guil. Martialis,' et inter codd. T. Allen, 'A. 93.'

Medica varia.

1. Remedia varia et multa. **ff. 1-3, 7-11, 15-23, 26, 62-65, 90-92, 94b-115b, 125b-6, 182-3, 195-6, 208b-13.**

Ad ff. 13, 65b, sunt tabulae capitulorum, 'de curis sequentibus,' et 'de curis precedentibus.'

2. De virtutibus herbarum. **ff. 3b-6b, 31-61, 116-124, 214-220b.**
3. 'Liber de naturis animalium,' 'ex eis quod (*sic*) filius Messye dixit in libro de animalibus.' **f. 23b.**
4. 'Epistola Ypocratis Mecenati suo.' **f. 27.**
5. 'Epistola Anthonii Muse ad Agrippipam (*sic*) de virtutibus herbe betonice.' **f. 28b.**
6. 'Epistola Platonis ad cives suos de herba plantagine.' **f. 30.**
7. Macri poema de virtutibus herbarum; cum notis marginalibus. **f. 66.**

(Ex hoc poemate, titulus *Mater Herbarum*, in folio conjectaneo inscriptus, codici universo in Catalogo vetere assignatus est.)
Praemissa est, in fol. 12, tabula herbarum, numero lxxviii.

8. De medicina, sanitate, morbis, medicaminibus, medico, secretis humani corporis, etc.

ff. 72-80, *in margg.*

9. 'Pulmentum Johannis medici.' **f. 80b**, *in marg.*
10. De urinis, capillis, dentibus, cibis et potibus pro infirmis et convalescentibus, etc. **ff. 81b-89.**
11. Synonyma herbarum Latina. **ff. 92-94.**
12. 'Epistola Ypocratis ad Filominum de conversacione medicis' (*sic*). **f. 124.**
13. Epistola ejusdem ad eundem de visitatione infirmi. *ibid.*
14. 'Potio Aristolabii regis.' **f. 125.**
15. Remedia multa, cum tabula praemissa. **ff. 126-175b.**

Inter haec sunt :—

i. 'Epistola Regis Egyptiorum Octoviano Augusto' de virtutibus taxonis. f. 151.

ii. Epistola quaedam de adjurationibus et incantationibus. f. 151b.

iii. 'Summa Quid pro quo. Cum ea que sunt utilia in curacione inveniri non possunt, tunc sumere oportet quid pro quo.' f. 172b.

16. Varia remedia et carmina, *Gallice*. **ff. 175-181, 210-11b.**
17. (*Manu altera et antiquiori*) Precepta pro componendis antidotis, electuariis, purgatoriis unguentis, emplastris, aliisque medicamentis. **ff. 184-191.**

Inter haec, 'Epistola Ypocratis de catarticis.' f. 186.'

18. Poema de variis herbis, gemmis, etc. **ff. 192-5.**

Incip. '*De Plantagine.*
Antidotumque salubre diarnaglossa fit inde.'

19. 'De la terre de Inde;' descriptio Gallica. **ff. 190-201.**
20. Experimenta quaedam, in quibus occurrunt multa verba scripta in forma occulta, omissis vocalibus. **f. 201.** (*cf. etiam similia ad* **f. 195b**.)
21. Tractatus de derivatione nominun partium humani corporis. **ff. 202-8.**

Inc. 'Natura dicta eo quod nasci aliquid faciat.'

22. Remedia ad fistulas curandas; acc. 'carmen ad fistulam,' *Gallice*. **ff. 208b-10.**
23. 'De apostematibus et eorum generibus.' **f. 212.**
24. 'Secreta pronosticorum Ypocratis.' **f. 213b.**

70.

Membranaceus. In 8vo. ff. 71. Saec. xiv. Olim possedit 'Willielmus Suttonus, 1566;' postea T. Allen, '72,' 'A. 169.'

Rogeri Bacon Communia Naturalium, sive liber tertius Compendii Philosophiae.

Inc. 'Postquam tradidi grammaticam per linguas diversas.' Desin. in init. cap. vii. illius partis libri primi in qua tractatur de speciebus motus. Cap. vii. ita incipit: '*De generacione.* Habito ergo de principiis naturalibus generacionis et de modo generacionis rerum naturalium, quantum est aperte ipsius decursus qui est in generacione, tercio est consideracio principalis (?) de eo quod generatur.'

Deest folium unum ad calcem. Folium ult. a compaginatore insertum continet recepta 'ad curandam quartanam,' etc.

In ora foliorum inferiori est signatio schedarum continua, ab 'H. 1' usque ad 'O. 2.'

Cf. praef. viri eruditi J. S. Brewer ad *R. Bacon Opera hactenus inedita*, vol. i. pp. l, li, 8°. Lond. 1859.

71.

Membranaceus. In quarto. ff. 97. Saecc. xiv, xv, xvi.

1. Ad fabricandum speculum ustorium. **f. 1.**
2. Pars commentarii [Johannis Danck, de Saxonia] in Isagogen Alcabitii de judiciis astrorum. **f. 3.**

Inc. 'Vir sapiens dominatur astris Ptholomeus.'

Expl. '*Et siquidem planete.* Prius ostendit auctor qualiter signa respiciunt membra corporis humani; in ista parte ostendit qualiter—' [p. 49. edit. comment. 4°. Par. 1521]. Caetera desunt, tribus foliis olim sequentibus hodie exscissis.

3. 'Urso de effectibus qualitatum primarum;' transcriptus manu 'J[ohannis] D[ee], 1557, 30 Maii;' *ad calc.* '4 Junii.' **f. 27.**

Impress. per Jo. Williams una cum libello R. Bacon de retardandis senectutis accedentibus, 8°. Oxon. 1590.

4. Liber Vaccae; precepta et experimenta alchemica et magica, praemisso prologo, (ut videtur,) longo. **ff. 36, 40b.**

Incip. prol. (?) 'Conferat tibi Deus mores nobilis' (*sic*).

Incip. liber, 'Galienus cum propter amatum voluit abbreviares (*sic*) librum Platonis [Plōis] philosophi qui nominatus est liber anequems.'

Ad calc. (f. 56), 'Completur liber aneguems Platonis [Plōis], id est, liber vacce.'

5. 'Dona Alberti;' alchemica quaedam. **f. 56.**
6. Tractatus de essentiis, libris duobus, (1) de essentiis realibus, (2) de essentiis intentionalibus; compositus per quendam fratrem T.[homam] de ordine Praedicatorum et capellanum Roberti primogeniti Caroli Regis Hierusalem et Siciliae, cui etiam opus inscriptum est. **f. 60.**

Cf. notitiam operis in catalogo operum S. Thomae Aquinatis apud Quetif, *Scriptt. ord. Praedd.* vol. i. pp. 344-5.

7. Modus conficiendi perfectissimam aquam vitae, oleum benedictum, aliaque ejusdem generis. ff. 81^{b}–84.

8. 'Secretum Philosophorum;' liber, scil. in quo continentur 'quaedam secreta omnium artium' septem liberalium. f. 85.

Manibus binis exaratus. Imperf., desinens in Secretis artis arithmeticae.

72.

Membranaceus partim, partim chartaceus. In 4°. ff. 109. Saecc. xiv, xv. Olim inter codd. T. Allen, 32.

1. Tabulae bipartiales ad latitudinem planetarum; regulae pro luna, 'ad faciendum unum Almenak per tabulas Rede episcopi Cisestrensis' (f. 6); et, 'ad domificandum;' tabulae radicum mediorum motuum, etc.; tabulae equationum. ff. 1–31.

Ad calc. 'Expliciunt tabule equacionis septem planetarum cum tabulis Reed; scripte per manus domini Ricardi Car.' (f. 31^{b}.)

2. De zodiaco, et de quadrante. ff. 32, 35.

3. Astrologica varia; scil., regulae ad inveniendum partem fortunae et partem rei celatae; tabula graduum masculinorum et feminorum, tabulaeque aliae; significatio domorum; 'canones dignitatum' (f. 45); 28 mansiones lunae, cum stellis suis; naturae septem planetarum. ff. 37–49.

4. 'Processus fratris Rogeri Bacon, de ordine Minorum, de invencione cogitacionis;' fragmentum astrologicum. ff. 49^{b}, 50.

Inc. 'Notandum quod in omni judicio quatuor sunt inquirenda, sc., natura planetae qui fuerit significator.'

5. Zahelis Ismaelitae Liber introductorius de principiis judiciorum. f. 51.

Inc. 'Dixit Kembris Israelita, Scito quod signa sunt 12.'
Impress. cum Ptolemaeo aliisque, fol. Ven. 1493, f. 122^{b}.

6. 'Secundus liber Zaelis de 50 preceptis,' sive ejusdem judicia praecipua. f. 58.

Inc. '*Primum capitulum.* Scito quod signatrix, id est luna.'
Impress. *ibid.* f. 126.
Ad calcem (f. 60^{b}) sunt literae nominis scribae initiales, 'W. H.'

7. Notae variae astrologicae, inter quas, 'Verificacio, anno Domini 1440.' ff. 61^{b}–62^{b}.

8. Additiones, sive supplementum, per Albumasar ad librum ejus de electionibus lunae; intit. ad finem, 'Electiones planetarum cum luna in signis et in omnibus aspectibus eorum.' f. 62.

Incip. 'Dixit Albumasar, Placuit mihi inter cetera volumina que de judiciis signorum et planetarum composui, de eleccionibus lune aliquid explicare.'

9. Tabula exhibens stellarum lapides, herbas, characteres et horas. f. 78.

10. [Geoffrey Chaucer's] Conclusions of the astrolabe, 'after the latitude of Oxynford,' written to his son 'lytulle Lewis.' f. 79.

On paper, except the last three leaves. Ends with the chapter 'Another maner of equacionis of howsis after the astrolabye;' p. 449 of Urry's edition of Chaucer's *Works*. The text of sections 44, 45 is printed from this MS. in Rev. W. W. Skeat's edition of Chaucer's treatise, 8°. Lond. (for the Early Engl. Text Soc.), 1872, pp. 54-56.

73.

Chartaceus. In 8vo. Saec. xv. ff. 95. Annis 1549–1557 possidebat Ricardus Ledes, mercator, de London.

1. Descriptio et virtutes herbarum aliorumque medicinalium, praecipue ex tract. ii. lib. ii. Canonis Avicennae, hic illic autem ex Serapione, Bartholomaeo Glanville, etc. ff. 1–56.

Incip. cum herba *Apium*.

2. 'Unguenta Avicenne que posuit in suo Antidotario.' f. 15^{b}.

3. 'Unguenta ex Antidotario Serapionis.' f. 16^{b}.

4. 'Descriptio ponderum et mensurarum ex Breviario filii Serapionis.' f. 51^{b}.

5. Notae de variis 'secundum Mesue.' ff. 56^{b}–60, 64^{b}, 69.

6. Varia de morbis et de medicinalibus, ex Lanfranco [Mediolanensi], Bartholomaeo, Serapione, Constantino, Rhaze, et Gilberto [Anglico]. ff. 61–95.

74.

Chartaceus. In 8vo. sive 4°. minori. Saecc. xvi, xv. ff. 124. Inter codd. T. Allen, 'A. 152,' '63, 68.'

1. Gerardi Cremonensis, sive Carmonensis, Tractatus in artem Geomantiae. f. 1.

2. [Pars libri Alberti Magni de causis et processu universitatis, abbreviati.] f. 53.

i. A cap. ix. tract. i. usque ad cap. viii. tract. iv. lib. i. ff. 53–76.
ii. A cap. xviii. tract. ii. usque ad cap. iv. tract. iv. lib. ii. ff. 77–124.

75.

Chartaceus partim, partim membranaceus. In 4°. Saec. xv. ff. 243. Inter codd. T. Allen, '59. A. 215,' '36. A. 167.'

1. 'De virtutibus herbarum,' ordine alphabetico. f. 1.

Ad calc. 'Explicit sinonomum de viribus herbarum. 1458, 10 Marcii.'

2. Recepta medica; *Anglice*. ff. 40^{b}–51, 121, 240^{b}–3.

3. [Erotis, alias dicti Trotulae] Liber de aegritudinibus mulierum. f. 52.

Inc. 'Cum auctor universitatis Deus.'
Exstat impressus.

4. De magnete; de compositione instrumenti quo 'diriges gressus tuos ad civitates et ad insulas et loca mundi quaecunque, ubicunque fueris sive in terra, sive in mari;' 'de compositione cujusdam

rote semper moventis' per virtutem magnetis; cum figuris; [scil., capitula i–iii. secundae partis libelli Petri Peregrini de Magnete]. ff. **65, 66.**

5. Regulae de physiognomia. f. **67.**

Inc. 'Oculus magnus et rotundus et albus significat valde superbum.'

Expl. '—omnibus comparat cogitacionem, quod Lakynheth.'

6. 'Tractatus de medicinis omnium membrorum distemperatorum.' f. **68.**

7. Medicinae digestivae et evacuativae, simplices et compositae, quibus medici utuntur in practica sua, breviter in tabulas redactae. f. **70.**

8. Centiloquium Ptolomaei, cum commentario. f. **73.**

Inc. 'Dixit Ptholomeus, Jam scripsi tibi, Ihūre, libros de hoc seculo.'

Ad calc. 'Expliciunt Centilogia secundum Tholomeum, anno Domini 1458.'

9. Pars Quadripartiti Ptolomaei, scil. lib. i. et lib. ii. cap. i–iii. (*incompl.*) f. **92.**

10. De urinis; *Anglice*. ff. **108–112.**

11. Excerpta ex quodam tractatu astronomico de eclipsibus et de aequationibus planetarum. ff. **113–117.**

Inter haec: 'Cap. 29. De eclypsi solis.'

12. Virtutes herbarum et recepta medica. ff. **117–8.**

13. 'Tabula nominum herbarum,' alphabetice; *A–E*. ff. **118b–120.**

---

14. (*Membr.*) Orationes piae. f. **121a, b.**

15. 'Tractatus magistri Thome de Wylton de validis mendicantibus, nunquid sint in statu perfectionis.' f. **122.**

Ad calc. 'Explicit questio notabilis bene disputata pro et contra, per magistrum Thomam Wylton, nuper cancellarium Sancti Pauli et magistrum in theologia.'

16. Tractatus brevis 'de disposicione hominis secundum constellaciones.' f. **125.**

17. De qualitate septem planetarum. f. **126.**

18. 'Termini naturales;' de natura duplici, de sex differentiis positionis, de gradu, proportione, etc. ff. **126–131.**

19. Figurae quaedam mathematicae. f. **131a, b.**

20. 'Cautele algorismi,' sive quaestiones arithmeticae. f. **132.**

Inc. 'Tres histriones cum tribus uxoribus.'

Similes sunt hae quaestiones propositionibus 'ad acuendos juvenes' inter Opera Bedae impressis.

21. Prognosticatio temporum e die in quo Natalis Domini evenerit. f. **137.**

22. 'Signa tonitrui;' praesagia pro mensibus. f. **138.**

23. [Gualteri Mapes, sive Philiberti heremitae, sive cujuscunque sit,] 'Disputacio corporis et animae.' f. **138b.**

Inter Opera G. Mapes, 1841, p. 95; et alibi.

24. Summula *Summae* Raymundi a Pennaforti, versibus hexametris composita. f. **142.**

Inc. 'Summula de Summa Reimundi prodiit ista.'

Impr. sub nomine Adami, de ord. Praed., 4°. Par. 1494; etc. Textus autem noster hic contractior, illic extensior, ubicunque etiam alio ordine, quam in impressis exhibetur; inest etiam poema incipiens 'Poeniteas cito peccator,' (f. 157) quod saepe per se et sine nomine in MSS. invenitur, non autem in opere impresso jam citato.

---

25. [Johannis Myrci, prioris Lilleshullensis] Manuale sacerdotis. f. **162.**

Deest fol. primum; quintae etiam, (et ultimae) partis capp. x–xx. desiderantur.

26. Fragmentum e conclusione poematis cujusdam Anglici super coelo, mundo, et tribus animis in homine. f. **207.**

Inc. 'And les yf it be a knaffe chylde, for it has mare hete.'

Expl. 'That sancte Mychaelle may it resawe and to blysse it lede. Amen.'

Poema exstat impressum, sub tit. 'Fragment on popular science' (e cod. Harl. 2277), apud *Popular Treatises on Science written during the Middle Ages, edited by T. Wright*, 8°. Lond. 1841, pp. 132–140, ubi in p. 139 incipit fragmentum nostrum.

27. 'Sacerdotum speculum;' visio S. Edwardi Confessoris. f. **208.**

28. 'Liber ex arte kalendarii;' regulae ad inveniendum litteram dominicalem, aureum numerum, et multa alia, per versus memoriales. f. **223.**

29. Notae ex Bernardo et Hieronymo. ff. **240b–2.**

76.

Membranaceus. In 4°. Saec. xiii. ff. 120. 'Joannes Dee, 1556, Maii 18, Londini, emi ex bibliotheca Lelandi.'

1. Rogeri Bacon Compendium philosophiae. f. **1.**

Inc. 'Prima igitur veritas circa corpora mundi est quod non est unum corpus continuum et unius nature.'

Cf. praef. J. S. Brewer in *R. Bacon Opera inedita*, 1859, vol. i. p. l.

Ad calc., manu Jo. Dee, 'Finis tertiae partis de coelo et mundo Rogerii Bachonis.'

2. (*Manu secunda.*) Idem de corporibus coelestibus; scil. de zodiaco, sole, etc. f. **36.**

Inc. 'Habito de corporibus mundi prout mundum absolute constituunt.' Ad fol. 42 est nota anni in quo auctor haec scripsit:—'et est nunc temporis, scil. anno Domini 1266.'

Manu saec. xvi: 'Hec videntur debere adjici ad finem magni voluminis Bachonis de Comunibus Naturalibus.'

3. Idem de Mathematica. ff. **48, 65.**

Incip. [pars i, manu tertia, binis columnis], 'Mathematica utitur tantum parte aliquota que aliquotiens sumpta reddit suum totum.'

Incip. [pars ii, manibus tribus], 'Expeditis his que exiguntur ad proporciones et proporcionalitates quibus mathematica communiter utitur, nunc volo subjungere ea que ad medietates requiri debent secundum formam.'

4. Fragmentum, ut videtur, commentarii per eundem super Euclidem. ff. **77–78*.**

Inc. 'Titulus autem istius libri secundum auctores est, Incipit liber elementorum seu radicum mathematice Euclidis, ab Euclide Picthagorico compositus, continens 464 proposiciones et proposita que theoreumata vocantur et 12 porismata preter anxsiomata et peticiones et concepciones que singulis libris premittuntur.'

Desunt folia quaedam.

5. Fragmentum de corporibus. f. 79.

Inc. '—ex probacione naturali et ex probacione geometrica.'
Expl. '—sicut declarat subjecta figura. Explicit.'

6. (*Tit. ad calc.*) 'Liber Gundisalvi de divisione philosophie; alii putant quod sit Alpharabii' [de scientiis]. f. 79b.

Inc. 'Felix prior etas que tot sapientes protulit quibus velut stellis mondi tenebras irradiavit.'
Expl. 'Sed adaptare ea singulis libris arcium cum necesse fuerit prudencie lectoris relinquimus.'
Non concordat opus cum opere impresso Alpharabii supra nominato.

7. Pars tractatus cujusdam de scientia. f. 107.

Inc. 'Inter omnes prisce auctoritatis viros qui Pictagora duce.'

Desunt folia quaedam.

8. Tractatus Thomae 'Bladvardini,' alias, 'Brivardini,' rectius autem Bradwardini, archiep. Cantuar., de proportionibus motuum; cum prologo de auctore et opere ejus. f. 110.

Inc. textus: 'Omnem motum subcecivum proportionari alteri in vellocitate contingit.'
Scriptus manu quadam extera characteribus minutis et non sine difficultate legendis. Desinit in initio capituli quarti, duobus foliis sequentibus, pro continuatione destinatis, quae (*palimpsesta*, ut vocant) quaedam in jure civili de legatis olim continebant, manu Italica exarata.
Impr. cum *Quaestione de Modalibus* Bassani Politi, aliisque, ff. 10–15b, fol. Ven. 1505.

77.

Membranaceus. In 4°. ff. 197. Saecc. xiv. et, quoad artt. 6–13, xv. Inter codd. T. Allen, 'A. 127,' '34,' '73. A. 143,' '6. A. 148,' et (anno Dom. 1563) '53. A. 150.'

1. [Rogeri Bacon] 'Tractatus perspective, habens tres partes;' cum figuris. f. 1.

Incip. 'Cupiens te et alios sapiencia dignos excitare.'
Ad calc. (fol. 56b), 'Explicit, expliceat ludere.
Nomen scriptoris, Johannes Plenus-Amoris.'
Impr. 4°. Francof. 1614.

2. Summa Problematum Aristotelis 'secundum Petrum Paduanensem' sive Aponensem, sive de Abano, in particulas 38 distincta; praemisso prologo. f. 57.

Inc. 'Felix qui poterit causas cognoscere rerum. Felicitas Aristotelis sive beatitudo est summum bonum.' [Summa alphabetica Gualt. Burlaei eisdem verbis incipit.]
Ad calc. 'Completa eciam summa causarum problematum Aristotelis, assistente potentie celice subsidio, ex qua in qua et [per] quam omnia, cui laus honor et gloria quamdiu causa fuerit vel causatum. Amen. Expliciunt Problemata utilia.'

---

3. Tractatus de essentiis per quendam fratrem [Thomam] de ordine Praedicatorum. ff. 83b–107. [ff. 205–228 e quodam alio codice.]

Nomen *Thomas* inseritur manu saec. xvi. in spatio vacuo post verbum *frater*.
Cf. cod. lxxi. art. 6, supra.
In fol. 83, recto, est fragmentum de ultimo judicio et de eterna poena damnatorum.

4. 'Collacio commendans theologiam.' f. 107b.

---

5. [Roberti Grosseteste, episc. Linc.], Libellus de oculo morali. f. 109.

Inc. 'Si diligenter volumus in lege Dei meditari.'
In margine folii penultimi (f. 147b) est haec nota:—'Wilflete vult quod iste liber tradatur abathie de Mews in Holdernes, quia emit eum ab uno monacho ejusdem domus pro viiis. et dubitat utrum monachus habuit potestatem vendendi. Volo etiam quod habeant Thomam de virtutibus theologie quem emit (*sic*) ab eodem pro iiis. iiiid.'
Sequuntur in foliis adjectitiis:—
i. 'Sententia excommunicationis communis in ecclesia recitanda:' *Anglice*. f. 148.
ii. Numerale; sive ordo computandi, et verba in numeratione usitata. f. 149b.

Desunt folia quaedam.

6. Pars quaestionis cujusdam de anima. f. 150.

Expl. (f. 153), '—in seipsa extra animatam quia a tali non oportet hujusmodi abstractionem procedere, etc. Explicit questio de anima, quod Wyke.'

7. 'Compendium de accione elementorum, abstractum de quarta parte [Johannis] Dumbleton secundum magistrum J[oh.] Chylmerk.' f. 153b.

Inc. 'Cum materia de alteracione, que est una species, motus sit quampluribus incognita [*etc.*] Ponatur ergo primo quod A aqua agat in B ignem.'

---

8. Francisci de Mayronis Tractatus de formalitatibus. f. 166.

Inc. 'In 8va. divisione ubi magister tractat de simplicitate divine essencie.'
Expl. '—quod una formalitas est alia ydemp[nita]te quacunque ultimate abstincta, et sic patet veritas questionis.
Explicit tractatus formalitatum fratris Francisci de Maronis, doctoris ordinis Fratrum Minorum, quod Wyke.'

9. Pars tractatus cujusdam, mutili ad finem, super Praedicamenta. f. 191b.

Inc. 'Tractaturus de decem generibus, tria genera predicacionis premittam.'

Desunt folia duo.

10. Brevis 'tractatus de duobus primis principiis.' f. 194.

Inc. 'Notandum quod sunt duo principia prima substancie secundum rem, sc. materia et forma.'

11. [Gualteri Burlaei] brevis 'tractatus de tribus in toto universo per se agentibus.' f. 195.

Inc. 'Intelligendum est quod in universo tria sunt agencia per se, scil., Deus, natura et ars.'

12. [Ejusdem] brevis 'tractatus de potencia activa et passiva.' f. 196b.

Inc. 'Sciendum quod duplex est potencia.'

13. Ejusdem brevis tractatus de abstractis. f. 197.

Inc. 'Set dubium est quid hujusmodi abstracta humanitas.'
Ad calc. 'Explicit tractatus Burley de abstractis.'

78.

Chartaceus. In 4°. ff. 64. Saec. xv.

'Johannis Bochacii de Certaldo de mulieribus claris, ad Andream de Acciarolis de Florentia, Alteville comittisse (*sic*), liber.'

Ad calc. 'Scriptus per me fratrem Bartholomeum de Gardinis, de Bon[onia].'
Deest fol. unum inter ff. 1, 2.

79.

Membranaceus. In 4°. ff. 212. Saec. xiii. Folia quatuor in initio madore sunt corrupta. Inter codd. T. Allen, 'A. 81.'

De morbis et medicamentis multa et varia anonyma. Inter alia notanda sunt haec :—

1. Tractatus de urinis. f. 18.

Inc. 'De urinarum sciencia tractaturi, earum noticiam sub compendio concludamus.'

2. Tractatus alter de eisdem. f. 26^b.

Inc. 'Cum de urinis agere debemus, videndum est quid sit urina.'

3. Tractatus de pulsibus. f. 34.

Inc. 'Corporis humani machina licet ex variis componatur membris.'

4. De syrupis alterativis, constrictoriis et laxativis. f. 40.

Inc. 'Cum multipharia siruporum habeatur divisio.'

5. De medicinis conficiendis. f. 58^b.

Inc. 'Cum volueris conficere medicinam, prius considera species.'

6. (*Manu Italica.*) Practica de medicinis laxativis. f. 82.

Inc. 'Introducendis ad practicam, de medicinis laxativis quarum usus frequentior et magis necessarius occurrit, primum instituenda est doctrina.'

7. De morbis mulierum. f. 106.

Inc. 'Ut de cura mulierum nobis compendiosa fiat traditio, videndum est que calide, que frigide, fuerint mulieres.'

8. 'Introductoria quedam ad practicam sub quibusdam preceptis catholicis:' (*ita in prologo*). f. 119^b.

Inc. prol. 'Cogitanti mihi votum vestrum votum bonum.'
— sect. i. 'Cum ergo, O medice, ad egrotum vocaberis, adjutorium tuum sit in nomine Domini.'
— sect. ii. 'Cum ergo ad ejus domum accesseris, antequam ipsum adeas quere si conscienciam suam sacerdoti manifestaverit.'

9. Practica in quibusdam, experimento ab auctore probata. f. 130.

Inc. 'Cum opus quodlibet suo artifici habeat attestari, artifex ex opere gloriam consequitur vel incurrit infamiam ..... unde ego archimatheus vestre utililati insudans,' etc.

10. De ornatu mulierum. f. 142.

Inc. 'Stupha mulierum. Ut mulier planissima et suavissima videatur.'
Expl. (f. 144^b), '—et sic bene ornata ad virum accedat. Et hec de ornatu mulierum dicta sufficiant.'

11. De febribus acutis. f. 146.

Inc. 'Circa acutas (*sic*) acutissimas attencior sollicitudo videtur necessaria.'

12. Oratio pia pro remediorum bono successu. f. 175.

Inc. 'Deus qui mirabiliter creasti hominem et mirabilius reformasti.'

13. De duabus medicinae partibus, speculativa scil. et practica. f. 176.

Inc. 'Sicut irrevibrata utriusque luminis acie solem aquila intuetur, sic medicus utriusque partis medicine.'

14. 'In nomine Domini nostri Jesu Christi. Hic est liber preciosus, magnus atque secretus sigillorum Eethel, quem fecerunt filii Israel in deserto post exitum ab Egipto secundum motus et cursus siderum, et quia multi ad similitudinem hujus falso facti sunt, in hoc libello subnotavimus.' f. 178^b.

Inc. 'Incipit de sigillo facto sub Marcio. Si inveneris sigillum in lapide sculptum, scilicet virum sedentem super aratrum.'

15. 'Alexandrina experimenta, de libro' [Alexandri Tralliani ?] 'percompendiose extractata (*sic*) meliora.' ff. 180–192^b.

16. Tractatus de chirurgia. f. 194.

Inc. 'Quamquam de jure ac proprietate hujus vocabuli cyrurgia, tota practica sic posset merito nuncupari, tamen specialiter per incisionem et ignem.'
In fol. ult. est receptum *Anglice* scriptum pro medicamento 'Oile of Excetere' vocato.

80. [Hodie 'B. N. 5.']

Membranaceus partim, partim chartaceus. In 8vo. ff. 59. Saec. xv. Manu Italica exaratus.

1. Cicero de Senectute. f. 1.

2. Idem de Amicitia. f. 22^b.

3. Ejusdem Paradoxa. f. 46.

In primo folio depicta sunt (inter alia ornamenta) tria scuta, insignia gentilitia exhibentia. Et in tegmine libri sunt haec: 'Contuli hunc cod. cum ed. Gronovii in 4°. Tho. Hearne. Maii 9, 1709.'

81.

Chartaceus partim, partim membranaceus. In 4°. ff. 140. Variis manibus variis temporibus, a saec. xi. ad saec. xv., exaratus. Inter codd T. Allen, 'A. 97. 83;' 'A 158. 7;' '82' et '49.' Quoad artt. 1–6, olim 'liber W. Dussyng.'

1. (*Chart. et membr.*) [Johannis de Sacro Bosco] Tractatus de sphaera. f. 1.

Saepe impressus.

2. Compotus manualis. f. 8.

['Authore forte Thoma de Novomercato,' dicit Langbaine in Adversariis ejus, vol. xix. p. 105.]
Inc. 'Compotus iste dividitur in quinque partes.'
Ad calc. 'Explicit compotus manualis secundum usum Cantabregie, quod Joh. de Marisco.'

3. Thomae de Novo Mercato Commentum in carmen [Alexandri de Villa Dei] de algorismo. f. 11.

Inc. 'Cum omnium arcium inventores necnon earum inquisitores.'
Ad calc. 'Explicit commentum super tractatu Algorismi secundum M. Thomam de Novo Markato bonum et utile, quod Johannes de Marisco.'

4. Ejusdem Commentum super librum Dionysii Exigui (ut dicitur in prologo) metrice scriptum de compoto ecclesiastico. f. 35.

Inc. prol. 'Omnium philosophorum discretissimi intimique perpetue veritatis amici.'

Inc. carmen Dionysio ascriptum: 'Aureus in Jano numerus clavesque novantur.'

Ad calc. 'Explicit Comentum magistri Thome de Novo Mercato super compotum metricum sive ecclesiasticum, quod Johannes de Marisco.'

5. Arbor numeralis, sive de compoto carmen breve. **f. 63.**

Inc. 'Phalerata gravibus musa magistrorum,
Vacat immo levibus mens discipulorum.'
Postea haec: 'Quomodo cognoscitur arbor numeralis
Hec figura nomine multis volans alis.'
Expl. 'Finis huic operi sic ludendo detur,
Quod dum vacat pueris breviter legetur.'

6. Versus memoriales, forma abbreviata, super festa anni. **f. 65^b.**

Idem versus in Compoto manuali, *supra*, fol. 8, inveniuntur.

7. (*Membr.*) Tabula chronologica ab anno Dom. I usque ad 1256, additis pauculis historicis praesertim ad historiam Anglicam spectantibus, cum successione abbatum quorundam de Tavistock, episcoporum Exoniensium, etc. **f. 66.**

Excerptae sunt notitiae de abbatibus de Tavistock in notis Thomae Hearne ad Hist. Gul. Neubrig. vol. iii. pp. 709, 10, ubi autem sub annis 1114, 1133 pro *Oxon.* lege *Exon.*

Ad ff. 73^b–76^b inserta sunt capitula e libro Bedae de Temporibus, 'de sex etatibus mundi.'

8. 'Constituciones domini Johannis de Stratford, Cantuar. archiepiscopi, edite in ecclesia Sancti Pauli London., anno Domini M.CCC.XLVII.' **f. 89.**

Fragmentum ex codice quodam alio.

9. 'Sompniale Danielis prophete, quod fecit in diebus Nabegodeneser regis cum rogabatur a principibus civitatis et ab omnibus populis ut ei (*sic*) sompnia narraret.' **f. 99^b.**

Inc. 'Aves in sompnis capere, lucrum signat.
Angues vel edos habere, consolacionem signat.
Arma in sompnis portare honorem signat.'

Cf. cod. 86 *infra*, art. 11, ubi alia versio exstat forma multo pleniori.

10. (*Chartac.*) Alberti Magni Speculum astronomiae, sive de scientiis et libris licitis et illicitis. **f. 102.**

Ad calc. 'Explicit iste tractatus quem composuit Albertus frater predicator.'

Impress. inter *Opera* Alberti, Lugd. 1621, vol. v. p. 656.

Notat quidam, manu saec. xvii, 'Albertus non fuit author hujus libri, sed Philippus, cancellarius Parisiensis, ut ex vetustissimo exemplari manuscripto manifestum est.' Vid. cod. 228, *infra*.

Extractum est hoc exemplar ex quodam codice haec alia (ut ex tabula contentorum patet) olim continente:—

'Cosmographia Rogeri Bacon 21. Scaccarium morale 87. Mathematices vis et usus 67.'

11. (*Membr.*) Kalendarium, *Gallice*, cum figuris ad unumquemque mensem aptis, eleganter depictis, et regulis 'pour scavoir la Septuagesime, les brandons, la Pasque,' etc., 'pour scavoir laquelle planette de la journee regne,' 'pour scavoir et entendre la table des douzes sygnes' et 'le nombre dor.' **f. 118.**

12. (*Membr.*, *saec.* x. *aut potius* xi.) Tabulae et regulae variae paschales. **f. 133.**

Insunt etiam haec:—

i. 'Hymnus Bede presbiteri de circulo magno.' f. 134.

Impr. inter opera sua ut *Hymnus I, de ratione temporum.*

ii. 'Horologium metro editum per xii. mensium punctos.' f. 138.

Inc. 'Quos cursu solis jungant sua tempora menses.'

iii. Carmen de longitudine umbrae singulis mensibus, rubrica ita descriptum:—

'Horarum jam nunc texemus in ordine metas
Umani gnaris monstrat quas corporis umbra.' f. 139.

Inc. 'Linea que jam prima est pariterque Decembris.'

In f. 140. 'Christopher Watson, Dunelmensis, 1573, etat. 27.'

Notitia contentorum exstat inter Langbainii Adversaria, vol. xix. pp. 101–2, 247–250.

82.

Chartaceus. In 4°. ff. 71. Saec. xv. Inter codd. T. Allen, '5. A. 113.'

Miscellanea historica.

1. (*In fol. membr. adjectitio.*) Versus quidam vaticinales. **f. 1.**

Inc. i. 'Grex borealis dum nemoris densatus ad instar.'
ii. 'Bene canis latrabit leo cum volitabit.'

2. 'Thes ben̂ the names of the lordeshipis with the bages [*badges*] that perteynyth to the Duke of Yorke.' **f. 1^b.**

3. 'Tractatus iste compendiose extractus de diversorum historiagraphorum libris, annis Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo, regnique regis Edwardi quarti secundo, describit Angliam, occeani insularum famosissimam, quondam Britanniam majorem dictam . . . ubi primo dicitur de varia insule nuncupacione; . . . . . . quintodecimo, de incolarum linguis et legibus;' capitulis xv. **f. 2.**

Tractatus est abbreviatio capp. xl–lx. libri primi *Polychronici* Ranulphi Higden, unde tituli sectionum quindecim hausti sunt, additis, hic illic, versibus ex Alex. Nequam et Joh. de Alta Villa citatis, et in fol. 20 nota quod, ut quidam volunt, urbs Alcluid sit Burgham in com. Westmorland. Sequuntur in ff. 40^b–41 quaedam de Britonibus fame et peste vastatis, et sub rege eorum Calwaladro (*sic*) Armoricam petentibus, et cum ululatu magno haec cantantibus, 'Dedisti nos Deus tanquam oves escarum, et in gentibus dispersisti nos [*etc.*] . . . . propriam nacionem et terram deserimus catervatim. Redite ergo Romani, redite Scoti et Picti, redite Saxones! Ecce patet vobis: Britania ira Dei deserta,' *etc.*

Insunt haec metrica:—

i. Carmen (a quibusdam Gualteri Mapes dictum, et inter *Poemata* sua impressum) 'de Cambriae preconiis,' abbreviatum; e cap. xxxviii. lib. i. Polychron. ff. 10–12.

Inc. 'Tractare verum videar,
Statum terre exo[r]diar.'

ii. Versus de Cestria, e cap. xlviii. ejusdem libri. f. 22^b.

4. Descensus R. Edw. IV. a Woden; (*mutil.*) **f. 41^b.**

5. Descensus Cerdici primi regis West-Saxonum a Noe; (*mutil.*) **f. 42.**

6. Narratio de depositione Ric. II. et coronatione Hen. IV. etc., ad an. 1402; (*mutil.*) **ff. 42^b–46.**

Incip. 'Rex Henricus postquam exivit de castro de Cowey.'

Malo infortunio ff. 38–47, in quibus de tribus Anglorum linguis, de Britonibus, et de rege Ric. II., in inferiori parte mutila sunt.

7. Versus de regibus Angliae:—'Sic metrice tractatur de regulis ab Aluredo, primo fundatore universitatis Oxon. circiter anno (*sic*) Domini DCCCLXXIIII° usque Edwardum quartum.' **f. 46ᵇ.**

Inc. 'Aluredus rex Anglorum primusque monarcha,
Belliger invictus, in scripturis bene doctus.'
Expl. 'Edwardus quartus nobis regnans veneratur
Quem rogat hic textus quod prospera grata sequatur,
Hoc tum in fine verborum queso meorum
Prospere quod statuat regna futura Deus. Amen.'

8. Nota de imperatrice Matilda, cum epitaphio in regem Hen. II. **f. 48.** (*fol.* 49 *consutum.*)

Inc. epit. 'Omnis honoris honos decor et decus urbis et orbis.'

9. 'Sex cause quare universalis pax non habetur.' **f. 49ᵇ.**

10. Mirabilia Orientis. **f. 50.**

11. Monita de eligendis maritis et uxoribus. **f. 52ᵇ.**

12. Mirabilia Angliae. **f. 53.**

13. Successio regum Angliae ad Edw. IV. et notae de fundatione civitatum diversarum. **ff. 55ᵇ–7.**

14. Mirabilia Hiberniae. **f. 57ᵇ.**

15. Notae chronologicae de rebus Anglicis ab adventu Bruti usque ad an. 1381. **ff. 58ᵇ–62.**

16. 'Sanctorum loca.' **f. 62ᵇ.**

17. 'Descriptio corporis Christi.' **f. 63ᵇ.**

18. 'Pertinentia beate Marie;' scil., descriptio, miracula, indulgentiae quaedam. **ff. 64–5.**

19. 'Originalia doctorum;' notae ex Patribus de superbia; accedunt versus varii de luxuria. **ff. 65ᵇ–6ᵇ.**

ff. 66, 67 *sunt membranacea.*

20. Tituli capitulorum libb. i–iii. Institutionum Justiniani, et collationum vi. vii. Novellarum. **ff. 67–9.**

21. Versus 'contra illos qui ludunt taxillis.' **f. 69ᵇ.**

22. Versus de testibus in lite, et de illis quae matrimonium dissolvunt aut impediunt. **ff. 70ᵇ–71.**

23. 'Questio inter philosophum et rusticum.' **f. 71ᵇ.**

83.

Membranaceus. In 4°. ff. 76. Saec. xii. ineuntis. Bene exaratus. Possedit quidam Robertus Colshill; postea inter codd. T. Allen, '15. A. 200.'

Tractatus de coelo et mundo, de planetis et signis zodiaci, in libros quatuor distinctus, et multis figuris eleganter illustratus.

Tit. lib. i. 'Incipit opusculum de ratione spere, ex summorum disciplinis philosophorum cum labore et diligentia excerptum.
Quicumque mundane spere rationem et astrorum legem,' etc.

Lib. ii. (f. 11.) Inc. prol. 'Superiore in citato ipsius aplanes.'
Inc. lib. 'Constat terram nonam et ultimam speram esse.'
iii. (f. 21.) Inc. prol. 'Quoniam superiori volumine paulo altius.'
Inc. lib. 'Inter philosophos ipsius archani conscios.'
iv. (f. 42ᵇ.) Inc. prol. 'Rem utilissimam et liquido sensui corporeo.'
Inc. lib. 'De involutione spere. Duo igitur sunt extremi vertices mundi.'

Ad fol. 24 est 'Epistola Ethelwodi' [episc. Wintoniensis] 'ad Girbertum' [postea] 'papam,' de circuli quadratura.

Quaere, annon sit hoc opus idem ac 'Liber de planetis et mundi climatibus' quem composuisse Ethelwoldus dicitur?

Notitiam codicis habet Langbaine inter Adversaria ejus, vol. iv. pp. 671–2.

84.

Membranaceus. In 4°. ff. 165. Saec. xv. Inter codd. T. Allen, '71. A. 82.'

[Alberti Magni Liber de causis et processu universitatis.]

Inc. 'Difficultates que sunt circa tocius entis principia.'
Apud *Opera* Alberti, vol. v. p. 528.

85.

Chartaceus. In 4°. ff. 193. Saec. xv. ineuntis.

1. Raymundi [Lullii] Ars generalis; in quatuor partes distincta. **f. 5.**

Inc. 'Racio que est ponitur ista tabula esse generalis, consistit in hoc quod de generalibus principiis, regulis et questionibus consistit.'

Non consentit textus noster cum tractatu, sive minori sive majori, inter *Opera* Lullii (8°. Argent. 1598) impresso.

2. 'Lectura ad declarandum Artem generalem;' sive commentarius. **f. 42.**

Inc. 'Lectura [etc.]—cujus subjectum est artificium generale ad solvendum questionem. Et dividitur ista lectura in tredecim partes. Prima pars est de subjecto artis.'

Ad calc. 'Expliciunt questiones generales in arte predicta ed soluciones earundem.'

3. 'Liber Raymundi de medicina et astronomia.' **f. 131.**

In Antonii *Bibl. Hisp. Vet.* vol. ii. p. 129 titulus habetur, 'Liber de regionibus infirmitatis et sanitatis.'
Inc. 'Quoniam scientia medicine est multum difficilis.'
Ad calc. 'Explicit Medicina Raymundi in Monte Pessulano anno Christi 1403' (*sic; rectius* 1303).

4. 'Questio de medicina;' *imperf. ad fin.* **f. 148.**

Inc. 'Quid est medicina?'

5. 'Arbor principiorum medicine.' **f. 151ᵇ** (*in membr.*).

6. 'Speculum medicine;' in decem distinctiones divisum. **f. 152.**

Tit. in Antonii *Bibl.*, ut supra; 'Ars de principiis et gradibus medicinae.'
Inc. 'Quoniam omnis ars habet sua principia.'

7. Tractatus de elementis quatuor, cum figura; *imperf. ad fin.* **f. 187.**

Inc. 'Elementalis enim figura quatuor in partes sejungitur.'

8. Cantilena. f. 189.

Inc. 'Amor nos facit hoc rimari.'
Expl. '—sicut nos volumus breviter liberare philosoficaliter. Explicit Cantilene Raymondi.'
Sequitur in fol. 189b init. commentarii in Cantilenam.
Folia 1-4, 190-193, membranacea saec. xiii. continent partem tract. Raymundi de Pennaforti de poenitentia et matrimonio (sc. lib. iv. *Summae* ejus), usque ad cap. 'de impedimento legationis.' Hoc ordine stare debent folia: 190-1, 1-4, 193-4.

86.

Membranaceus. In 4°. Saec. xiii. exeuntis. ff. 207. Partim binis columnis. Inter codd. T. Allen, 'A. 100.'

Anglo-Normannica et Anglica varia, prosaica atque poetica.

1. 'Distinctio peccatorum;' de septem peccatis mortalibus; *Gall.* f. 1.
2. 'Les x. comaundemens;' *Gall.* f. 5.
3. De septem sacramentis; *Gall.* f. 6b.
4. 'Ici comence le livre Ypocras ke il envead a Cesar lemperour;' precepta medica. f. 8b.

Inc. 'Chescun houme verayment et beste et oisel.'
Fol. 16 continet recepta *Angl.* et *Gall.*, manu saec. xv.

5. 'Ci comence la lettre ke prestre Johan envea a la pape de Roume.' f. 21.

Inc. 'Prestre Johans par la grace deu disum roys entre les rois crestiens maunde, saluz et amiste et fraternite al empereur de Roume.'
Expl. 'Et cil vous gard et sauve ke meint en haut. Ici finist le petit liveret qui est apele Prestre Johans.'
Cf. cod. 158 *infra*, art. 1.

6. Oratio S. Francisci. f. 26b.

'Qui chescun jour les dirra, jammes desconfes ne murra, ne in mortel peoche,' etc.

7. 'Quinque gaudia Marie;' *Gall.* f. 27.
8. Orationes ad Deum et ad S. Mariam; *Gall.* et *Lat.* ff. 27b, 28, 48b.
9. Invocationes sive carmina; (*Anglice*, 'charms'); 'pur saunc estauncher:' 'pur enpledement; si un houme seit apleide in la court le rey,' etc.; septem contra febres; 'pur houme ki avera wen;' pro 'femina que parere non potest;' contra dolorem dentium; contra phantasmata; contra morbum caducum; 'ad abendum requisissionem rectam' [i. e. ad obtinendum quid prece petitum sit]; ut apes abundarent; contra malos spiritus, etc.; partim *Lat.* ff. 28-34, 48, 64.
10. Prognosticatio ex vento in nocte Natalis Domini. *Lat.* f. 32.
11. Danielis prophetae regulae ad somnia interpretanda, ad rogatum principum civitatis Babiloniae scriptis traditae; *Lat.* f. 34b.

Inc. 'Arma in somnis portare securitatem significat.'
In oris superioribus ff. 39b-40 sunt haec: 'In nomine Dei Amen. Ego Robertus filius Roberti de Penedok condo testamentum meum in hunc modum. Primitus lego animam meam Deo, corpus meum ad sepeliendum in simterio de Ridmarleye' [in com. Wigorn.] 'Item lego pullum meum Willelmo de Midhulle.'

12. 'Les singnes del jour de Nouel;' scil. prognosticationes e diebus in quos Natalis Domini acciderit; *Gall.* f. 40.
13. 'Le soungnarie Daniel le prophete, si est apele Lunarie;' prognosticationes e luna in quolibet die mensis; *Gall.* f. 41.
14. 'Experimenta bona et optima;' 'ut appareat aliquibus quod flumen sit in domibus;' 'gluten mirabile ad deaurandum;' 'ut aqua videatur vinum bibentibus;' aliaque ejusdem generis; *Lat.* ff. 34, 46-48.
15. 'Quindecim singna quindecim dierum ante diem judicii;' *Lat.* f. 48.
16. 'Le medicinal des oiseus.' f. 49.
17. 'Les xv. Saumes;' *Lat.* f. 62b.
18. 'Les vii. Saumes;' *Lat.* f. 65.
19. Hymnus 'Veni Creator;' *Gallice.* f. 67b.
20. 'Les dolerous jours del an.' ff. 68, 168b.

Tria scuta heraldica, divisa in quatuor partes albas et rubras, in margine depicta sunt.

21. Kalendarium. f. 68b.

Inter alia festa, dies SS. Wolstani, Oswaldi archiep., Dunstani, Botulfi, Transl. S. Benedicti, Oswaldi reg., S. Mich. in Monte Tumba, Eadmundi archiep., Eadmundi reg., et Egwini episc., rubris literis notantur. In mense Julii sunt haec manibus secunda et tertia: 11. 'Obitus Amiscie uxoris Symonis Gudhull;' 18. 'Obitus Alexandri de Grimehulle;' 23. 'Obitus Symonis Gudhulle.' In die 23 Dec., 'Terremotus secundus generalis per Angliam anno gracie M°.CC°.XL°.VIII°.'

22. 'Ci comence le romaunz peres Aunfour coment il aprist e chaustia sun cher fiz Belement.' f. 74b.

Inc. 'Le pere sun fiz chastioyt
Sens e sauoir lui apernoyt.'
Exstat impr. Laus. 1760, et apud *Fabliaux et Contes*, a Méon, Par. 1808, vol. ii. p. 39. Cf. *Descriptio cod. MS. Digby* 86 per E. Stengel, 8°. Halis, 1871, p. 11, ubi initium et finem nostri poematis exhibet auctor eruditus.
Ad ff. 79, 80 in marginibus depicta sunt capita viri et feminae; et hic illic alia ejusmodi frivola aut ludicra occurrunt.

23. 'Ci comence le romaunz de enfer, le sounge Rauf de Hodenge de la voie denfer.' f. 97b.

Inc. 'En sounge deit fables auoir
Si sounge poet deuenir uoir.'
Impr. apud *Mystères inédits* a Jubinal, Par. 1837, vol. ii. p. 384. Excerpta quaedam apud Stengel, *u. s.*, pp. 18-22.

24. 'De vn vallet qui soutint dames e dammaiseles.' f. 102b.

Inc. 'A dames e as dammaiseles,
Veuues, espouses e puceles.'
Impr. a Stengel, *ubi supra*, pp. 22-26.

25. 'De Roume e de Gerusalem:' 'poema satiricum contra papam ejusque legatum Pelagium de oppido Damiettae Christianis erepto, A.D. 1221.' (Stengel, p. 27). f. 103b.

Inc. 'Roume e Jerusalem se pleint
De coueitise ki vous veint.'
Impr. *ibid.* pp. 106-118.

26. 'Le lai du corn.' f. 105.

Inc. 'De vue auenture qui auint
A la court al bon rei qui tint.'
Edidit ex hoc codice Fr. Michel in append. libri, *Über die Lais, etc., von F. Wolf*, Heidelb. 1841, p. 327. Cf. Stengel, p. 28.

27. 'Le fablel del gelous.' f. 109b.

Inc. 'Deu ne fist ounkes gelous nestre
Ne deu ne set ren de sun estre.'
Impr. a Stengel, *u. s.* pp. 28-30.

28. 'De vn pecheur ki se repenti.' **f. 110.**

Inc. 'Jeo ay vn quer mout let
Qui souent mesfet.'
Impr. *ibid.* pp. 30–35.

29. 'Ci comence la beitournee,' [per quendam Ricardum]; *imperf.* **f. 111.**

Inc. 'Estraungement
Par est mun quer dolent.'
Impr. *ibid.* pp. 118–125. Cf. *The Romance of Octavian*, per J. J. Conybeare, Oxf. 1809, p. 60.
Deest fol. unicum inter ff. 112, 113.

30. [Les quatre souhes St. Martin, *sive*, Le dit des femmes]; *init. manc.* **f. 113.**

Impr. a Méon, *Fabliaux*, Par. 1808, vol. iv. p. 386; a Jubinal, *Contes*, 1870, vol. ii. p. 334; et e nostro codice a Stengel, *u. s.* pp. 36–40.

31. 'La vie de vn vallet amerous.' **f. 114.**

Inc. 'Jolifte
Me fest aler ad pe.'
Impr. a Stengel, pp. 40–49. Cf. Conybeare, *ut supra*, p. 60.

32. 'Des iiii. files Deu:' [excerptum e poemate Rob. Grosseteste, *Chateau d'amour*]. **f. 116ᵇ.**

Inc. 'Vn rois estoit de grant pouer,
De bon valour, de grant sauer.'
Impr. a F. Michel, *Liber Psalmorum*, Oxon. 1860, p. xxii; et in editione operis Grosseteste per Societatem Caxtonianam anno 1852 vulgata. Cf. Stengel, pp. 49–52.

33. Hymnus ad B. Mariam Virg. **f. 118ᵇ.**

Inc. 'Maria stella maris,
Medicina salutaris.'

34. 'How Ihū Crist herowede helle Of hardegates ich wille telle;' poema Anglicum. **f. 119.**

Impr. a J. P. Collier, anno 1836, et a J. O. Halliwell, anno 1840, et, una cum *Owain Miles*, etc., Edinb. 1837. Prologus exstat apud opus cui tit. *Reliquiae Antiquae*, 1841, vol. i. p. 253.

35. 'Les xv. singnes de domesdai;' *Anglice; imperf.* **f. 120ᵇ.**

Inc. 'Fiftene toknen ich tellen may
Of xv dayes er domesdai.'
Impr. a Stengel, pp. 53–57. Fol. 120 mutilum est.

36. 'Ci comence la vie seint Eustace qui out noun Placidas;' *Anglice.* **f. 122ᵇ.**

Inc. 'Alle þat louieþ Godes lore
Olde and ȝonge, lasse and more.'
Init. et finis impr. *ibid.* pp. 57–59.

37. 'Les diz de seint Bernard comencent ici tresbeaus;' *Anglice.* **f. 125ᵇ.**

Inc. 'Þe blessinge of heuene king
And of his moder þat swete þing.'

38. 'Ubi sount qui ante nos fuerount;' *Anglice.* **f. 126ᵇ.**

Inc. 'Uuere beþ þey biforen vs weren
Houndes ladden and hauekes beren.'

39. 'Chauncoun de noustre dame;' *Anglice.* **f. 127.**

Inc. 'Stond wel moder ounder rode,
Bihold þi child wiþ glade mode.'

40. 'Her beginneþ þe sawe of seint Bede prest.' **f. 127ᵇ.**

Inc. 'Holi gost þi miȝtte
Ous wisse and rede and diȝte.'

41. 'Coment le sauter noustre dame fu primes cuntroue;' *Anglice; imperf.* **f. 130.**

Inc. 'Leuedi swete and milde
For loue of þine childe.'

42. 'Les ounsse peines de enfer;' *Anglice*, praemisso prologo brevi *Gall.*; [per Hugonem quendam]. **f. 132.**

Inc. 'Oiez seynours vne demaunde
Qui le deble fist estraunge.'
Impr. in notis ad *The Romance of Octavian*, by J. J. Conybeare, Oxf. 1809, pp. 55–8; et initium et finis impr. a Stengel, *ut supra*, pp. 61–63.

43. 'Le regret de Maximian;' *Anglice.* **f. 134ᵇ.**

Inc. 'Herkneþ to mi ron
As hit on telleth con.'
Initium et finis apud Stengel, *u. s.*, pp. 63–4. Alia versio, e MS. Harl. 2253, impr. in libro, *Reliquiae Antiquae*, 1841, vol. i. pp. 119–125.

44. 'Ci comence le cuntent par entre le mauuis e la russinole;' *Anglice.* **f. 136ᵇ.**

Inc. 'Somer is comen wiþ loue to toune,
Wiþ blostme and wiþ brides roune.'
Reliquiae Antiquae, vol. i. pp. 241–5. Cf. Stengel, *u. s.*, p. 64.

45. 'Of þe vox and of þe wolf.' **f. 138.**

Inc. 'A vox gon out of þe wode go
Afingret so þat him wes wo.'
Reliquiae Antiquae, vol. ii. pp. 272–278; et alibi. Cf. Stengel, p. 64.

46. 'Hending þe hende;' [sive Proverbia Hendingi, filii Marcolphi]. **f. 140ᵇ.**

Inc. 'Jhū Crist al þis worldes red
Þat for oure sunnes wolde be ded.'
E cod. Harl. 2253 in lib. *Reliquiae Antiquae*, vol. i. pp. 109–116 (v. etiam initium codicis nostri, *ibid.* p. 256); et alibi. Cf. Stengel, p. 65.

47. 'Les proverbes del Vilain.' **f. 143.**

Inc. 'Ici ad del vilain
Meint proverbe certein.'
Impr. a F. Michel in append. ii. libri *Proverbes Franç. par Le Roux de Lincy*, Par. 1859, vol. ii. p. 459. Cf. Stengel, p. 65.

48. 'Les miracles de seint Nicholas,' per Rob. Wace, et ex Latino in linguam Anglo-Norm. per Osbertum filium Thioldi transl.; ('De Latin in romaunz estreit, A Osberd le fiz Thiout'). **f. 150.**

Inc. 'A ceus kinount lettres aprises
Ne lor ententes niount mises.'
Edidit e nostro cod. N. Delius, Bonn. 1850. Cf. Stengel, pp. 66–7.

49. 'Oracio ad sanctam Mariam.' **f. 161.**

Inc. 'Salve virgo virginum
Que genuisti filium.'

50. 'Quinque gaudia saunte Marie.' **f. 161.**

Inc. 'Gaude mundi gaudium
Maria laus virginum.' f. 161ᵇ.

51. 'Oracio ad sauntam Mariam.' **f. 162.**

Inc. 'Regina clementie Maria vocata
Diversis antiquitus modis nominata.'

52. 'Ragemon le bon.' *ibid.*

Inc. 'Deu vous dorra grant honour
E grant ioie et grant uigour.'
Edidit Th. Wright e cod. nostro, *Anecdota Literaria*, Lond. 1844, p. 76. Cf. Stengel, p. 67.

53. 'Chauncun del secle;' *Anglice.* **f. 163ᵇ.**

Inc. 'Uuorldes blisse ne last non prowe,
Hit wint and went awei anon.'

Impr. e cod. nostro, cum notis, in opere cui tit. *The Classical Museum*, Lond. 1849, vol. vi. pp. 466–470; et apud *Anecdota Literaria*, per T. Wright, p. 90.

54. 'Hic demonstrat veritatem seculi isti' (*sic*). **f. 164ᵇ.**

Inc. 'Fides hodie sopitur,
Vigilatque pravitas.'

Wright, *ibid.* p. 92.

55. 'Ci comence le fablel e la cointise de dame Siriz;' *Anglice.* **f. 165.**

Inc. 'As I com bi an waie
Hof on ich herde saie.'

Ibid. p. 2; et alibi. Cf. Stengel, p. 68.

56. 'Les nouns de vn leure en Engleis.' **f. 168.**

Inc. 'Þe mon þat þe hare I met
Ne shal him neuere be þe bet.'

Ex hoc cod., *Reliquiae Antiquae*, vol. i. pp. 133–4.

57. 'Ci comence la vie nostre dame;' per sacerdotem quendam nomine Hermannum. **f. 169.**

Inc. 'Seingnours ore escontez ke Deus vous beneie,
Sur sa mort dolerouse ki nous dona la uie.'

Cf. Stengel, p. 69.

58. 'Ci comence le doctrinal de enseingnemens de curteisie.' **f. 177.**

Inc. 'Si il estoit vns fraunces houme ki me vousit entendre,
Cheualers, clers, e lais, ben I purreit aprendre.'

Edidit A. Jubinal, *Nouveau Recueil des Contes*, vol. ii. p. 150. Initium et finem nostri codicis dat Stengel, pp. 69–72.

59. 'Ci comence le romaunz de temtatioun de secle;' [per Guichard de Beaulieu]. **f. 182ᵇ.**

Inc. 'Entendez ca vers moi les petiz e les graunz
Vn deduit vous dirai beus ert e auenaunz.'

Pars est carminis quod integrum edidit A. Jubinal, Par. 1834. Textum nostrum exhibet Stengel, pp. 72–80.

60. 'Ci comencent les aues noustre dame.' **f. 186ᵇ.**

Inc. 'Aue seinte Marie mere al creatour
Reine des aungles, pleine de doucour.'

Initium et finis apud Stengel, pp. 80–1.

61. [Les cinq joies de nôtre dame.] **f. 188ᵇ.**

Inc. 'Dame pur Icele ioie merci vous requer,
Ke Gabriel li aungle vous vint nouncier.'

Init. et finis, *ibid.* p. 81.

62. [Oratio ad 'Gloriosam Reginam' Mariam, in qua etiam Litania Sanctorum; *Gall.*] **f. 188ᵇ.**

Inc. 'Gloriousse reine heiez de moi merci
Pur la amour toen cher fiz doucement te pri.'

Init. et finis, *ibid.* pp. 81–2.

63. 'De ii. cheualers torz ke plederent a Roume.' **f. 190.**

Inc. 'Il auint ia ke en Flaundres out vn cheualer tort
Qui ama vne dame de ceo nout il pas tort.'

Impr. a Méon, *Contes*, etc. vol. iii. p. 476; et e codice nostro a Stengel, pp. 82–3.

64. 'Bone preere a nostre seingnour Jhū Crist.' **f. 191.**

Inc. 'Douce sire Jhū Crist ke vostre seint pleisir
De femme deingnastes neitre e houme deuenir.'

Initium et finis, Stengel, pp. 83–4.

65. 'Ci comence lestrif de ii. dames;' [scil. Aubreiae de Basincbourne et Idae de Beauchamp.] **f. 192ᵇ.**

Inc. 'Iuer le periceus ki touz iours frit e tremble
E ke lez le fu despent quant ke autre tens assemble.'

Edidit A. Jubinal, *Nouveau Recueil des Contes*, vol. ii. pp. 73–82: iterum ex hoc codice Stengel, pp. 84–93.

66. 'Hic incipit carmen inter corpus et animam;' *Anglice.* **f. 195ᵇ.**

Inc. 'Hon an þester stude I stod an luitel strif to here
Hof an bodi þat was oungod þer hit lai on þe bere.'

Impr. a Th. Wright inter *Poems attributed to Walter Mapes*, 1841, pp. 346–9 (v. etiam p. 323, *not.*); et e nostro codice a Stengel, pp. 93–101.

67. 'Ci comence la manere quele amour est pur assaier;' *Anglice.* **f. 200.**

Inc. 'Loue is sofft, loue is swet, loue is goed sware,
Loue is muche tene, loue is muchel kare.'

In notis per J. J. Conybeare super *The Romance of Octavian*, Oxf. 1809, pp. 58–9; et apud *Anecdota Literaria* per Th. Wright, p. 96. Cf. Stengel, p. 102.

68. 'Chauncoun de noustre Seingnour.' **f. 200ᵇ.**

Inc. 'Counard est ki amer ne ose vilein ki ne veut amer.'

Impr. a Stengel, pp. 128–9.

69. 'Oracio ad Deum' [Edmundi Riche, archiep. Cantuar.]; *Gall.* **f. 200ᵇ.**

Inc. 'Beaus Sire Jhū Crist eiez merci de mai,
Qui de cel en tere veneites pur mai.'

70. Versus octo de iv. temperamentis hominis. **f. 201.**

71. Versus:—

'*Welcome ki ke bringe; ki ne bringe, farewel.*
Intus: Quis tu? quis ego sum. Quid queris? ut intrem.
Fers aliquid? non: Esto foras. Fero quid: satis, intra.'

Cf. Stengel, p. 102.

72. 'Hic sunt distincta mala feminarum.' *ibid.*

Inc. 'Femina res ficta, res subdola, res maledicta.'

Impr. a Stengel, pp. 102–3.

73. Novem versus morales, intitulati 'Widete istos versus et intendite quia vera sunt.' *ibid.*

Inc. 'Vita quid est hominis nisi res vallata ruinis.'

74. 'Hic sunt versus [novem] quos diabolus fecit pro puero.' **f. 201ᵇ.**

Inc. 'Nexus ovem binam per spinam duxit equinam.'
Expl. 'Cum fueris Rome Romano vivite more,
Cum fueris alibi vivite more loci.'

75. 'Hic sunt virtutes scabiose distincte;' versus sex. *ibid.*

Inc. 'Fert scabiosa pilos verbena non habet illos.'

Sequitur preceptum medicinale ad praeparandum potum pro infirmitate pectoris ex herba scabiosa sive *matefeloun.*

Deest folium unum.

76. Orationes devotae: 1. Confessiones duae ad Deum; 2. Oratio ad Spiritum Sanctum; 3. In laudem B. Virginis, *imperf.*; 4. Ad SS. Trinitatem; 5. Ad Deum Patrem; 6. Ad Dominum Jesum Christum. **ff. 202–205.**

77. 'Hic sunt nomina regum Anglie,' a rege Hyne ad Edw. I. **f. 205ᵇ.**

78. Commendatio animae in manus Domini; *Anglice.* **f. 206.**

'In þine honden Louerd mine
Ich biteche soule mine.
Soþfast goed bidde I þe
þat mine sunen forzef þou me.'

79. 'Oreisun de nostre dame.' ff. 206–7.
Inc. 'Prescïouse dame seinte Marie
Deu espouse e amie.'
Initium et finis, Stengel, p. 104.
Dimidium folii 207, olim assutum, hodie deficit.

80. 'Vide bonam oracionem dicendam ad levacionem sacramenti:' versus sex. f. 207.
Inc. 'Aue caro Christi cara
Inmolata crucis ara.'
Impr. a Stengel, p. 104.
In ora inferiori, 'Merita visionis corporis Christi.'

81. (*In fol. ult.*) Initium tractatuli cujusdam de amicitia; *Gall.* f. 207^{b}.
Propter sordes difficile lectu. Impr. a Stengel. pp. 104–5.
In ora inferiori fol. 206^{b} sunt haec, literis rubris scripta, cum figuris capitis et manus humani, 'Scripsi librum in anno et iii. mensibus.'

87.

Membranaceus. In 4°. Saec. xiv. exeuntis. ff. 134. In fol. 134^{b}, 'Iste liber pertinet W. Worthyngton, anno Domini millesimo cccc.lxxxviii, v° die mensis Februarii. Joh. Ho. mutuat'.' In fol. 134^{a}, 'Liber iste attinet Oswoldo Rydlye.'

[Richard Rolle of Hampole's Prick of Conscience, or] Key of knowing.
Beg. 'The myth of þe fader almythti,
þe wisdam of þe sone alwitti.'
At the end: 'Here endit þe tretis þat is þe kye of knowyng.'

88.

Membranaceus. In 4°. Saec. xv. [vid. f. 80]. ff. 98. Inter codd. T. Allen, '9. A. 89.'

1. Notae theologicae multae ac variae; *e.g.* de vii. sacramentis; de creatione Adae; de celebratione missae; de peccatis mortalibus, articulis fidei, et confessione. ff. 1–3, 7–12, 24^{b}.
2. 'Carmen' pro muliere in partu laborante. ff. 3^{b}, 79^{b}.
3. Adriani cujusdam problemata quaedam. f. 4.
Inc. 'Adrianus itaque legit, et ait, Quedam problemata, ecce, propono, quorum primum, Quid sit mundus? Iste sanctus autem scripsit, mundus est continentia celi et terre et omnium que in eis sunt.'
4. 'Dyuers tokyns of weþer,' partly from 'Edras the profute.' ff. 12^{b}, 25.
5. Quid in unoquoque mense bibendum et comedendum sit. f. 14.
6. Sphaera Apuleii Platonici de vita et de morte. f. 15.
7. What is a natural day. f. 15^{b}.
8. Of the seven planets; their complexions, significations, dignities, terms, aspects. ff. 16–23, 26^{b}.
9. Tabula qua cognoscatur an vir aut mulier primo moriatur. f. 24.
10. Octo causae quare Maria fuit viro desponsata. f. 27.
11. Symbolical lessons of the sacramental bread. f. 27^{b}.
12. Of the differences in the manner of administration of the Sacrament in the Greek Church 'fro our faythe of Engeland;' of mountains in Greece, and places in the Holy Land. f. 28.
13. Verses on the four temperaments of the human body. f. 29.
Beg. '*Sanguineus.* In gyftys large and in love hathe grete delyte.'
14. 'The dominacions of the xii. signes.' f. 29^{b}.
15. Regulae pro venaesectione, cum figura. f. 30.
16. De complexionibus signorum. ff. 32, 41^{b}.
17. Of the eleven heavens, the twelve signs, and the four elements. f. 34.
18. De tonitruis. f. 37^{b}.
19. De die Dominica et injunctione Innocentii papae super observatione ejus. f. 39^{b}.
20. Prognosticatio ex visione solis in die Natalis Domini et in decem diebus subsequentibus. f. 40.
21. Signa pro itinere ex aspectu lunae. f. 40^{b}.
22. 'For metyng of tymbre;' a table of measure; with tables of weight, and the measurement of a mile. ff. 42^{b}, 43.
23. Quomodo mulierum temperamenta e facie cognoscenda sunt. ff. 43^{b}, 46.
Super figuram capitis foeminei sunt verba, 'Ma dame Procula uxor Pilati.'
24. Palmestria; scil., figurae quinque manuum, cum lineis et signis fortunae; partim *Angl.*, partim *Lat.* ff. 44, 45, 46^{b}.
25. Dies critici in morbis. f. 47.
26. De nativitatibus sub unoquoque signo. ff. 48–61.
27. Rules for land-measuring. f. 61^{b}.
28. Verses on the days of the moon. f. 62.
Beg. 'God made Adam the fyrst day of þe moone,
And the secunde day Eve, good dedis to doone.'
29. 'An extracte of freer John Somerys kalender, of ille days in the yere.' f. 62^{b}.
30. 'Sanguinem minuere;' tabula dierum mensis cum signis symbolicis; cui subsequitur, in folio verso, tabula curiose depicta de nativitatibus in unoquoque die. f. 63.
31. Prognostications for nativities and for all business on each day of the month; a poem. f. 64.
Beg. prol. 'God that all thys worlde hath wroughte
And all mankynde wiþ hys blod boughte.'
— text, 'The fyrste day of the moone Adam
Oure forme fader to this world came.'
End. 'That day also ys tyme gude
Yff you wilte blede veyne blode.
Explicit, etc.'
A similar poem is in Ashmole MS. 189, f. 213^{b}.

32. A supplementary poem of prognostications for Christmas Day. f. 75.

Beg. 'Now hathe ye harde both olde and yonge
Discrivede many a dyvers thynge.'
End. 'What womane that day of childe travaile
They shall bothe be in grete peraile. Amen.
Explicit, etc.'

33. 'Howe all ye yere ys rewlyde by the day that Cristemas day fallythe on;' ff. 77, 79.

Unfinished; but followed by a complete prognostication in Latin for all the days of the week.

34. Three perilous days in the year. f. 77.

35. Tabulae quatuor [kalendares?]; ff. 77^{b}, 78, 81.

36. Experimenta varia; *Lat.* et *Angl.* ff. 77^{b}, 78, 80.

37. Prognostication for 'a man that has fortune of the wedder.' f. 78^{b}.

38. Years and eras from the creation; written in red and green ink. f. 80.

'Fro the byrthe of Crist xiiii^{c} xvii zere.'

39. Regulae pro festo Paschae, pro quatuor temporibus, et pro bisexto. ff. 80^{b}, 82^{b}.

40. Tabula pro festis mobilibus. f. 82.

41. Tempora in quibus matrimonium celebrare prohibitum sit. f. 83.

42. Tabula circularis de aetate viri. f. 83^{b}.

43. Distichon de usu campanarum. *ibid.*

44. Versus memoriales 'S. Bedae' dicti, ad cognoscendum singulis annis terminum Paschae etc., cum litteris dominicalibus et aureis numeris interlinearibus, et regula de usu. ff. 84–88.

Inc. 'Grande bonum tribus cujus formam placat aurum.
Non impressi exstant versus inter Opera Bedae.'

45. Note 'for plowyng of lande,' that one plough may 'stere and tele' eight or nine score acres in the year. f. 88^{b}.

46. On the twelve signs; with prognostications in verse on nativities under each. f. 89.

47. Versus de diebus malis in anno. f. 91.

48. Excerptum e cap. 19 libri Marbodi 'de lapidibus,' de magnete adulteram manifestante. f. 91^{b}.

49. 'De Antichristo et ejus signo et conversacione.' f. 92.

50. 'De quindecim signis ante diem judicii;' versibus leoninis. f. 93^{b}.

Inc. 'Antequem judicii dies metuenda.'

51. 'De adventu Christi in nube;' versibus leoninis. f. 95.

Inc. 'Postea incipiet mundus rutilare.'

52. 'Nota de ix. paribus' sive heroibus mundi, ab Josua ad Godefridum de Bolyne. f. 96.

53. Nota:—'Quinto kal. Sept., lit. domin. B., A.D. 1457, a. r. r. Henr. sexti xxxv, Petrus Brasille, senescallus Francie, et Robertus Floket, armiger, cum aliis, villam Sandwici insultarunt in aurora, et eadem villa (*sic*) quasi per spacium duodecim horarum in sua custodia servaverunt.' f. 96^{b}.

54. Tabula numeralium ad novies centum mille millia. f. 97.

55. Twelve lines of English verse on the twelve months of the year and their distinctive occupations, with representations of their symbols and of farming implements; followed by nine Latin lines on the same. ff. 97^{b}, 98.

Beg. '*Jan.* By thys fyre I warme my handys.'

56. Tabula ad numerandos nummos per annum, a quadrante per diem ad tres denarios. f. 98.

57. Versus quatuor super quatuor anni tempora. f. 98^{b}.

58. Versus 'quomodo numerus aureus debet ordinari in kalendario.' *ibid.*

89.

Membranaceus. In 8vo. ff. 56. Saec. xiv. 'Liber magistri Thome Lyseux, Decani Sancti Pauli,' [Lond., 1442–1456]. Inter codd. T. Allen, 58.

Commentarius in Prophetias [Johannis de Bridlington] de rebus in Anglia gestis, et per Anglos cum Scotis et Francis, ab anno 1307 ad 1376, carmine scriptas, et in distinctiones tres partitas.

Commentarii hujus in opus anonymum auctor anonymus dicit se nomen suum propter triplicem causam 'ponere aperte' non audere, sed tamen 'sub salutationis stilo' (in qua salutatione opus 'Humfredo de Bowne, Comiti Herford., Essex. et North., Constabulario Angliae, et domino de Breknok' inscribit) occulte expressisse. Res usque annum 1361 gestas exponit; inde ad 1376 eventuras praedicere videtur. In titulo, manu saeculi xvi. ad initium praefixo, commentarium habere Johannem Erghome in auctorem asseritur; illum autem circa 1490 vixisse aiunt Baleus, Pitseus, atque alii.

Inc. prol. 'Venerabili domino et mira magnitudine extollendo, temporali predito potestate.'
Inc. proph. 'Febribus infectus, requies fuerat mihi lectus.'
Prophetiarum exemplar alterum in cod. 186, *infra*, existit.
Impress. inter 'Political Poems and Songs relating to English History, edited by T. Wright,' 8°. Lond. 1859, vol. i. pp. 123–215.

90.

Membranaceus. In 4°. ff. 63. Saec. xiv. 'Fratri Johanni Teuksbury constat.' Inter codd. T. Allen, 14.

[Simonis de Tunstede?] Quatuor principalia musicae.

Praemissa est tabula alphabetica contentorum.
Incip. prol. 'Quemadmodum inter triticum et zizannia.'
Incip. opus. 'Quoniam circa musicam, Deo auxiliante.'

Exemplar alterum, manu seculi sequentis transcriptum, in Bodl. MS. 515 invenias. Cf. Burney, *Hist. of Music*, vol. ii. p. 395. Quidam (inter quos T. Tanner) tractatum Johanni Hambois attribuunt; alii Johanni de Teukesbury qui non nisi possessor libri fuit, et de quo nota, in fol. 6[b] inscripta, ita testatur: 'Ad informacionem scire volentibus principia artis musice, istum libellum qui vocatur Quatuor principalia musice, Frater Johannes de Teukesbury contulit communitati Fratrum Minorum Oxonie, auctoritate et assensu Fratris Thome de Kyngusbury, Magistri Ministri Anglie, viz. anno Domini 1388. Ita quod non alienetur a praedicta communitate fratrum, sub pena sacrilegii.' Ad calcem autem operis haec subscripta sunt, quae alium quendam quam S. de Tunstede auctorem fuisse indicant:—'Cujus operis finis primo erat pridie Nonas Augusti, anno Domini M.CCC. quinquagesimo primo. Illo autem anno regens erat inter Minores Oxon. Frater Symon de Tunstude, doctor sacre theologie, qui in musica pollebat et etiam in septem liberalibus artibus. Explicit tractatus qui Quatuor principalia vocatur, quem edidit Oxon. quidam frater Minor de custodia Brustoll., qui nomen suum propter aliquorum dedignacionem hic non inserebat.' Exstat impr. sub nomine Simonis de Tunstede in *Auctt. de Musica medii Ævi Nova Series*, per E. de Coussemaker, vol. iv. pp. 200–298, 4°. Par. 1876.

91.

Chartaceus. In 4°. Saec. xvi. ff. 127. Ex codd. T. Allen.

1. Rogeri Bacon Perspectiva; [sive pars quinta Operis Majoris]. **f. 1.**

Impr. pp. 256–357 edit. *Operis Maj.* per S. Jebb, fol. Lond. 1733.

Inest (ad fol. 9) folium unum extractum e codice, saec. xiii., in membranis exarato, unde transcriptum fuit hoc exemplar.

2. Alkindus de radiis stellarum. **f. 66.**

Inc. 'Omnes homines qui sensibilia sensu percipiunt.'

3. 'Alkindus de judiciis, ex Arabico Latinus factus per Robertum Anglicum, A.D. 1272.' **f. 80.**

Inc. 'Quanquam post Euclidem Theodosii Cosmometriae.'

92.

Chartaceus, foliis paucis membranaceis utrinque compactis. Saec. xiv; quoad finem, saec. xiii. ff. 107. Inter codd. T. Allen, anno 1596, '42.'

1. De signis duodecim. **f. 1.**

Inc. 'Aries est primum signum zodiaci, calidum.'

2. 'Haly de disposicione aeris.' **f. 5.**

Inc. 'Ad prenotandum diversam aeris dispocicionem.'

3. Tres sphaerae astrologicae; quarum secunda pro annis 1374–1386. **ff. 9[b]–10[b].**

4. Canones super Tabulas astronomicas Gul. Rede, episc. Cicestr. **f. 11.**

Inc. 'Volentibus prenosticare effectus planetarum.'
Ad calc. 'Expliciunt canones super tabulas Reed.'

5. Notae variae de signis xii. **f. 14.**

6. Nota de aequatione planetarum 'per tabulas domini Johannis Trendeley, nuper monachi ecclesie Christi Cant., cujus anime propicietur Deus, Amen.' **f. 15.**

7. Multa de arte astrologica et de planetis, manu una inscripta, sed disjunctim, et non in tractatus compositi formam disposita. **ff. 16–64, 70–79.**

8. Notae de elementis, humoribus corporis humani et spermate, compilatione Decretorum, etc. **ff. 65–69.**

9. Quaestiones variae in septem artibus liberalibus, scholis [Oxoniensibus?] secundum formam breviter disputatae. **ff. 80–95.**

In membr., saec. xiii.

10. Pars commentarii Latini in hymnum quendam Graecum, *Exoticon* dicti. **f. 96.**

Binis columnis. In linea tertiodecima ita incipit nova sectio:—

'O probaton mithos phoros ymas ton que boetos,
Atque creos et bus troclaten en galeros.
Sensus istorum versuum est, O oves, vos fertis auxilium nobis in terris.'

Ad calc. (f. 98) 'Explicit Exoticon.'

11. De scholarum disciplina tractatus [olim Boethio ascriptus, et inter Opera ejus impressus]. **f. 98[b].**

Inc. 'Vestra novit intencio de scolarum disciplina compendiosum postulare tractum' (*sic*).

Imperf.; desinit versus finem cap. iv, ad verba 'cratuque tempestivo comminetur ut jocosa.'

Thomae Cantimpratensi (qui saec. xiii. vixit) a quibusdam hoc opus ascriptum est.

93.

Chartaceus, foliis membranaceis hic illic interjectis. In 4°. Saec. xiv. exeuntis, excepta sectione prima quae saec. xiii. exeunte exarata fuit. Inter codd. T. Allen, '62' et 'A. 101.'

1. Liber Sem filii Haym, de significatione Saturni quando intrat duodecim signa zodiaci, quem transtulit Ptolomaeus ex Arabico. **f. 1.**

2. Theorica planetarum [Gerardi Cremonensis, sive, secundum quosdam, Gualteri Britte]; cum figuris. **f. 2[b].**

Inc. 'Circulus ecentricus vel egresse cuspidis, vel egredientis centri, dicitur qui non habet centrum cum mundo.'

Expl. '—equaciones appellantur minuta proporcionalia cujus racio et ymaginacio potest haberi ex figura sibi appropriata.'

Exstat textus in hoc exemplari forma breviori ad finem quam alibi invenitur, *e.g.* in cod. 47.

In fol. primo sunt haec: 'Quaternus fratris Thome Ruvel per fratrem Rogerum de Notingham, sacre theologie doctorem.'

---

3. 'Conclusio in astronomia valde utilis.' **f. 9[b].**

Inc. 'Assignatur per *a.* aliquod corpus circulare.'

fol. 10 *vacat.*

4. [Johannis de Sacro Bosco] Tractatus de Sphaera, in quatuor capitula distinctus. **f. 11.**

Inc. 'Tractum de spera in quatuor capitulis distinguimus, dicentes primo quid sit spera.'

5. 'Rinuby astronomus' [sive Abilrihan Albiruni, *alias* Aburihan Birunensis?] de motibus astrorum. **f. 27[b].**

Inc. 'Astrorum diversi motus indigent expositione nominum variorum.'

ff. 34–36 *vacant.*

6. [Simonis Bredon] Theorica planetarum. **f. 37.**

Inc. 'Circulus ecentricus et circulus egresse cuspidis et circulus egredientis centri idem sunt.'

7. Regulae ad inveniendum gradum et altitudinem solis, et ad corrigendum gradus. **f. 52ᵇ.**

fol. 54 *vacat.*

8. [Isagoge Alcabitii, ex interpretatione Johannis Hispalensis]. **f. 55.**

Inc. 'Postulata a Domino prolixitate vite.'

ff. 89–92 *vacant.*

9. Notae ex Albumasar et e *Secretis secretorum* Aristotelis; et de longit. et lat. variarum urbium in Anglia et regionibus exteris. **f. 93ᵇ.**

10. 'Exposicio Alkabycii;' scil. commentarius Johannis Danck, de Saxonia, in Isagogen. **f. 94.**

Inc. '*Vir sapiens dominabitur astris.* Ptolomeus in sapienciis Almagesti.'

Ad calc. (f. 171ᵇ). 'Expliciunt scripta super Alkabicium, et finita anno Domini nostri Jesu Christi 1384, in die Sancti Bartholomei circa mediam noctem, per manus Nicholai de Erfordia. Deo laus.'

Impress. cum textu, 4°. Par. 1521; etc.

11. Figurae conjunctionis solis et lunae, et introitus solis in arietem, Parisiis, anno 1331. **f. 172.**

12. 'Albumasar de partibus et eorum causis.' **f. 173.**

Inc. 'Antiqui sapientes in judiciis suis.'

13. 'Tractatus Alkindi vel Haly de pluviis secundum planetas sub radiis exeuntes.' **f. 183ᵇ.**

Initium solum; desinit abrupte ad verba 'Saturnus in virgine.'

14. Regula 'pro vero gradu ascendentis alicujus nativitatis investigando.' **f. 185.**

15. [Messahalae] 'Libellus de intencionibus secretorum astronomie,' **f. 186.**

Inc. 'Cum astrorum sciencia difficilius cordetinus inspicienti' [etc] '—secreta ex doctrinis omnium philosophorum in unum breviter collegi quem in 12 capitula compendiosa divisi, quorum primum docet de signacione interrogacionis.'

Expl. 'Qui est principium et origo totius sciencie, Qui sit benedictus in secula. Amen.'

94.

Chartaceus. In 4°. Saec. xv. ff. 76.

'Illibro del primo bello Punico, conposto de messere Lionardo Darezo in Latino, volgarizato poi per uno suo amico:' scil. versio Italica historiae Polybii, ex interpretatione Latina per Leon. Brunum, Aretinum.

95.

Chartaceus, exceptis foliis primis decem. Saec. xiv. In fol. 10 sunt nomina, 'J. Bowtell,' 'W. Bull,' et in ff. 144, 191ᵇ, 'Thomas Aglonby.'

1. (*In membr.*) Tractatus de nativitatibus sub variis signis variis mensibus anni appropriatis. **f. 1.**

Inc. 'Qui natus fuerit in signo Aquarii.'

2. De quatuor humoribus in corpore humano. **f. 6ᵇ.**

3. De physiognomia. **f. 7.**

4. 'Cyromancia et palmastria.' **f. 8.**

Desinit incompl.

5. (*Saec.* xv.) Receipts for the small-pox, the eyes, head-ache, etc. **f. 9.**

---

6. English version of Macer's treatise *De virtutibus herbarum*, in three books. **f. 10.**

A table of contents is prefixed.

7. Of the virtues of rosemary; in prose and verse. **ff. 81, 83.**

Beg. 'Rose mary ys bothe tre and herbe, hote and drye in the third degre.'

Beg. verse, 'Jhū that art oure best leche
Of helthe we the beseche,
And to maydene myld Marye
That modyr ys of alle mercye.'

At end (f. 89ᵇ), 'Explicit libellus de virtutibus rose marine secundum Salernitanos ad comitissam de Hennand, cujus copiam propriam transmisit Philippe sue filie regine Anglie, anno Domini millesimo ccc.xxxviii, quem unus Anglicus translulit de Latino in suum proprium idioma.'

8. Miscellaneous medical collections and miscellaneous notes:—
   i. Of the virtues of herbs. **ff. 89ᵇ–92, 104–111.**
   ii. Various receipts. **ff. 92ᵇ–95, 133ᵇ–135ᵇ.**
   iii. De tonitruis. **f. 95ᵇ.**
   iv. Of the four humours in the human body. **f. 96ᵇ.**
   v. De urinis; *Lat* et *Angl.* **f. 101.**

Desunt quaedam inter ff. 103–4, *et inter ff.* 111–112.

9. 'Liber de conservanda sanitate.' **f. 112.**

Inc. 'Constat maxime sapientibus quod inter cetera hujus mundi caduca.'

Expl. '—et ibi moretur sicut dictum est superius. Explicit.'

10. 'Gouernayle of helle' [health]. **f. 124ᵇ.**

Inc. 'In this tretis that is callyd gouvernayle of helle sumwhat schortly is to be sayd with Christes helpe.'

Printed by Caxton.

11. 'Tractus de pestilencia.' **f. 136.**

Inc. 'Quicunque cupit se plene a pestilencia tam corporis quam anime custodire.'

Expl. '—nulla potencior existit supra residuum, et beneficio medicine facilius juvatur. Explicit.'

12. 'De febribus;' capitulum breve. **f. 141.**

Inc. 'Modo dicendum est de nominibus febrium.'

13. Capitulum de operatione naturae in digestione nutrimenti. **f. 141ᵇ.**

Inc. 'Circa operacionem nature intellige sic.'

Ad calc. 'Explicit tractatus Bernabi.'

14. Tractatus 'Bernabi' de medicina practica; *imperf.* **f. 142ᵇ.**

Inc. 'Incipit tractatus brevis et utilis Bernabi medicinarum omnium membrorum distemperatorum tam in caliditate quam frigiditate.'

Desunt quaedam.

15. 'Tractatus herbarum;' ordine alphabetico. **f. 144.**

In prima pagina sunt *Agnus Castus*, *Absinthium*, *Abrotanum*, *Acacia*, et *Achorus*; in ultima, *Zinziber*, *Zedearium*, *Zuctura*, et *Zizania*.

Sequuntur ad finem (ff. 207–209) quaedam pauca de herbis, *Anglice* et *Latine*, alia manu inscripta et utrinque manca.

96.

Membranaceus. Saec. xii. In 4°., sive 8vo. maj. ff. 74. Bene exaratus. Forsan olim in bibl. monast. Abendonensis; v. Lelandi *Collectanea*, vol. iii. p. 57.

'Meditaciones Godwini, cantoris Salesberie, ad Rainilvam reclusam.' f. 8.

Inc. 'Hec sunt prima documenta nove legis tue Christiane.

Expl. (f. 68), '—peccatores salvos facere Jesus Christus Dominus noster novus legis lator et judex, qui vivit et regnat,' etc.

Scriptores varii de historia Angliae antiqua literaria auctorem nostrum tempore Henr. III. et circa an. 1272 vixisse asserunt, quo tempore alter quidem ejusdem nominis eodem officio cantoris in ecclesia Sarisburiensi functus est. Codex autem noster certe non post annum 1170, potius circa 1150-60, exaratus fuit.

In foliis utrinque rejectaneis, manibus prope coaevis, saec. ejusdem exeuntis, inserta sunt haec :—

i. Notae ex 'Petro' quodam. f. 1.

ii. Interpretatio moralis creationis Mundi et lapsus Adae. f. 2.

iii. Narratio de miraculo Oswaldi regis; cap. xiv. lib. iv. *Hist. Eccl.* Bedae. f. 6.

iv. Sermo de tribus habitaculis sub manu Dei. f. 68^b.

97.

Membranaceus. In 4°. Saec. xv. ineuntis. ff. 292 (*rectius* 291). Inter codd. T. Allen, '61' et 'A. 68.' In fol. 1-2, 'Mr. Robert Weldon . . . this book;' in fol. 292^b, 'Br. Twyne.' Praemissa est in fol. 3^b tabula contentorum, manu T. Allen.

1. Tabulae astronomicae super meridiem Oxonii, [dictae in tabula contentorum et in veteri catalogo, tabulae Gul. Reade, episc. Cicestr.] f. 5.

2. 'De introitu solis in arietem imperpetuum;' tabula et canon. f. 41.

3. Canon novus de introitu solis in quodlibet signum. *ibid.*

4. Tabula equationis centri, cum canone. ff. 41^b, 42.

5. De circuitu terrae mensurando, et de septem climatibus. f. 42.

Inc. 'Sciendum est quod antiqui sapientes temporibus Almeonis convenerunt.'

6. Johannis Walteri, Wintoniensis, Tabulae equationum duodecim domorum, cum canonibus. ff. 43, 50^b.

Inc. canon, 'In unum collecta que ad idem pertinent.' Expl. '—cujus ortum cupio habere, Amen. Expliciunt canones secundum magistrum Walterum cum tabulis ejusdem Johannis.'

7. Algorismus. f. 54.

Inc. 'Liber iste vocatur Algorismus, et dicitur Algorismus ab Algore rege ejus inventore, vel dicitur Algorismus ab *algos*, quod est ars, et *rudos* quod est numerus, quasi ars numerandi.'

Expl. '—et resultabit 22 pro summa petita. Et explicit.'

8. Canones super tabulas astronomicas Gul. Reade. f. 64^b.

Inc. 'Volentibus prenos[ti]care futuros effectus planetarum in inferioribus.'

Ad calc. 'Expliciunt tabule secundum magistrum Willielmum Reede valde utiles.'

9. Alia quaedam astronomica; de quantitate anni solaris; longitudo et latitudo civitatum diversarum; regula 'secundum Albategni' pro usu tabulae eclipsium. ff. 71^b, 72.

10. Algorismus minutiarum. f. 73.

Inc. 'Modum representacionis minuciarum vulgarium et philosophicarum preponere.'

Cap. ult. est 'de divisione minuciarum.' Ad calc. 'Explicit tractatus algorismi de minuciis.'

11. 'Liber judiciorum Echelbrebit Israelite.' f. 84^b.

Inc. 'Dixit Echelbrebit Israelita, Scito quod signa sunt duodecim.'

Expl. '—propter diversitatem horum planetarum et eorum domorum. Explicit exposicio.'

12. 'Epistola Messehallah in rebus eclipsis solis et lune, et in conjunctionibus planetarum et stellarum, et qualiter operentur in hoc, ac revolucionibus annorum;' capitula 12. f. 91.

Inc. 'Dixit Messehalla, Dominus altissimus fecit terram.'

Expl. 'Hoc est ultimum eorum que protulimus in hoc libro, et est ex secretis sciencie astrorum, etc. Explicit.'

13. Tractatus de judiciis nativitatum, secundum Ptolomaeum et Haly Habenragel; in quatuor partibus. f. 94.

Inc. 'In prologo theorice Ptholomei que dicitur Almagesti scribitur.'

Expl. '—digna in hoc opusculo registravi, principem celi gratando. Explicit.'

14. Schema nativitatis cujusdam die 30 Jan. 1297; et tabula fortitudinum planetarum. ff. 103^b, 104.

15. 'Introductorium' de motibus et effectibus planetarum, sive expositio verborum quibus motus eorum describuntur. f. 104^b.

Incip. 'Conjunccio est quando duo planete sunt in duobus signis.'

Expl. '—ita quod oportet quod sol prius jungatur Jovi quam Marti. Explicit introductorium bonum et utile.'

16. Regulae ad inveniendum declinationes et ascensiones, etc., sive 'Canones primi mobilis.' f. 109^b.

Incip. 'Volo invenire sinum rectum unius arcus.'

Expl. 'Alie autem sex opponuntur eis, etc. Explicit.'

Inest 'exemplum de figura celi hora introitus solis in primum punctum equinoccii vernalis, anno Domini 1336.'

17. Descriptio instrumenti 'de direccionibus, quod dicitur Directorium planetarum,' secundum instrumenta Johannis de Porta et Henrici Vace. f. 112^b.

18. Tractatus brevis, tribus capitulis, de judiciis super quaestionibus, an res perficiatur. f. 114.

Inc. 'Cum ad astronomie judicia pervenire intenderis.'

Expl. '—prout de capitulis de ipsis loquentibus invenitur tantum. Explicit iste tractatus.'

19. De judiciis quum planetae rebus impediant. f. 117.

Inc. 'Obsessio planete dicitur.'

Expl. '—pejus enim erit si pulset significator quam si pulsetur. Explicit.'

20. De pluviis et ventis, et de infirmitatibus. f. 118^b.

Inc. 'Si quis voluerit scire quid in quolibet mense.'

Expl. '—sine aliqua dubitacione morietur infirmus. Explicit.'

21. De hora conceptionis et hora nativitatis ex se mutuo cognoscenda; ex libro Abrahae ben Ezra. **f. 120.**

Inc. 'In libro Abraham de judiciis ita dicit Abraham.'
Expl. '—simili modo debes operari ad inveniendum horam revolucionis, etc. Explicit.'

22. 'Sermo de anni quantitate;' de inventione sinus; etc. **f. 122.**

Inc. 'Dixerunt Alfonsiste, sicut patet in tabulis.'

23. 'Ars brevis de equacione eclipsis solis.' **f. 122^b.**

Inc. 'Priusquam ad eclipsim solis equandam.'
Expl. '—sine fine, sicut anterius est expressum.'

24. Canones Johannis de Muris de eclipsi lunae. **f. 124^b.**

Inc. 'In opposicione habenda aliud nos non oportet scire.'
Ad calc. 'Hos autem canones disposuit Johannes de Muris Parisius in anno Domini 1339 in domo scolarium de Sorbona.'

25. Canones Johannis de Janua de eclipsibus. **f. 125.**

Inc. 'Ad sciendum eclipsim solis primo quere conjunctionem mediam.'
Expl. 'Et ideo de hoc ad presens supersedeo. Laus Deo et beate Marie, Amen. Expliciunt canones eclipsis, quos magister Johannes de Janua compilavit, extrahendo eos partim a canonibus communibus, partim ab Albategni, partim a minori Almagesti, partim a magistro Johanne de Cecilia in scripto suo super tabulas Ptholetanas et specialiter quantum ad puncta eclipsis, min[utarum] casus ac eciam min[utarum] more [*sic*]. Anno Domini 1332 incompleto, 22 die Januarii.'

26. 'Notula magistri [Gulielmi] Merla de futura temperie aeris pronosticanda.' **f. 128^b.**

Inc. 'Hec sunt consideranda ad hoc.'

27. Regula ad inveniendum verum motum solis et lunae in una hora, cum tabula facta super equationes tabularum Alphonsi. **ff. 129^b, 130^b.**

28. 'De figuracione eclipsis solis et lune.' **f. 130.**

29. Regulae ad componendum tabulam ascensionum, cum tabula declinationis zodiaci ab equinoctiali, et tabula sinus, etc. **ff. 131–4.**

30. 'Flores divi Hermetis de Secretis astrologie.' **f. 134^b.**

Inc. 'Dixit Hermes quod sol et luna.'
Expl. '—cum sobrietate utendo nunquam peccabis cum Dei auxilio. Explicit tractatus de judiciis 100 proposicionum.'

Fol. 137 *vacat.*

31. Roberti Grosseteste Theorica sphaerae. **f. 138.**

Inc. 'Investigantibus astronomie raciones.'
Expl. 'Bisse momentum est dimidium momentum. Explicit Lincolniensis in theorica (*sic*) spere.'

32. Tractatus brevis Thomae Werkworth de motu octavae sphaerae. **f. 143.**

Inc. 'Nota pro motu octave spere quod Ptholomeus posuit.'
Citantur ex Anglicis 'Magistri Oxoniae' anno 1316, Simon de Bredone circa an. 1340, Rob. Grosseteste, et Walterus Odyngtone, monachum de Evesham. 'Ego Thomas Werkwoth [*sic*] in anno Christi 1396 perfecto,' etc.

33. De mensuratione terrae. **f. 143^b.**

Inc. 'In mensuracione terre sive prati ut habeamus principium.'

34. Theorica planetarum; cum multis figuris. **f. 145.**

Inc. 'Fiat circulus signorum cujus semidiametrum.'

35. Algorismus. **f. 156^b.**

Inc. 'Dicente Boicio in principio arismetice.'
Expl. 'Et hec sufficiant de radicum extraccione tam in numeris quadratis quam cubicis. Explicit liber Algorismi valde utilis.'

36. Commentarius [Johannis Danck, de Saxonia] in Isagogen Alcabitii. **f. 165.**

Inc. '*Ut sapiens dominatur* [etc.] et potest declarari, Ille dominatur astris.'
Expl. '—donec exiverit casum suum.'
Impr. cum textu Alcabitii, 4°. Par. 1521; et alibi.

37. Canones in tabulas Alphonsinas. **f. 240^b.**

Incip. 'Tempus est mensura motus, ut vult Aristoteles.'
Expl. 'Sed de sole habetur in omni tempore. Deo gracias. Hic expliciunt canones secundum Alfonsum.'
In fol. 292, rejectaneo, est nota de nativitate 'Agnetis uxoris mee,' 20 Apr. 1432; et, 'Regula docens qui numerus est prima quolibet anno.'

98.

Membranaceus partim, partim chartaceus. Saecc. xii. xiii. xiv. xv. ineuntis. ff. 263. In 4°. Inter codd. T. Allen, 'A. 136,' '19.' Tabula contentorum manu saec. xv. praemissa est in fol. 1^b. In fol. 197^b est nomen 'William Maydwelle.'

1. (*Chart., saec.* xv. *ineuntis.*) 'Tractatus generum, secundum magistrum Robertum Allyngtone.' **f. 4.**

Inc. 'Apud naturam duo tantum sunt genera.'

2. Tractatus de gerundis et supinis. **f. 7^b.**

Inc. 'Veterem de gerundis querelam.'
Expl. '—nata communem habent significacionem.'

3. 'Massa Compoti' [Alex. de Villa Dei]; opus metricum cum prol. et commentario. **f. 11.**

Inc. prol. 'Licet modo in fine temporum.'
Inc. textus. 'Aureus in Jano numerus clavesque novantur.'
Ad calc. (fol. 21), 'Explicit Compotus ecclesiasticus, bene correctus secundum sentenciam Bredone.'

4. 'Tractatus de Algorismo' [*sc.* carmen Alex. de Villa Dei], cum commentario. **f. 21^b.**

Inc. 'Hec Algorismus ars presens dicitur in qua.'
Inc. comm. 'Liber iste quem pre manibus habemus dividitur in duas partes.'

5. 'Tabula extraccionis radicum in cubitis et in quadratis.' **f. 30.**

6. Versus xiv. de progressione in algorismo, cum commento. **f. 31.**

Inc. 'Cum sit contraria progressio terminus impar.'

7. 'Ars docens multiplicare sine anterioracione vel deleccione figurarum;' metrice. **f. 31^b.**

Inc. 'En brevis interius datur ars nova multiplicandi,
Qua nec transfertur nec demitur ulla figura.'

8. 'Almanak' [*sc.* nomina] 'stellarum fixarum, secundum Symonem Suthray.' **f. 32.**

9. Tabula numerorum quorundam usque ad decem loca. **f. 33^b.**

10. Quaestiones variae arithmeticae. **f. 34.**

Inc. 'Quidam senex salutat puerum, cui dixit.' Multae ex his impressae sunt inter 'Propositiones ad acuendos juvenes' apud Bedae opera spuria.

11. Canon Rich. Maydestone, Carmelitae, in *Annulum* Johannis de Northamptone, ejusdem ordinis; scil., regulae pro usu instrumenti, sive tabulae instar volvellae, ad inveniendum litteram dominicalem, aureum numerum, et festa mobilia, ab J. de Northamptone 'instinctu divino' compositi; partibus duabus. **f. 41.**

Deest maxima pars praefationis, quae autem integra exstat in Bodl. MS. 68. 'Annulus' ipse folio praecedenti (40) affixus est. Ad calc. (f. 48ᵇ), 'Explicit tractatus de anulo. Deo gracias quod P. Partrich, etc.' [Petrus Partriche, eccl. Lincoln. cancellarius, obiit anno 1451].

12. 'Compendium' Gualteri Burley super Aristotelis quatuor libros meteororum. **f. 49.**

Inc. 'In isto libro qui liber Metheororum intitulatur Aristoteles dat completam ordinacionem.'
Expl. '—tunc scimus principium motus ejusdam rei. Explicit processus quarti libri Metheororum secundum Burley.'

13. 'Quedam exposicio abreviata super 4 libros Metheororum secundum antiquam translacionem.' **f. 61ᵇ.**

Inc. '*Quia ergo jam diximus*, [etc.] Determinacio a principio tocius libri de hiis que sunt in alto.'
Expl. '—ab Avicenna in cujus libris multum est de illa materia et epilogat predeterminata.'

14. Nota ex S. Augustino de digestione cibi. **f. 71ᵇ.**

15. Prophetiae Merlini, ex libro vii. Hist. Galfredi Monumetensis, praemissa narratione de Vortigerno. **f. 72.**

16. Directiones pro constructione et usu instrumenti cujusdam astronomici vocati *Navicula;* cum figuris duabus. **ff. 75ᵇ–77.**

Inc. 'Ad constructionem Naviculae tria ad minus sunt instrumenta valde necessaria.'
Expl. '—similiter in equinoccione ab utroque puncto solsticiali equidistet omni modo.'

---

17. (*Membr., saec.* xii. *exeuntis.*) Pars Euclidis Elementorum geometriae, usque ad prop. iv. libri iii. **f. 78.**

Rubricae et literae initiales a scriba omissae sunt. Figurae delineatae sunt in margine usque ad prop. xv. libri i.

18. Pars [Boethii] Arithmeticae. **f. 86.**

Desinit manus prima in initio cap. iii. lib. i.; sed exinde manus secunda, saec. xiv., continuat textum usque ad finem cap. xv.

---

19. (*Chartac., saec.* xv. *ineuntis.*) 'Contra opinionem ponentem quadratum continuum componi ex non quadratis.' **f. 107.**

Ad calc. 'Deo gracias quod Partriche.'

20. 'Incipit quedam abstraccio et competens exposicio Arsmetrice Boicii,' per Sim. Bredon. **f. 109.**

Inc. 'Quantitatum alia continua que magnitudo dicitur, alia discreta.'
Ad calc. 'Explicit Arsmetrica Bredone. Deo gracias quod Partriche.'

21. (*Membr. et chartac.*) Johannis Peccham Perspectiva; libris tribus. **f. 118.**

Inc. 'Inter philosophice consideracionis studia.'
Ad calc. 'Explicit Perspectiva fratris Johannis de Peccham.'

22. Notitia contentorum in libris Elementorum Euclidis. **f. 128.**

23. Propositiones i–vi. libri primi Euclidis, cum figuris propp. i–xlvii. **f. 130ᵇ.**

---

24. (*Saec.* xv. *ineuntis.*) [Simonis Bredon Theorica planetarum;] cum figuris. **f. 132.**

Inc. 'Circulus ecentricus, circulus egresse cuspidis, et circulus egredientis centri idem sunt.'

25. 'Tractatus [Rob. Grosteste] docens cognoscere questiones astrolabii.' **f. 145ᵇ.**

Inc. 'Astrolabii circulos et membra nominatim discernere.'
Ad calc. 'Explicit practica Astrolabii.'

26. Tractatus de compositione et officio quadrantis, anno 1395, ut videtur, compositus. **f. 148ᵇ.**

Inc. 'Post compositionem chylindri nunc cujusdam instrumenti horologici.'
Expl. 'Hec quoque breviter dicta de practica quadrantis causa introductionis sufficiant ad presens. Completa Oxon. in domo Scolarium de Merton tempore superius annotato.
Explicit tractatus de practica quadrantis quod Partrich.'
Qu. annon auctor sit Gualterus Britte qui inter Mertonenses tempore supradicto vigebat?

27. Experimentum de radiis solis in crystallum sphericum aqua plenum venientibus; cum figura. **f. 152.**

28. 'Tractatus de luce secundum Lyncolniensem,' scil. Rob. Grosseteste. **f. 152ᵇ.**

Inc. 'Formam primam corporalem quam corporeitatem nominant lucem esse arbitror.'

29. 'Tractatus [brevissimus] de colore secundum Lyncolniensem.' **f. 154.**

Inc. 'Color est lux incorporata.'

30. 'Tractatus de yride secundum eundem.' *ibid.*

Inc. 'Et perspectivi et philosophici est speculacio de yride.'
Ad calc. 'Deo gracias quod Partriche.'

31. 'Tractatus de potencia et actu secundum Lyncolniensem.' **f. 155ᵇ.**

Inc. 'Omne quod est aut est ens actu aut ens potencia.'

32. 'Tractatus Lyncolniensis de impressionibus aeris;' cum figura. **f. 156.**

Inc. 'Ad precognoscendam diversam dispocicionem aeris.'

33. 'Tractatus de spera secundum Lincoln.' **f. 158.**

Inc. 'Intencio nostra in hoc tractatu est machine mundane formam describere.'
Ad calc. 'Explicit Spera sancti Roberti Lyncolniensis episcopi. Deo gracias quod Partriche.'

34. (*Membr. saec.* xiii., *binis columnis.*) Liber quadrantis; cum tabulis ad meridiem Oxon. **f. 162.**

Inc. 'Cum quadrantem componere volueris accipe tabulam eneam vel ligneam bene politam.'

35. Liber de compositione chilindri. **f. 166.**

Inc. 'Investigantibus chilindri composicionem quod dicitur Orilogium.'
Ad calc. 'Explicit composicio chilindri cum ejus operacione que facta est apud Oxoniam.' Exemplar alterum in cod. Ashmol. 1522, art. 20.

36. Rob. Grosseteste Tractatus de sphaera. **f. 168.**

Inc. 'Cum de composicione machine mundane que sperica est sit presens intencio.'
Ad calc. 'Explicit tractatus de Spera secundum R. episcopum Lincolliensem;' addit manus secunda, 'sed abbreviatus.'

37. Joh. de Sacro Bosco Tractatus de sphaera. f. 171.

Inc. 'Tractatum de spere (*sic*) in quatuor capitula distinguimus.'

Ad calc. 'Explicit tractatus de spera secundum communem usum;' addit manus secunda, 'quem edidit magister Johannes de Sacro Bosco, Anglicus.'

(Hic desunt, secundum veterem contentorum tabulam, 'Cronice Cestrensis abbreviate.')

---

38. (*Membr.*, *saec.* xv. *ineuntis.*) Regula Sancti Francisci. f. 177.

39. Testamentum ejusdem. f. 177^b.

40. (*Chartac.*) Epistolae duae Satanae. ff. 178^b, 180.

Inc. i. 'Belial, apostatarum prepositus et magister invidie, abbas claustri superbie . . . . . universis ordinis nostri confratribus de conventu malignantium.' Dat. 'anno incarceracionis nostre millesimo ccc°.v°.'

ii. 'Lucifer, princeps tenebrarum tristicie profunde, regens Acherontis imperia, dux Hereby . . . . . . universis sociis nostris regni nostri.'

Ad calc. secundae, 'Explicit litera posita in sedili Clementis pape [VII ?] predicessoris Urbani predicessoris Bonefacii [IX] presentis.'

De his epistolis notitia inveniatur in Tractatu de schismate inter Papas, in cod. 188 infra, art. 3. fol. 66^b.

41. Litera Regis Henr. IV. vice-comitibus London., quod nullus capellanus regularis vel secularis praedicet nisi prius ad hoc per diocesanum admittatur; dat. apud Westm. 12 Maii, an. 1 [1400]. f. 179^b.

42. Petitio sacerdotum secularium ad Regem contra praedictam literam. *ibid.*

43. Excerptum ex prophetiis S. Hildegardis, part. I. cap. 5. f. 181.

[44. Memoranda of prices paid for threshing wheat, barley, oats and peas at Graveley Place [Cambr.], and of wages paid to Will. Pawle of Glentham, in 16th cent.; etc. ff. 181^b, 182, 199^b, 214, 224.]

Desunt folia duo, in quibus olim, secundum veterem contentorum tabulam, 'Epistole multe Johannis Wytcliff.'

45. 'Epistola missa ad episcopum Wygorniensem per Rob. Chetyngdone,' in qua revocat quicquid in scriptis ejus sacrae Scripturae contrarium dixerit, speciatim de praedicatoribus. f. 183^b.

46. 'Credencia nuncii papalis exposita domino nostro Regi;' sc. proposita ex parte Bonifacii IX. Regi Ric. II., per Petrum de Bosco, episcopum Aquensem, anno 1398, de revocatione statuti *Contra Provisores*, et brevium *Quare impedit* et *Praemuniri facias*, et de pactis cum Francia et Alemannia. f. 184.

Cf. Chron. Tho. Walsingham, sub anno.

47. Declaratio intolerabilis blasphemiae Prioris de Clerkenwell, quod, dum sit ditissimus dominus in regno post regem, mendicat eleemosynas a pauperibus regnicolis ad guerrandum, ut dicit, contra infideles, quum Christus exemplum sanctissimae conversationis et fidelem evangelizationem una cum devota oratione et patientia ad convertendum infideles ordinasset. f. 185.

48. 'De venia seu indulgencia moderna, quam indigne et male distribuitur.' f. 185^b.

49. 'Pentacronon Hildegardis virginis;' quinque Vae! sive prophetiae pro quinque mundi aevis. f. 186.

Inc. 'Spiritus Sanctus uterum Virginis fecundavit.'

Expl. 'Verba autem hec fideles devoto cordis affectu percipiant, quoniam per Jesum qui primus et novissimus est ad utilitatem credencium edita sunt. Explicit pentacronon Sancte Hildegaris virginis, inceptum anno Domini M°.c°.

50. Versus contra avaritiam monachorum quorundum 'Jacobitae' vocatorum. f. 194.

Inc. 'Achab diu studuit vineam acquirere.'

Strophae sex, singulae versibus quatuor constantes, quibus subsequitur distichon hoc :—

'Acabita, Jacobita, cave tibi consulo
Tua vite ne unita sit totali (?) seculo.'

51. Versus satirici contra monachos. *ibid.*

Inc. 'Sedens super flumina flevi Babilonis.'

Singularum stropharum (numero circiter 28) penultima linea incipit cum verbis 'With an O and an I.'

52. (*Membr.*) Satira de Concilio Londinensi anno 1382 habito, et in laudem Wiclevitarum. f. 195.

Inc. 'Heu! quanta desolacio Anglie prestatur.'

Penultima linea in singulis strophis incipit, ut in poemate praecedente, cum verbis 'With an O and an I.'

Impr. (e cod. Cotton. Cleop. B. ii.) in *Political Poems and Songs, edited by Thos. Wright*, 8°. Lond. 1859, vol. i. pp. 253–263. Pro nomine *Crophorne*, p. 261, legit nostrum exemplar *Crumphorn*.

[Hic, secundum tabulam contentorum veterem, desideratur 'Apocalipsis Walteri Mape,' nisi forte poemata praecedentia male ita describantur.]

53. (*Chartac.*) Pars tractatus cujusdam in quo sub quatuordecim capitibus contra (ut videtur) fratres Praedicatores disputandum erat. f. 196.

Inc. '*Ecce videntes clamabunt foris* [etc.]. Ysa. xxxiii. Sicut prophete in sacris Scripturis videntes appellantur.'

Desiderantur quaedam.

54. Pars disputationis cujusdam contra Judaeos. f. 198.

Deest initium; incipit cum verbis, '—magis floruit Ecclesia Christi quam gloriosum templum Salomonis.'

Expl. 'Item Thobias, Deduces canos nostros cum dolore ad inferos. Item 2. Re. Deduces canos etc.'

55. 'Determinacio magistri Johannis Whytheed de Hibernia in materia de mendicitate contra fratres;' in qua respondet pro Radulpho archiepiscopo Armachano contra fratrem Petrum Russel. f. 200.

Inc. 'Supposito secundum dominum Armachanum, 8°. de pauperie, c°. 2.'

Expl. '—sed per Dei graciam non probabunt quod ego laboro in aliquo ad subversionem ecclesie, quod doctor J. Whytheed.'

56. Determinatio ejusdem de confessione et absolutione, contra magistrum Willielmum Edlesburghe de ordine Praedicatorum. f. 208.

Inc. 'R. Magistri, in actibus licet exilibus anteactis.'

Expl. '—patet etiam quomodo oportet illam Extravagantem intelligere cum adjectionibus prenotatis, etc. Deo gracias. Whytheed quod Partriche. Amen.'

[Hic desunt, secundum veterem contentorum tabulam,
1. 'Galfridus de nova poetria.'
2. 'Rethorica secundum Merke.']

57. Elementa juris, sive instructiones primae in jure civili. f. 216.

Inc. 'Jus dupliciter dicitur, scil. jus puplicum et jus privatum.'

58. (*Membr.*) Le Miroir de S. Edmond Rich, de Pountney, archevêque de Cant. f. 225.

Tit. 'Hors de seint escripture deuez sauoir et estrere queux sount les vii mortels peches, et les vii vertuz, et lez x commandementz, et lez xii articles de la foy, et les vii sacrementz, et les vii douns del seint espirit, et lez vii eopres de misericorde, et lez vii vertuz del euaungelie, et lez peines denferne, et les ioies du ciel;' 'les vii prieres de la Pater noster;' 'de vii dowairs en corps et vii en lalme;' contemplations devant les sept heures; etc.

Ad calc. 'Ci finist vn bon tretiz qest appelle le Mirour Seint Esmound.'

59. The twelve articles of the faith, as assigned severally to the twelve Apostles; *Engl.* f. 255ᵇ.

60. (*Membr.*) English medical receipts, chiefly for wounds and hurts; apparently the tract described in the old table of contents as 'Cirurgia Walteri Brit.' f. 257.

Probably imperfect at the beginning; and the last leaf effaced.

[In fine desideratur, secundum veterem tabulam, 'Spera Pictagore.']

99.

Chartaceus. In 8ᵛᵒ. Saec. xiv. exeuntis. ff. 156. Ad calcem, 'Frater Johannes Stanys, monacus Thetfordie, constat istum librum' (*sic*). In primo folio haec:—'Iste liber constat Margarete Salis de Methewolde, cum magno gaudio et honore, Amen;' 'Iste liber pertinet Roberto Joley, litterato, qui pro eo solvit certum precium;' 'Johannes Fearneley me tenet, 1598.' Postea inter codd. T. Allen, '10,' 'A. 106.'

1. Statuta synodalia Walteri de Suthfeld et Simonis de Walton, episcoporum Norwicensium, circa an. 1257. f. 1ᵇ.

Ad calc. 'Expliciunt statuta synodalia, alias in synodo promulgata, per Walterum quondam Norwyc. episcopum, et addiciones postea per Symonem successorem suum, [quae] firmiter precipimus observari.'

Impressa ex hoc codice apud Wilkins, *Concilia Magn. Brit.* vol. i. pp. 731-6.

2. 'Liber qui vocatur Stimulus conciencie,' per Rich. Rolle de Hampole. f. 8ᵇ.

Inc. 'Ye myht of ye fadyr al myhty
Ye wyt of ye sone al wyhty.'
Expl. 'To ye quilk place he us bryng
Yat for us on rode hyng.'

Ad fol. 139 insertum est folium in quo oratio Domin., Ave, et Credo, *Anglice*, et exorcismi contra febres et dentium dolores, *Latine*.

100.

Chartaceus. In 8ᵛᵒ. Saec. xiv. ff. 189. Madore corruptus, et ad finem et alibi mancus.

1. Bedae liber de arte metrica. ff. 1-10, 13-14.

2. [Marbodi Redonensis] Liber metricus de ornamentis verborum. ff. 10, 12, 20ᵇ.

Inc. 'Versificaturo quedam tibi tradere curo
Scemata verborum studio celebrata priorum.'
Expl. 'Sicut sunt in re studeat distincta referre,
Hec spernens Bavius, hec servans fiet Homerus.'

Impr. ad calc. Opp. Hildeberti Cenomannensis, fol. Par. 1708, col. 1587.

3. 'Versus de Sancta Katerina,' metris variis, cum notis marginalibus formas versuum describentibus. f. 11ᵇ.

Inc. 'Celi gemma bona succure reis Katerina } Caudati
Et prece melliflua sis egrotis medicina } versus.'

4. 'Liber de scematibus' Sacrae Scripturae 'secundum Bedam.' f. 15.

5. 'Bonus tractatus et utilis de arte metrica.' f. 21.

Inc. 'Variacio monoculos. Et est quando omnes partes versus sunt unius coloris.'

6. Tractatus metricus de prosodia, sive pronunciatione verborum. f. 25.

Inc. et expl. 'Que non ponuntur hec omnia corripiuntur.' Synonyma quaedam Anglica inter lineas inserta sunt.

7. 'Diversitates metrorum in pede exametro et pentametro,' per Joh. de Garlandia. f. 32ᵇ.

8. Tractatus metricus de verbis neutris et deponentibus. ff. 33-41, 103-114.

'Iste libellus dividitur in duas partes, quarum prima tractat de neutris, et secunda de deponentibus.'

Prima pars invenitur in duplo, sed alterum exemplar exstat (ad fol. 103) in forma paulo absolutiore.

Inc. pars i, 'Aspirans precibus vestris persepe rogatus.'

Ad calc. (f. 112), 'Explicit liber omnium neutrorum.'

Inc. pars. ii, de deponentibus (f. 113ᵇ), 'Nobis ignota ne deponencia verba.'

Expl. 'Et si quis plura inveniat precor addet ut illa.'

9. 'Liber Senece de virtutibus moralibus.' f. 41ᵇ.

Inc. 'Omne peccatum est actio voluntaria.'

10. 'Facetus;' poema anonymum de moribus. f. 42ᵇ.

Inc. 'Moribus et vita si quis vult esse facetus.'
Expl. 'Sed tamen in cunctis placidus modus est adhibendus.'
Cf. cod. 26, art. 3, *supra*.

11. Notae in varia Evangeliorum loca; de Resurrectione Domini; sermo in Epiphaniam. ff. 44-51ᵇ, 52ᵇ-55ᵇ.

12. Sententiae ex Patribus. ff. 51ᵇ-52.

13. Commentum in Ps. lxviii, et notae in varia Psalmorum loca. ff. 56-61.

14. Notae de decimis, ex Constitutionibus. f. 62.

15. Notae et versus de interpretatione verborum variorum. ff. 63-4.

16. Glossa super quendam tractatum metrice, ut videtur, compositum. ff. 65-6, 100ᵇ, 102ᵇ.

Inc. 'Augustus Tito etc. *Divinacio*, scil. facta per garritum. *Augustus nobilis*, unde oportet vos precor [*etc.* . . . . .] *Abacus*, liber metrice compositus.'

17. De terminationibus quinque declinationum. ff. 67-69.

Inc. 'Quot ter[minationes] habet prima declinacio? iiii, scil. as, es, a, am.'

18. Versus de variis significationibus verborum in se similium. ff. 69–71.

Inc. 'Faccio dissidium signat, faccio factum
Arbor, aqueductus, est fistula, musica, morbus.'

19. Glossae in [hymnos?] pro diebus quorundam sanctorum. ff. 71–2, 101.

Inc. '*De Andrea.* Supersticiosus, a, um, falsus vel vanus vel dampnosus.' Multa hic illic *Anglice* interpretata sunt.

20. Versus alii de variis significationibus verborum, cum glossa. f. 73.

Inc. 'Vomer aduncus, anus incurva, pandus asellus
Interdumque tamen complectitur omnia curvus.'

21. Theoduli Ecloga de miraculis Veteris Testamenti, cum commento. f. 75.

Saepe impr.

22. Nicholai de Brakendale Deponenciale, sive liber metricus de verbis deponentibus; cum notis marginalibus. f. 115.

Inc. 'Sinderesis rogitata refer quo pandere tractu.'
In marg. 'Libellus iste dividitur in duas partes, in partem proemialem et exsecutivam. Pars proemialis durat usque in Bachor-aris, et ibi incipit pars exsecutiva.'
Expl. 'Scriptoris nomen et honoris, si placet omen,
Sic est ejusdem quem Brakyndalia fovit,
Ejusdem studio quem Cantabrigia novit,
Ore patenter ay [l. dixi] liber hic finit Nicholai.'
Explicit 'Deponenciale domini Nicholai de Brakend.'
Item (f. 127^b), 'Titulus est, Nicolai Brakendaliensis deponenciale, sive liber de deponentibus.'

23. Explicationes verborum multorum. f. 127^b.

Inc. 'Strues, is, dicitur composicio, congeries, colleccio.'

24. Versus quidam morales atque miscellaneae. f. 128^b.

Inc. 'Omne genus floris tritum plus prestat odoris.'

25. Pars commentarii in hymnum quendam Graecum, *Exoticon* dicti. f. 129.

Imperf. in princ., sed habet hoc exemplar folia quatuor quae in altero in cod. 92 *supra* existente deficiunt. In linea quinta fol. primi ita incipit sectio:—
'Henn doxa theos en rama, melos latron odos
Cristos plebs arthos onos quod thele fatin orge.
Sensus, Gloria sit Deo in excelsis et plebs serviat Christo dulci cantu ut abundemus pane vino et cultura terre.'
Ad calc., 'Hic explicit Liber exoticon.
Pro precibus Nicholaus habet quod quisque precetur
Ut sibi sana fides, bona mens et gracia detur.
Editus est liber iste et perlectus in studio Cantebrigie sub venerabili Cancellario magistro Stephano de Wyttun, anno ab incarnacione Domini M°.CC°. sexagesimo primo, xv. kal. Decembris, libro perlecto Nicholao de Brachedel exeunte lectore. Hoc ydioma legens, Quis pro lectore precetur, Ut rex cuncta regens, Anime dicti memoretur.'

26. Virgilii Copa, cum notis marginalibus. f. 137^b.

27. Verba Graeca, et verba e Graeco origine hausta, alphabetice in metrum redacta, interpretatione inter lineas addita. f. 143.

Inc. 'Antropos, angarum, sic anthropophogus addam,
Sic armonias, anastas, anastasis addas.'
Expl. 'Zodia, zodiacus, zoa, zoagraphia notamus
Zuunga (?), zoe, zauge, ziris, quoque zete.
En prothos ana Theos epi cacon et archos et archos.'
Addit manus altera:—
'Partes ignotas a metri jure remotas
Quas hic collegi, quas sub brevitate redegi,
Forcitan ignoras logicam qui scire laboras.
Sed decus est scire que scripta soles reperire,
Et magis applaudit brevitas quod carmine claudit.'

28. Catonis Disticha moralia, cum commento. f. 148.

Imperf. in princ., incipientia ad versum 'Consilium arcanum tacito committe sodali.'

29. Horatii Epistolarum lib. i., cum notis marginalibus et interlinearibus. f. 155.

Epist. vi. desinit abrupte ad vers. 26; Epist. vii. incipit ad v. 24; et xx. desinit ad v. 14.

30. 'Ovidius de mirabilibus mundi,' cum notis marginalibus. f. 169.

Inc. 'Hic serpens ventis pernicior atque sagittis.'
Expl. 'Cum digitis lassis hoc scripsi pro tribus assis.'

31. 'Poeniteas cito;' carmen de poenitentia, ita incipiens, cum commento. f. 171.

Desunt quaedam.

32. Pars Fabularum Aesopicarum, carmine expressarum; a fabula de milvo infirmo in lib. i. ad finem fab. de cervo et bobus in lib. iii. ff. 174–5, 173, 176–7*.

Primum folium est fragmentum manu saec. xiv. exaratum; caetera manu saec. xv. suppleta sunt.

33. Liber de varietate carminum, in capp. xviii. distinctus, cum prologo. f. 178.

Mancus; desinit in cap. x.
Tit. prologi, 'Epigramma in primum librum de varietate carminum . . . (*vacat*) domino episcopo Norwicen.'
Inc. prol. 'Dudum conflictu vexatus rithimachie.'
Inc. cap. 1, 'Proporcio secundum Euclidem.'

101.

Membranaceus. In 4°. Saec. xiii. exeuntis. ff. 209. Bene scriptus.

1. Bedae Historia ecclesiastica Anglorum. f. 1.
2. Willelmi de Novoburgo Historia Anglorum, libris v. f. 106.

Codex nondum collatus.

102.

Membranaceus. In 4°. Saec. xv. ineuntis. ff. 139. Inter codd. T. Allen, '41,' 'A. 139.'

1. Will. Langland's Vision concerning Piers the Ploughman, and concerning Dowel, Dobet and Dobest. f. 1.

Imperfect at the beginning, commencing in line 156 of passus iii. Written across the page, as if in prose. The text agrees with that called the 'C-text' by Rev. W. W. Skeat in his edition printed for the Early Engl. Text Society; see part iii. pref., p. xlvi, 8°. Lond. 1873. At fol. 35, '*Explicit visio Wilielmi W. de Petro le Plouhman. Et hic incipit visio ejusdem de Dowel.*' (See *ibid.* p. xxxvii.)

2. A series of poems chiefly religious, but also partly political, under separate heads, but apparently composed by one author, and written in one style. f. 98.

The titles are as follows:—

i. *Love God and drede.* 'Eche man be war that bereth a state.'
ii. *Mede and muche thanks.* 'In blossemed buske I bode boote.' f. 99^b.

iii. *Trouth reste and pes.* 'For drede ofte my lippes y steke.' f. 100.

iv. *Lerne say wele, say litel, or say noght.* 'As þe see doþ ebbe and flowe.' f. 101b.

v. *Wyt and wille.* 'Man bewar of wikkid counsaile.' f. 103b.

vi. *To lyf bodyly is perylous.* 'Lerne bodyly to lyue.' f. 104.

vii. *Man, know thyself and lerne to dye.* 'Mannys soule is sotyl and queynt.' f. 104b.

viii. *A good makynge of ȝour delaye.* 'Man, haue hit in þy þouȝt.' f. 105b.

ix. *With God of loue and pes ȝe trete.* 'This holy tyme make ȝow clene.' f. 106b.

x. *A good steryng to heuenward.* 'Many man is loþ to here.' f. 108.

xi. *God and man ben made atte on.* 'Glade in God þis solempne fest.' f. 109b.

xii. *God kepe oure kyng and saue the croune.* 'Glade in God calle hom ȝoure herte.' f. 110b.

xiii. *Dede is worchyng.* 'Whanne alle a kyngdom gadrid ysse.' f. 111b.

xiv. *Man, be warre or the be weo.* 'The herrere degre þe more wys.' f. 113.

xv. *The descryuyng of mannes membres.* 'Whereof is mad al mankynde.' f. 114.

xvi. *A remembraunce of lii. folyes.* 'Loke how Flaundres doþ fare wiþ his folyhede.' f. 115.

xvii. *Loue that God loueth.* 'That ilke man wole lerne wele.' f. 116.

xviii. *The declaryng of Religioun.* 'Who þat wold knowe condicion.' f. 117b.

xix. *A lernyng to good leuynge.* 'Pore of spirit blessed be.' f. 121b.

xx. *Knowe thy self and thy God.* 'Thenke hertely in þy þouȝt.' f. 123.

xxi. *Of the sacrament of þe altere.* 'I wold be mendid ȝif ẏ say mys.' f. 123b.

xxii. *The lessons of the Dirige.* 'Almyȝty Lord God me spare.' f. 124b.

This is not the same as R. Rolle's *Lessons of the Dirige* called *Petty Job.*

3. Metrical paraphrase of the Seven Penitential Psalms [by Richard Maydestone, or, as in MS. 18 *supra*, by Richard Rolle]. **f. 128.**

Beg. 'Lord, in þyn angur vbbraide me nowȝt,
And in þy wratthe þou blame not me.'
End. 'Into heuene kyngdom me resseyuen,
This graunte me God in persones þre. Amen.'

4. 'Disputacio inter corpus et animam;' in English verse. **f. 136.**

Beg. 'As I lay in a wynter nyȝt
In a derkyng bifore þe day.'

Printed in three varying versions in Tho. Wright's *Poems attributed to Walter Mapes*, 4°. Lond. 1841, pp. 334-349, where this MS. is mentioned in a note on p. 323.

103.

Membranaceus. In 4°. Saecc. xii, xiii, xiv. ff. 154. Inter codd. T. Allen, 39.

1. (*Saec.* xiii. *columnis binis.*) Summa theologica de articulis fidei, oratione Dominica, decem mandatis, etc., collecta pro maxima parte ex operibus Gulielmi de Montibus, cancellarii Lincolniensis; interspersis multis versibus memorialibus. **f. 1.**

Inc. 'Qui bene presunt presbyteri [*etc.*]. Presbyter igitur senex.'

Ita incipit cap. iii. 'Ad manifestacionem singulorum prenominatorum per ordinem possunt induci auctoritates Scripturarum et sententie magistrorum, et specialiter dicta memorie bone magistri W. de Montibus, quondam Cancell. Lin. cujus anime propicietur Deus.' Iterum in initio cap. iv. idem auctor sic citatur, '—predictus magister W. in fine libelli quem Numeralem (*sic*) appellavit.'

In foliis 39, 40 ad calcem tractatus praedicti inscripta sunt haec:—

i. (Manu saec. xv.) Versus Gallici de Nativitate Domini. f. 39.

Inc. 'E mel do ciel
En countre fel } Nus vint ia
Par Gabriel
Ke vint du cel } On message sa.'

ii. Herbae ad faciendum aquam pro oculis. f. 39b.

iii. Prognostica de hieme ex Calendis Januarii. f. 40.

iv. 'Anno 1547 in vigilia S. Luce ea nocte qua primum dormivi in collegio Exestrensi visus sum vidisse innumeram multitudinem pauperum undique ad me confluentium, etc.' f. 40b.

2. (*Saec.* xii. *exeuntis.*) 'Liber thesauri occulti a Pascale Romano editus Constantinopolis anno mundi vi. DC.LXXIIII. anno Christi M.C.LXV.;' sive tractatus de somniis et interpretatione eorum, in libros duos distinctus. **f. 41.**

Inc. 'Thesaurus occultus requiescit in corde sapientis.'

In fol. 48, juxta finem lib. i, mentio fit operum duorum aliorum per eundem auctorem, '—sicut in Viatico et Passionario demonstrantur.'

3. [Oneirocritica, sive de interpretatione somniorum, Achmetis filii Sereim]; ex Graeco per Leonem Tuscum versa, cum prologo ejusdem et tabula capitulorum. **f. 59.**

Tit. prol. 'Ad Hugonem Ecerialium doctorem suum et utraque origine fratrem Leo Tuscus, imperatoriarum epistolarum interpres, de sompniis et oraculis.'

Ad calc. 'Explicit liber sompniorum, Latine doctus loqui a Leone Thusco, imperialium epistolarum interprete, temporibus magni imperatoris Manuel.'

Aliam versionem edidit sub tit. *Apomasaris Apotelesmata*, Jo. Leunclavius, Francofurti, anno 1587; et Nic. Rigaltius, sub veri auctoris nomine, Lutetiae anno 1603; sed in utraque editione desunt quaedam in initio.

4. 'Aristotiles de sompno et vigilia et ea que in sompno divinatione.' **f. 128.**

5. (*Saec.* xiv. *manu Italica.*) 'Summa introductoria super advocacione in foro ecclesie, composita a domino Bonaguida judice et juris causarum vel canonum professione' (*lege* professore]. **f. 137.**

Inc. 'Cum advocacionis officium perquam utile.' Manca ad finem.

104.

Membranaceus, pro maxima parte binis columnis exaratus. In 4°. Saecc. xii, xiii, xiv. ff. 198. Olim inter codd. T. Allen, 'A. 209,' '38;' 'A. 87,' '23;' 'A. 160,' '64;' 'A. 135,' '86;' 'A. 161,' '70.' Art. ii. 'Liber domus beate Marie de Witham. ordinis Carthusiensis, ex dono magistri Johannis Blacman.'

1. (*Saec.* xiii.) 'Tractatus beati Roberti Grosteste, Lincolniensis episcopi, de anima.' **f. 1.**

Inc. 'Multi circa animam erraverunt.'

Expl. '—omnia corpora tam celestia quam inferiora naturalia sunt.'

2. (*Saec.* xiii. *ineuntis.*) 'Liber magistri Galfridi Anglici [de Vino Salvo] de artificio loquendi,' sive Nova Poetria. **f. 21.**

Inc. 'Papa stupor mundi, si dixero papa nocenti.'
Expl. 'Gestum: per notulas hec est moderata venustas.'
Desunt sexaginta circiter versus ad finem.
Impress. apud Leyserum, *Hist. poett. medii aevi*, pp. 862–978; et saepe alibi.

3. Alani de Insulis Anti-Claudianus. **f. 34b.**

Inc. 'Auctoris mendico stilum phalerasque poete.'
Ad calc. 'Explicit Anticlaudianus Alani de Antirufino.'
Saepe impressus.
In fol. 60b sunt octodecim versus initiales Alexandreidos Gualteri de Castellione.

4. [*Saec.* xiv.] [Alexandri de Villa Dei Massa compoti]; cum praefatione et notis marginalibus. **f. 61.**

Inc. praef. 'Licet modo in fine temporum.'
Inc. textus, 'Aureus in Jano numerus clavesque novantur.'

5. [Ejusdem] Algorismus; cum notis. **f. 68.**

Inc. 'Hec Ambrosmus ars presens dicitur, in qua.'

6. Quaestiones arithmeticae, cum solutionibus; *imperf.* **f. 73b.**

Inc. 'Sunt tres homines S. et P. et C. et habebant, S. 10 pira.'

7. [*Saec.* xv. *ineuntis.*] Regulae de nativitatibus. **f. 75b.**

8. Notae paucae chronologicae de regno Angliae a coronatione Edw. III. [qui dicitur 'flos tocius milicie Christiane'] A.D. 1324, ad coronationem Henr. IV. A.D. 1399. **f. 77b.**

9. [*Saec.* xiii.] De cognitione quantitatis linearis, superficialis et solidaris; cum figuris. **f. 78.**

Inc. 'Quia cujuslibet quantitatis noticia ex numeri relacione consistit.'
Deest fol. unum, et manu altera concluditur tractatus.
Ad calc. 'Explicit ars mensurandi quantitatem linearem superficialem et solidarem.' Sequitur nota brevis de mensuris Anglicis.

10. [Alhazen] 'Liber de ascencionibus nubium,' sive de crepusculis. **f. 80.**

Imperf.; desinit in cap. secundo.
Inc. 'Ostendere quid crepusculum et que causa necessaria faciens ejus apparicionem.'
Impr. ad calc. Alhazen Opticae, fol. Bas. 1572.
Desunt (secundum numerationem veterem) septem folia.

11. [*Saec.* xiv.] 'Compendium theorice planetarum.' **f. 82.**

Inc. 'Zodiacus est quidam magnus circulus.'

12. 'Conclusiones theorice planetarum.' **f. 84b.**

Inc. 'Conclusio prima: solem in suo ecentrico.'

13. Nota brevis: 'Ad investigandum loca planetarum qui dicuntur erratici per tabulas Ewyas.' **f. 85b.**

14. Ars geomantiae; *Gallice. ibid.*

Inc. 'Ceste art est appelle geomencie, et en autre manere la file de astronomye, et en la terce manere est appelle la science de gravel.'
Desinit manca.

15. [*Saec.* xiii.] Adae de Marisco Epistola ad Sewallum archiepiscopum Eboracensem. **f. 90.**

Impr. apud *Monumenta Franciscana* per J. S. Brewer, 8°. Lond. 1858, pp. 438–489.

16. [*Saec.* xiv.] 'Tractatus de potenciis anime per magistrum Walterum de Burley.' **f. 102.**

Inc. 'Ut dicit Aristoteles in secundo de anima.'

17. Tabula docens 'quot pedes habeat virga in quolibet mense per singulas horas.' **f. 107b.**

18. Nota brevis: ad inveniendum meridiem alicujus diei per umbram. **f. 108.**

19. De quadrantis compositione et usu, cum figura. **ff. 108, 108b.**

Inc. 'Cum quadrantem componere volueris accipe tabulam eneam.'

20. Rob. Grosseteste, episc. Linc., tractatus de luce. **f. 109b.**

Inc. 'Formam primam corporalem.'
Expl. '—in musicis modulaminibus, gestibus et rithmicis temporibus. Explicit tractatus de luce secundum Linc.'

21. Ejusdem tractatus brevissimus de coloribus. **f. 110b.**

Inc. 'Color est lux inceperata (*sic*) perspicuo.'
Expl. '—quos voluerint visibiliter ostendunt. Explicit de coloribus secundum Linc.'

22. Ejusdem tractatus de iride. *ibid.*

Inc. 'Et perspectivi et phisici est speculatio de yride.'
Expl. '—prope terram et ipsius expansio. Explicit tractatus de yride secundum Linc.'

23. Tabula multiplicatoria. **f. 111.**

24. Aristoteles de coloribus. **f. 112.**

Ad calc. 'Explicit textus libri Arist. de coloribus.'

25. Averrois Commentarius in librum Aristotelis de sensu et sensato. **f. 116.**

Inc. 'Virtutes quedam sensibiles.'

26. Idem super librum ejusdem de memoria et reminiscentia. **f. 119b.**

Inc. 'Secundus tractatus autem incipit, Perscrutari de rememoratione.'

27. Idem super librum ejusdem de somno et vigilia. **f. 121b.**

Inc. 'Et cum diximus de hac virtute.'
Fine mutilus.

28. [*Saec.* xiv. *manu Italica.*] 'Tractatus brevis et utilis de gradibus, compilatus a m. B. de Gordonio.' **f. 124.**

Imperf.; incipit juxta finem particulae secundae.

29. 'Tabula magistri Bernardi de x. ingeniis curandi morbos.' **f. 128b.**

30. 'Tractatus brevis et utilis supra materiam de crisi et diebus creticis, compilatus a m. Bernardo de Gordonio in studio Montep[essulano].' **f. 131b.**

Imperf.; desinit juxta finem capituli quinti et ultimi.
Folia in quibus opuscula haec Bernardi inveniuntur olim in quodam alio codice numeris 170–180 designabantur.

31. [*Saec.* xii.] Pars carminis Hildeberti, episc. Cenomannensis, sive, ut alii, Petri de Riga (ex *Aurora* ejus) de Susanna. **f. 136.**

Inc. in versu, 'Canities etiam mentiri novit, et albam.' Impr. inter Opp. Hildeberti, fol. Par. 1708, col. 1233.

32. [Ejusdem?] Carmen de navigatione a Gallia in Angliam per mare procellosum, et de laudibus Anglorum. **f. 136ᵇ.**

Inc. 'Venimus ad naves, conscendere nos prohibebat
Imperiosa satis causa, timere mori.'

33. [Ejusdem?] Carmen in laudem Angliae. *ibid.*

Inc. 'Anglia terra ferax et fertilis angulus orbis
Fertilior cornu copia sacra tuo.'

34. [Ejusdem?] Carmen contra Papam quendam e vivis excessum [Innocentium II.?] **f. 137.**

Inc. 'Papa nocens, qui nemo nocencior effera cujus
Stat sibi, plus mundo vita nociva fuit.'

35. [Ejusdem?] Versus in laudem Jacincti [Hyacinthi] cujusdam. *ibid.*

Inc. 'Celsus ad excelsos Jacincte vocaris honores.'

36. Ejusdem carmen in laudem Samsonis [Remensis archipraesulis]. *ibid.*

Inc. 'Tange, manus, calamum, Samsonis pinge triumphos.' Impr. inter Opp. Hildeberti, *ut supra*, col. 1316.

37. — de quatuor Evangelistis. **f. 137ᵇ.**

Inc. 'Tange, Camena, stilum, faleratos exue vultus.' (vel, cultus.)
Impr. *ibid.* col. 1317.

38. — de tribus hominis mansionibus. *ibid.*

Inc. 'Trina domus justo est, sit in aere prima, secunda.' Impr. *ibid.* col. 1316.

39. [Ejusdem?] Versus de Maria Magdalena. **f. 138.**

Inc. 'Procumbit Christi pedibus non lota lavatrix.'

40. — de vero monacho. *ibid.*

Inc. 'Non tonsura facit monachum, non horrida vestis,
Sed virtus animi perpetuusque rigor.'

41. — de passione Christi. *ibid.*

Inc. 'Ponitur in precio res inpreciabilis, ipse
Perditur exiguo, venditur ere Deus.'

42. — Hymnus ad B. V. Mariam. **f. 138ᵇ.**

Inc. 'Salve prosapia regali nata Maria.'

43. — hexastichon de praeparatione in adventum Domini. *ibid.*

Inc. 'Quisquis serat dum transit hiemps, estate sequenti.'

44. Ejusdem hexastichon de vinea Domini. *ibid.*

Inc. 'Vinea culta fuit, cultores premia querunt.'
Tetrastichon inter *Opp.* ut supra, col. 1363. Hic autem hi duo versus adduntur:—

'Sic Deus ostendit quod quandocunque velimus
Aggrediamur opus, certi de munere simus.'

45. [Ejusdem?] tetrastichon de vero jejunio. *ibid.*

Inc. 'Sit simul exclusus cum carne libidinis usus.'

46. [Ejusdem?] hexastichon de cruce via vitae. *ibid.*

Inc. 'Vita beata Deus mortem gustavit ad horam.'

47. [Ejusdem?] Versus contra superbiam hominis et de miseria conditionis ejus. *ibid.*

Inc. 'Unde superbit homo cujus conceptio culpa.'
Duo versus initiales reperiuntur in initio poematis de eadem re quod inter Opera Giraldi Cambrensis exstat (vol. i. p. 371, Lond. 1861), sed caeteri omnino differunt.

48. [Ejusdem?] Carmen in quo homo araneae comparatur. *ibid.*

Inc. 'Vermis est aranea, vermis monstruosus.'

49. [Matthaei Vindocinensis] Tobias, sive Historia Tobiae carmine expressa. **f. 139.**

Ad calc. 'Expliciunt versus Tobie.'
Saepe impressa.

50. Disticha duo; i. de judice eadem cum reo faciente; ii. de lingua tacita quum opus loquatur. **f. 151.**

51. [Hugonis de Sancto Victore] Sermo in Cantic. iv. 6–8. **f. 151ᵇ.**

Inc. '*Ibo michi* [etc.] Sponsus quidam hic loquitur qui habet sponsam.'
Inter *Opp.* fol. Ven. 1588, vol. ii. fol. 113.

52. [Augustini] Sermo in Prov. xxxi. 10–31. **f. 154.**

Inc. '*Mulierem fortem* [etc.] Prestabit nobis Dominus.'
Sermo 37 inter Sermones in edit. Benedict. Operum, Par. 1683, vol. v. col. 181.

53. Sententiae quaedam morales. **f. 160ᵇ.**

Inc. 'Quod decrevit majestas regia firmum debet ac stabile permanere.'
Expl. 'Denigrat meritum dantis mora. Et magister H[ugo] Constanciensis episcopus dicit,
Munus dilatum diluit omne datum.'

---

54. [*Saec.* xiii. *ineuntis.*] 'Integumenta secundum magistrum Johannem Anglicum, super Ovidium Metamorphoseos' (*sic*), scil. epitome fabularum atque expositio, metrice atque prosaice expressae. **f. 161.**

Inc. 'Par . . . . (*mutil.*)
O . . .
Sic . . . . poetis
Et . . . . illo levis
Morphosis . . . . ine Johannis
Pandit et . . . . . servit ei
Nodos secreti denodat, clausa revelat,
Rarificat nebulas, Integumenta canit.'

55. Pars initialis et exigua, commentarii cujusdam super opus Ebrardi Bethuniensis *Graecismus* dictum, sive compendium dictionum multiplicem significationem habentium. **f. 167ᵇ.**

Desinit abrupte, post expositionem prooemii operis, in comment. super versum primum, *Est proprie meta*, etc.

---

56. Capitula xxvi–li (et pars cap. 25) cujusdam tractatus de phenomenis naturalibus mundi, scil. de ventis, tonitruis, nubibus, maribus, etc. **f. 169.**

Inc. cap. xxvi. de ventis, 'Ventus est aer commotus et agitatus.'

57. Catalogus librorum per Johannem de Bruges, monachum Coventriensem, in usum ecclesiae Coventriensis exscriptorum; et notae de terris per Leofwinum abbatem et episcopos Robertum de Lymesi et Rogerum alienatis. **f. 171.**

Impr. per T. Hearne, in opere [Ric. Rawlinson] cui tit. *Hist. and Antiq. of Glastonbury*, 8°. Oxf. 1722, pp. 291–4.

58. (*Manu alt.*) Confirmatio Magnae Cartae per Henr. III.; Westm. 11 Feb. an. 9 [1225]. **f. 171b.**

59. Confirmatio Cartae de foresta, per eundem. **f. 173.**

---

60. [*Saec.* xiii.] [Gulielmi de Conchis] de elementis philosophiae naturalis libri iv. **f. 176.**

Inc. 'Philosophia est eorum que sunt.'

Impr. sub nomine Bedae in variis editionibus operum ejus, vol. ii.

Synopsis contentorum hujus codices exstat in Langbainii Adversariis MSS., vol. vii. pp. 405-410, 249-50.

105.

Chartaceus. In 4°. Saec. xiv. exeuntis. Utrinque mancus, et madore corruptus. ff. 203; desunt, secundum veterem enumerationem, 103 folia in initio, et duo inter ff. 175-6.

Quaestiones in Galeni 'Tegni,' seu Artem Parvam.

Incip. in quaest. 22, libri secundi; desin. in quaest. 11 libri tertii.

106.

Chartaceus. In 4°. Saec. xv. ff. 82. Praemissa est tabula capitulorum.

'Computo, tracto del corso del sole e della luna dellanno e demesi delle settimane e dedi e delhore, e dipui altre cose conuenienti accio ordinate per la sancta madre chiesa.'

Ad calc. (f. 79b), 'Finito e la presente opera e scripta per me Agnolo di Jacopo Dedinuzi dascō Gimignano notario publico Fiorentino e alpresente not. dedampni dati e cancellieri del commune di Vinci nel castello desso commune, in anno Domini MCCCCLXXXI°. indict. xv., die xxiiij mensis Decembris. Laus Deo. Eo modo et forma prout in exemplari.'

Sequitur tabula Paschalis ab anno 1472 ad an. 1527; item, 'Notitia diquelle tre messe lequali si dicono per la natiuita di Yhesu Christo.'

107.

Membranaceus. In 4°. sive 8vo. maj. Saec. xiv. ff. 52. Olim 'liber Guilelmi Martialis, non ita pridem, jure jam olim Mertonensis Collegii socii.' Inter codd. T. Allen, 'A. 85.'

'Summa magistri Willelmi de Conches super naturalibus questionibus [et] responsionibus . . .' (*caetera erasa sunt*); cum figuris.

Dialogus inter auctorem et Henr. ducem Normanniae, postea Regem Angliae.

Inc. 'Queris, venerande dux Normannorum et comes Andegavensium.'

Expl. (f. 49), 'Extincto vero naturali calore desinit homo vivere. Explicit.'

Sequuntur quaedam de divisione mundi et anni.

Accedit index, in chartis, manu saec. xv.

108.

Membranaceus. In 8vo. maj. ff. 112. Saec. xii. Bene exaratus, literis ad initium cujusque libri eleganter ornatis. Inter codd. T. Allen, '55,' 'A. 117.'

1. 'Glose super Johannicium,' scil. super Isagogen Johannitii in Tegni Galeni. **f. 4.**

Inc. 'Cum inter omnia animalia humanum corpus.'

2. Glossae in septem libros Aphorismorum Hippocratis. **f. 26.**

Inc. 'Temporibus Ypocratis doctissimi viri pro multiplici medicorum varietate.'

3. Glossae in Theophili Librum urinarum. **f. 76.**

Inc. 'Sicut in humano corpore non simpliciter sed multiformiter fit operatio.'

4. Glossae in Prognostica Galeni. **f. 91.**

Inc. 'Quoniam humana corpora assidue interius exteriusque dissolvuntur.'

5. Glossae in Philareti Librum de pulsibus. **f. 106b.**

Inc. 'Humana corpora tribus subjacent qualitatibus.'

In foliis tribus ad initium codicis sunt haec, manibus duabus saec. xiii., inscripta:—

1. 'Continencia omnium librorum phisicalium quos M. de Cuintune legat R. fratri suo;' catalogus librorum novendecim, includens 'Notulas subscriptas,' scil., glossas supradictas. f. 1.

2. De mundo, coelo, sole, luna, etc. f. 1b.

Inc. '*Mundus* quasi *undique motus* dicitur, est enim in perpetuo motu.'

109.

Membranaceus. In 4°. Saec. xiii. ineuntis. ff. 50. Olim inter codd. T. Allen, '29,' 'A. 64.'

1. Abbonis Floriacensis Passio S. Eadmundi Regis Saxonum Orientalium in Anglia; cum praef. ad Dunstanum, Dorobern. archiep. **f. 1.**

Impr. apud Surium, *Acta SS.* vol. vi. p. 465.

2. Officium in vigilia et in die S. Eadmundi, scil. lectiones et hymni, etc., cum notis musicis. **f. 34.**

110.

Membranaceus. In 4°. Saec. xiii. Binis columnis exaratus. ff. 62. Inter codd. T. Allen, '18,' 'A. 143.'

1. Vita et passio S. Elphegi, Cantuariensis archiepiscopi [auctore Osberno]. **f. 1.**

Inc. 'Principium nascendi splendididissimis natalibus trahens Elfegus.' Sine prologo.

Saepe impressa.

2. Vita S. Dunstani, Cantuariensis archiepiscopi, [auctore eodem]. **f. 35.**

Inc. 'Regnante magnifico rege Ethelstano.' Sine prologo.

Saepe impressa; recentissime, collato hoc codice, pp. 68-128 inter *Memorials of Saint Dunstan, edited by Will. Stubbs*, 8°. Lond. 1874.

111.

Chartaceus. In 4°. Saec. xv. ff. 66. Manu Italica.

Benedicti de Nursia libellus de sanitatis conservatione, sub titulis, sive capitulis, xciv. ordine alphabetico digestus.

Praemissa est tabula. Ad calc., 'Explicit pulcherimum et utilissimum opus ad sanitatis conservacionem, editum ab eximio arcium et medicine professore magistro Benedicto de Nursia, tunc serenissimi ac potentissimi ducis Mediolani medico, ad sanctissimum in Christo patrem et dominum nostrum dominum N. [Nicholaum V.] divina providencia summum pontificem.'

112.

Membranaceus. In 4°. Saec. xii. ineuntis. ff. 152.
• Olim in quadam bibliotheca signo 'H. 4' notatus.
Inter codd. T. Allen, '46,' 'A. 111.'

1. 'Vita Sancti Swithuni episcopi et confessoris,' lectionibus novem comprehensa. **f. 1.**

Incip. 'Glorioso rege Anglorum Eghberto regnante qui regi Kynegilso.'
Gocelino Bertiniano, postea Cantuariensi, ascripta, sub cujus nomine impressa exstat.

2. Vita S. Birini. **f. 5^b^.**

Incip. 'Beatissimus igitur Birinus magnificus pater.'
Eadem ac in cod. 39, *supra*.

3. Descriptio reliquiarum in magno palatio et in ecclesiis Constantinopolitanis conservatarum, cum variis de eisdem legendis. **f. 17.**

Inc. 'Hic sunt scripta omnia sanctuaria quae sunt in magno palacio sancti et magni Constantini.'
Expl. 'Ego autem, fratres karissimi, hoc tantillum descripsi. Sed orate pro me.'

4. Loca sancta in civitate Jerusalem. **f. 28^b^.**

5. Descriptio duodecim lapidum pro fundamentis muri coelestis civitatis positorum. **f. 29.**

6. 'Passio Sancti Marci Evvang. que est vii. kl. Mai.' **f. 32.**

Inc. 'Post gloriosam Domini nostri Jhesu Christi in coelum ascensionem.'

fol. 39 *vacat.*

7. 'Vita Sancti Benedicti, cognomento Biscop, abbatis, quae est ii. idus Januarii;' [auct. ven. Beda]. **f. 40.**

Inc. 'Religiosus Christi famulus Biscopus cognomento.'

8. 'Vita Sancti Ceolfridi abbatis.' **f. 47^b^.**

Inc. 'Praecipit apostolus Paulus scribens ad Hebreos.'
Cf. vitam impr. per Jos. Stevenson in Append. ad editionem suam Bedae *Opp. Hist.* vol. ii. p. 318.

9. 'Vita Sancti Egcwini episcopi;' annexis miraculis quibusdam. **f. 58.**

Inc. 'Temporibus regum Adelredi atque Kenredi.'
Concordat pro maxima parte (hic illic autem paulo fusior) cum vita a Thoma priore Eveshamiae abbreviata, quae exstat in *Chron. abbatiae de Evesham*, Lond. 1863, pp. 3-15, 34-35, 42-44, 40-41.

10. 'Vita sancti Maximi episcopi' [*potius* abbatis], et martyris in Gallia. **f. 66.**

Inc. 'Igitur sanctus Maximus ortus est in territorio Caturcense.' Apud *Acta SS.* Bolland. Jan. vol. i. pp. 91-94.

11. 'Vita sancti Encharii episcopi,' sive Eucherii, episc. Aurelianensis. **f. 72^b^.**

Inc. 'Fuit vir vite venerabilis et Deo dignus, Encharius nomine.'
Ibid. Feb. vol. iii. pp. 217-219; et alibi.

12. 'Vita sancti Eustasii abbatis' [auctore Jona Bobiensi]. **f. 75^b^.**

Inc. 'Igitur venerabilis Eustasii abbatis Luxoviensis monasterii scripturus vitam.'
Ibid. Mart. vol. iii. pp. 785-790.

13. Vita S. Burgundofarae, sive Farae, abbatissae Eboriacensis, auctore eodem. **f. 82.**

Inc. 'Meminisse lectorem velim me superius fuisse pollicitum.'
Apud Mabillonii *Acta SS. ord. Bened.* vol. ii. pp. 439-448, ad fin. cap. xiii.

14. Vita S. Salvii episcopi et martyris prope Valencenas in Belgio. **f. 91.**

Inc. 'Igitur regnante in perpetuum Domino et Salvatore nostro Jhesu Christo, tempore gloriosissimi ducis Francorum Karoli.'
Apud *Acta SS.* Bolland. Jun. vol. v. pp. 198-204.

15. Vita S. Indracti, Hiberni, apud Glastoniam sepulti. **f. 99.**

Inc. 'Regnante inperpetuum Domino et Salvatore nostro Jhesu Christo, anno incarnationis ejusdem Domini nostri sexcentesimo octuagesimo nono, imperante glorioso Augusto Justiniano.'
Expl. 'Finem dicendi hic, patres et domini, constituto (*sic*); non quod alia non sint que de hujus martiris sociorumve ejus actis possint referri mirabilibus, sed ne de re tam antiqua et ob hoc quam plurimum incerta, videar non de Anglica lingua in Latinam eorum acta vertisse, sed [quae] cordi advenere prorsus scriptitasse. Ob hoc itaque vitans hujus dictionis prolixitatem, statui non alia scribere quam que in exemplar Anglicum (*sic*) valui reperire. Sit laus ergo omnipotenti Deo, sit perpes gloria ejus Unigenito, sit decus potestasque Spiritui Paraclito in secula seculorum. Amen. Explicit.'
Non convenit cum vita quae sub nomine Gulielmi Malmesburiensis apud Colganum et Bollandi *Acta SS.* exstat.

16. 'Vita sancti Dewi [*alias* David] archiepiscopi' Menevensis, auctore Ricemarcho, episc. Menev. **f. 104.**

Inc. 'Dominus noster quamvis omnes suos ante mundi constitutionem dilexit atque prescivit.'
Expl. 'Michi autem qui Ricemarchus nominor, quique ingenioli mei capacitate his quamvis temerarius subdidi [*etc.*]. . . . . sine fine Deo collocent qui est benedictus super omnia Deus in secula seculorum. Amen. *Explicit vita sancti Dewi archiepiscopi.*'
Excerpta quaedam exstant in Whartoni *Anglia Sacra*, vol. ii. pp. 645-647.

17. 'Passio sancti Christophori martiris;' cum correctionibus et additionibus manu altera sed coaeva. **f. 119^b^.**

Inc. 'Cum per adventum unici Filii Dei.'
Expl. 'Credidit vero rex Dagnus et omnis domus ejus in Domino Jhesu Christo, cui est honor et gloria per omnia secula seculorum. Amen.'

18. 'Liber Proverbiorum domni G[odefridi] prioris' Wintoniensis. **f. 125^b^.**

Impr. apud *Anglo-Latin Satirical Poets, etc., edited by Thos. Wright*, Lond. 1872, vol. ii. pp. 103-147, ubi hic codex littera A designatur.

19. [Ejusdem?] Versus paralleli de rebus odiosis nimis, et de rebus statuendis cum bonis. **ff. 145^b^, 146.**

Inc. i. 'Res odiosa nimis
Si subditur equus iniquis,
Si sapiens stultis
Res odiosa nimis.'
ii. 'Res statuenda bonis
Si precipit equus iniquis,
Si sapiens stultis
Res statuenda bonis.'
Impr. *ibid.* pp. 160-162.

20. [Ejusdem?] Versus de historiis Veteris Testamenti, a morte Abel ad mortem Heli sacerdotis. **f. 147^b^.**

Inc. 'De grege prima suo dicat sanctissimus Abel,
Et vultu placido respicit illa Deus.'

Expl. 'Dum narratur Heli que sit fortuna duelli,
Cum de sede ruit non reprehensa luit.'

21. [Ejusdem?] Versus de historia Romana, a Metello usque ad Neronem. **f. 148.**

Inc. 'Absque metu belli florebat vita Metelli.'
Expl. 'Exiit orbe Nero, gaudeat omnis homo.'

22. Ejusdem Epigrammata historica, de regibus et episcopis Angliae, a Cnuto ad tempora Henr. I. **f. 148ᵇ.**

Ad calc. 'Explicit libellus Domni Godefridi.'
Impr. per T. Wright, *ut supra*, pp. 148–155.

113.

Membranaceus. Saec. xiv. In 4°. Utrinque mancus. ff. 208. Inter codd. T. Allen, '12,' 'A. 70.'

1. [Galfridi Hardeby] Tractatus de vita evangelica, sive defensio Fratrum Mendicantium et ordinis Eremitarum S. Augustini contra Ric. Fitzralph, archiep. Armachanum; in capitula viginti distinctus. **f. 1.**

Deest fol. primum.
Ad calc. 'Et sic libellus de vita evangelica sit finitus ad honorem Dei, cui sit honor et gloria per secula sempiterna. Amen.'

ff. 118, 119 *vacant.*

2. Vindicatio Fratrum Mendicantium contra oppugnatores; responsio (ut videtur) in librum Gulielmo de Sancto Amore *De periculis novissimorum temporum.* **f. 120.**

Inc. '*Ecce inimici tui sonuerunt* [etc.]. Omnipotens Deus, amator hominum, suo amore nobis utitur.'
Expl. 'Qui vero eis consenciunt ceci cecos sequentes simul cum eis in foveam cadent, a quo liberemur. Hec dicta sufficiant, Deo adjuvante, cui sit honor et graciarum accio in secula seculorum. Amen.'

3. Bulla Alex. IV. contra praedictum librum Gul. de Sancto Amore; 3 kal. Apr. anno pontif. 3. [1257.] **f. 204.**

Ad calc. 'Non Plus Hamptoñ And Prestoñ Quod etc.' (?)

4. 'Martyrium fratris Stephani [de Ungaria] de ordine fratrum Minorum,' anno 1334, die 22 Aprilis, in civitate Saray apud Saracenos, scriptum per Raymundum Marcerii, custodem ordinis Taurisinum, sicut didicit ab ore fratris Gregorii, socii ejusdem Stephani, qui tunc praesens extitit. **f. 205.**

Desunt quaedam in fine.
Synopsis contentorum partis codicis exstat in MS. Langbain. xix. pp. 35–38, 46–50.

114.

Membranaceus. In 4°. Saecc. xiii, xiv. ff. 229. Inter codd. T. Allen, '33,' 'A. 140.'

1. Tabulae variae astronomicae (partim pro meridie 'Leycestrie vel Norhamtonie') inter quas (f. 3) 'Tabula medie composicionis et operacionis solis et lune in annis Christi expansis per Campanum.' **ff. 1ᵇ–7.**

2. 'Canones super tabulis Campani.' **f. 8.**

3. 'Canones magistri J. de Liveris super tabula sequentes que sunt super Parisius.' **f. 9.**

4. 'Tractatus Profacii Judei de utraque eclipsi, lune scilicet et solis, de modo operandi et projiciendi utramque eclipsim.' **f. 17.**

Inc. 'Ut autem annos Arabum per hanc sequentem tabulam invenias.'
Sequuntur tres tabulae 'ad extrahendum annos Arabum ex annis Domini nostri Jhesu Christi notis nobis' et variae tabulae astronomicae ad civitatem Toleti calculatae.

5. Tabulae variae, ad civitates Toleti, Londoniarum et Oxoniae. **ff. 25–32.**

6. Canones super tabulas quatuor, i. de scientia chordandi arcum et arcuandi chordam; ii. de chorda recta altitudinis meridiei; iii. de modo operandi per stellas de nocte; iv. tabulam ascensionum. **f. 33.**

7. De diversis computationibus annorum, cum tabulis dierum in annis secundum Graecos et Arabes. **ff. 35ᵇ–36.**

8. Almanach Profacii Judaei, praemissis canonibus. **f. 37.**

Inc. can. 'Quando vis scire locum trium superiorum.'

Desunt folia quatuor.

9. Albumasar de magnis conjunctionibus, annorum revolutionibus, ac eorum profectionibus. **ff. 53–102.**

Imperf.; incipiens versus finem differentiae sextae tractatus secundi. Finitur, manu secunda, in margine inferiori fol. 100ᵇ, his verbis, 'Completus est liber conjunctionum Albumasar, Jafar filii, cum laude Dei et auxilio ejus. Amen.' In fol. 103ᵇ adduntur differentiae 1–3 primi libri.

10. De praesagiis tonitruum. **f. 83.**

11. Astrologica varia de nativitatibus, eclipsibus, etc. **f. 83ᵇ.**

folium 85 *vacat.*

12. Ad inveniendum tempus conjunctionis solis et lunae, verum locum solis, etc. **ff. 102–4ᵇ.**

13. Tractatus de stellis fixis et de potestatibus earum. **f. 105.**

Inc. 'Sciencia stellarum fixarum et quod evenit ex operibus earum patefaciam tibi.'
Expl. '—scito quod universa que dixi tibi erunt in civitate que fuerit in divisione ejusdem signi, et considera ergo hoc quod non herrab' [errabis?] si Deus noluerit.'
Manu saec. xvi. Haly dicitur esse auctor; postea autem manus eadem addit, 'ista de stellis fixis sunt apud Guidonem,' sed non reperiuntur in opere Guidonis Bonati *de Astronomia*. Annon sit alter Guido astrologus?
Ad oram inferiorem fol. 107 inseritur nota de conjunctione Saturni et Jovis, 21 Apr. 1306.

14. Tractatus primus et secundus Quadripartiti Ptolomaei, cum commentario Haly Abenragel. **f. 108.**

Imperf.; incipit in cap. 19 tract. i. ad verba, '—tales ventos, et pars occidentalis est feminina.'
Expl. '—id quod accidet in mundo, de pauco vel multo, cum auxilio summe rei.'
Impr. fol. Ven. 1493.

15. Tractatus Abrahae Aben-Ezrae de planetarum conjunctionibus et annorum revolutionibus, ab

Henrico Bate translatus; cum prologo. ff. 165, 167.

Inc. prol. 'Tractatus Aveneszre de planetarum conjunctionibus et annorum revolucionibus translacionem aggressuri, in vestibulo quidem sermonis obstupimus.' Inc. tract. 'Si tu inveneris librum Albumazar.'

Ad calcem, 'Explicit liber de mundo vel seculo, completus die lune postluce, hora diei quasi decima, anno Domini 1281, inceptus in Leodio, perfectus in Matchlinia, translatus a magistro Henrico Vate [*al.* Bate] de Ebrayco in Latinum.'

Impr., una cum hac nota traductoris, inter *Abrahae Avenaris in re judiciali Opera*, 4°. Ven. 1507.

16. 'De effectu lune.' f. 175b.

Inc. 'De lunari effectu atque potencia secundum Se. juxta naturalem signorum ordinacionem ex dictis Aristotelis.'

17. Liber Zaelis 'de revolutionibus annorum' (secundum tit. manu saec. xvi. praefixum), sive de judiciis annorum secundum signa zodiaci. f. 176.

Notat quidam, saec. xvi., 'Liber secundus; liber primus alibi extat, sed non in hoc volumine.'

Inc. '*Hic incipit liber Zael.* Secundus post conditorem orbis moderator sol.'

Expl. '—vi appresse minus fuerint efficaces. Explicit fedidica [*l.* fatidica] Zael Banbinxeir Caldei. Translacio hec mam. [manu?] Gi. [Gerardi Cremonensis?] astronomie libri anno Domini 1138, 3 kal. Octobris translatus [*sic*] est.'

18. Haly, filii Aben-ragel, octava pars libri de judiciis astrorum, in qua de revolutionibus annorum. f. 199b.

Imperf., desinens in initio cap. xxv.

Incip. 'Dixit Aly filius Aben Rachel, Laudatus sit Deus qui est dominus subtilitatum.'

Impr. fol. Bas. 1571, et alibi.

115.

Membranaceus. In 4°. Saec. xv. ff. 106. Olim 'Liber ecclesie cathedralis beate Marie de Coventre' (f. 91b). Inter codd. T. Allen, '49,' 'A. 112.'

1. 'Tractatus de ymagine peccati, scriptus per magistrum Walterum Hilton cuidam recluso.' f. 1.

Inc. 'Dilecte in Christo frater, inter cetera que mihi scripsisti ostendere tuam miseriam verbis quibus potueras conatus es.'

Expl. '—nam qui dederit tibi velle dabit et perficere pro bona voluntate ad laudem et honorem nominis sui. Amen.'

Sequitur exemplar alterum et originale primi folii, quod rescriptum in initio exstat.

2. [Bonaventurae] Stimulus amoris, in tribus partibus. f. 11.

Ad calc. 'Expliciunt meditaciones cujusdam simplicis cordati et pauperculi discalciati et contemptibilis denudati, sapientissimorum rudissimi, electorum infimi, et Minorum minimi. Deo gracias.'

3. [Hugonis de Sancto Victore] Tractatus de conscientia; scil. liber tertius tractatus ejus de anima. f. 78.

Inc. 'Domus hec in qua habitamus.'

Inter *Opp.* fol. Ven. 1588, vol. ii. fol. 82.

4. 'Incipit quidam tractatus scrupulositate conscicncie vexatis valde utilis.' f. 91b.

Inc. 'Dubia in vestra epistola contenta mihi sunt tam difficilia.'

Expl. 'Scio quod libenter fertis insipientes cum sitis ipsi sapientes. Explicit tractatus de consciencia scrupulosa.'

5. [*Saec.* xiv.] 'Tractatus valde utilis quomodo homo debet se habere in omnibus temptacionibus Hugonis de Sancto Victore.' f. 105.

Manu saec. xv. haec praemissa sunt: 'Subsequencia notabilia facta sunt a Ricardo, ut fertur, de Sancto Victore. Remedium contra scrupulositatem consciencie, missum mihi per T. Fyscheburne.'

Inc. 'Aliqui propter cordis pusillanimitatem putant se desperare cum non desperant.'

Non inter Opera impressa aut Hugonis aut Ricardi de Sancto Victore exstare videtur.

Folium ad initium codicis compactum fragmentum exhibet indulgentiae concessae per . . . archiepiscopos, Johannem Imelacensem episc., Johannem Carminen. episc., Petrum, aliosque, omnibus preces offerentibus pro animabus Roberti Countermayl et Amiciae uxoris suae, qui jacent humati infra dioc. Covent. et Lichf., et pro . . . al' de Kyngesley, impetratore praesentium; *c.* 1470-80.

116.

Chartaceus. In 4°. minori. Saec. xvii. ineuntis. ff. 216. Manu Italica.

Disputationes academicae Romanae in Isagogen Porphyrii sive commentarium super Praedicamenta Aristotelis.

117.

Chartaceus. In 4°. minori. Saec. xvii. ineuntis. ff. 115. Manu eadem ac codex praecedens.

'Institutio ad logicam;' disputationes academicae.

118.

Chartaceus. In 4°. minori. Saec. xvii. ineuntis. ff. 426. Manu eadem ac codices duo praecedentes.

'Introductio ad logicam;' disputationes academicae.

Ad calc. 'Anno Domini 1609 in colegio Romano a R. P. Antonio Magilio.'

119.

Membranaceus. In 4°. minori. Saec. xiv. ineuntis. ff. 222. Anno 1581 possedit 'Joannes Deeus;' anno 1626 acquisivit K. Digby.

1. Recepta varia alchemica; inter quae, de opere albo et rubeo, et, 'ad ignem Grecum.' ff. 1-7, 22-25b.

In ora inferiori fol. 25b sunt nomina, 'Frater Johannes Drews, de ordine Minorum.' 'Frater Johannes Somer, de ordine Praedicatorum.'

2. Tabula, manu saec. xiv., capitulorum omnium librorum in hoc codice contentorum; intit. 'Medulla a diversis libris alkymie extracta,' etc. ff. 9-22.

3. [Alberti Magni] Libri v. de mineralibus. f. 26.

Inter *Opp.* fol. Lugd. 1651, vol. ii. par. ii. p. 210.

4. 'Breve breviarium fratris Rogeri Bacon de dono Dei,' de metallis et eorum transmutatione; ad Raymundum Gaufridum scriptum. **f. 64.**

Inc. 'Breve breviarium breviter abbreviatum sufficit intelligenti.'

Impr. inter *R. Baconis de arte chymiae scripta*, 12°. Francof. 1603, p. 95; et alibi.

5. Raymundi Gaufridi, ordinis fratrum Minorum ministri generalis, Verbum abbreviatum de leone viridi, 'ab egregio doctore nostro Rogero Bacon primo declaratum.' **f. 77b.**

Inc. 'Verbum abbreviatum verissimum et approbatum.'

Ibid. p. 264. Notula ibi impressa in fine, p. 285, in nostro codice de verbo ad verbum inscripta est.

6. 'Secretum Secretorum nature;' de laude lapidis philosophorum. **f. 80.**

Ibid. p. 285.

7. Rogeri Bacon Tractatus trium verborum, sive Epistolae tres ad Joannem Parisiensem. **f. 82.**

Inc. 'Cum ego Rogerus rogatus a pluribus sapientibus de separacione ignis ab oleo.'

Ad calc. 'Explicit verdhsm. meuetz. dhsm. Rlierh. azdsu. ad fratrem. hleggimē.'

Ibid. p. 292.

8. Ejusdem Speculum secretorum, sive Editio de alchemia. **f. 90b.**

Inc. 'Edicio fratris Rogeri Bacun super instruccione tocius artis alkymie.'

Ibid. p. 387.

9. 'Confeccio lapidis majoris;' *Gallice.* **f. 92b.**

10. 'Nobile capitulum de materia et composicione aque vite frigide;' etc. **f. 93.**

11. 'Summa Aurea;' tractatus alchemicus anonymus, 'Ebrardi' cujusdam dictus [*v.* art. 35 *infra*]. **f. 94.**

Inc. 'Alkimia est sciencia docens transformare omne genus metallorum in bonum.'

Exemplar alterum anon. reperiendum est in cod. 147 *infra.*

12. 'Opus lapidis rebis vel besci,' cum commento. **f. 96.**

Ad calc. textus, 'Explicit opus debesci;' in fol. 97 '—versus operis dabasci.'

Desunt folia duo.

13. Tractatus Triginta Verborum, sive regularum, de elixir conficiendo. **f. 98.**

Inc. *imperfecte* in Verbo primo, '—reconde, deinde autem iterum mitte in aqua destillata.'

14. 'Liber secretorum alkymie ab Haly editus, filio Salith.' **f. 99b.**

Inc. 'Liber secretorum philosophorum in opere alkymico per Haly filium Selith (*sic*) compositus qui Salith fuit filius Imcauso filii Euphon philosophorum, quibus Creator indulgeat in eternum.'

Expl. 'Adora ergo Creatorem qui tibi tantam graciam sua misericordia voluit exhibere. *Explicit liber qui intitulatur Secretum Secretorum Haly philosophi.*'

Impr. sub nomine regis Calid, p. 209, vol. v. *Theatri Chemici*, 8°. Argent. 1622; et saepe alibi.

15. 'Practica Haly philosophi.' **f. 103.**

Inc. 'Cum ergo volueris.'

Ad calc. 'Explicit practica Hali filii Imcauso filii Euphon.'

Impr. *ibid.*, ut cap. xv. operis supradicti.

16. Tractatus de variis alchemicis. **f. 103.**

Inc. 'Argentum vivum congelatur per Saturnum calidum superadjectum.'

Expl. 'Vitrum, dissolvi debet, cum quo fit azorium. *Explicit.*'

17. Tractatus brevis de coloribus multiplicibus inter operationes alchemicas generatis. **f. 106b.**

Inc. 'Si quis huic operi alkymico insistere voluit.'

18. Varia alia alchemica. **ff. 107–110.**

Deest fol. unum.

19. Tractatus de operationibus alchemicis quibus corpora varia dissolvuntur; titulo '*Portae*' forsan insignitus [cf. ff. 120, 122, 124 etc.]; in septem partes distinctus. **f. 111.**

In tabula contentorum intitulatus est, 'Bubucharius Mahometes de secretis.' Auctor iste ita in libro quinto citatur: 'Bubachar dixit quoniam lapides vitreantur cum salibus.'

Incip. *imperfecte* cum verbis '—et boracis albe colate partes 3.'

Expl. 'Custodias librum istum ab omnibus nec eis ostendas, quia quilibet potest eum intelligere dummodo ipsum videat et legat quia planus est et verus. *Explicit:*' additur, manu saec. xv, 'liber Bubachari Machometi.'

20. Tractatus Tullii Graeci de operationibus alchemicis; libris tribus. **f. 128.**

Inc. 'Dixit Tullius, Tantum debes confricare.'

21. Liber Nabali et Phileti philosophorum super intencione Tullii in quolibet capitulo. **f. 131.**

Inc. 'Dixerunt, In principio hujus intencionis quoniam omnia fiunt ex terra.'

22. Alchemica varia. **f. 133.**

23. 'De oleis philosophorum.' **f. 133b.**

24. 'Diversa capitula extracta ex diversis dictis sapientum, a pluribus probata.' **f. 135b.**

25. 'Ars argentariorum.' **f. 139b.**

Inc. 'Habeat argentarius sive aurifaber utensilia competencia officio suo.' Versus finem his verbis citatur tractatus proxime sequens: 'sicut docetur in tractatu qui dicitur Ycocedron nuper edito.'

26. Gualteri Odington, sive Eveshamensis, Tractatus de alchymia, *Icosihedron* dictus; cum figuris vasorum hic illic in margine. **f. 142.**

Inc. 'Alkymiste moderni temporis sunt plerique delusores.'

Ad calc. 'Nemo pervertat vel occultet quod ego frater Walterus de Otyntone monachus de Evesham duxi caritatis intuitu manifestare. Qui autem fecerit malediccionem Dei incurrat; sed amantibus sapienciam gratis communicetur, et quia tractatus xx. capitulis concluditur *Ycocedron* nominetur.'

In superiori margine primi folii manu altera nomen 'Arnaldus' [de Villa Nova ?] est appositum, sed quare, non apparet. Ex hoc autem in tabula contentorum codicis, et exinde in veteri catalogo, prima pars tractatus dicta est 'Arnaldi tractatus de solutione dubiorum in alkymia.' Auctor vero in principio tractatus dicit, '*nec obligo me ad solucionem dubiorum*, que sunt in arte quasi infinita.'

27. 'Liber de operibus Antiochi.' **f. 148.**

Inc. 'Accipe Mercurii vi. partes.'

28. 'Liber utilitatis nature secretorum;' partibus quatuor. **f. 157.**

Inc. 'Liber iste qui merito Utilitatis inscribitur ex archanorum philosophie floribus aromaticitate suavi fragrantibus electis ex compositis 4 partibus congruis roboratur.'

29. Tabula brevis synonymorum in arte alchemica. **f. 167.**

30. 'Liber Rationum, super corpora, spiritus, sales et atramenta:' [*tit. manu saec.* xv. *praefixo*]. **f. 167ᵇ.**

Inc. 'Scias quod atramentorum multa sunt genera.'

31. 'Liber 12 aquarum.' **f. 175ᵇ.**

Inc. 'Capitulum aquarum valde acutarum et calidarum.'

32. Avicennae ad Hasen regem epistola. **f. 176ᵇ.**

Inc. 'Pertractata sunt inter me et Haysin quedam de eo quod ipse scit verba.'

Impress. in *Theatro Chemico,* vol. iv. p. 863, 8°. Argent. 1659.

33. 'Liber intencionis majoris operis et minoris;' [*tit. manu saec.* xv.]. **f. 180ᵇ.**

Inc. 'Intencio circa solem et lunam est practica que dividitur in duos modos hujus artis, scilicet in majus opus et minus.'

34. 'De spiritu occultato in sulphure' [*tit. manu saec.* xvi.], sive epistola de secretis naturae. **f. 182ᵇ.**

Inc. 'Interrogacioni tue de secretis nature, amice dilectissime.'

35. Ebrardi Summa aurea. **f. 185.**

Inc. 'Alkymia est sciencia docens transformare omne genus metali.'

Ad calc. 'Explicit liber aureus quem fecit Ebrardus.'

36. 'Tractatus de preparacionibus spirituum et aquarum:' [*tit. manu saec.* xv.]. **f. 186ᵇ.**

Inc. et des. prol. 'A primevis infancie cunabulis meisque tenerrimis annis . . . hunc librum compilavi ubi omnes operaciones continentur sciencie memorate per ordinem seriatim.'

37. Tractatus quidam alchemicus 'de inferiorum corporum alteracione.' **f. 188.**

Inc. 'Cum Rasis multiloquium et brevitas Avicenne reddat aliquos tremebundos.'

Expl. '—vel ferri purgati in optimum convertat solem. Explicit.'

Deest folium unicum.

38. 'Liber' brevissimus 'modorum ignis et ponderis Arthillei,' sive (*ut in veteri Catalogo*) Archillei. **f. 194.**

Ad calc. 'Explicit optimus liber de modis ignium et ponderum quo melior nullus invenitur.'

39. Experimenta varia alchemica; inter quae, 'opus libri arcaici,' 'secundum librum arcaycum,' 'secundum librum Syraicum.' **ff. 194, 195.**

40. 'Liber Hermetis de arte alkymie;' prologus. **f. 195.**

Inc. prol. 'Valde mentem meam suis garuli tantum mendaciis.'

41. 'Secundum Geber Buharem incipit liber adabessi quod est lapis de quo fit alkimia;' liber brevissimus. **f. 195ᵇ.**

Deest folium unicum.

42. Sententia Maharin ad Flandion de lapide in hoc opere necessario. **f. 196.**

43. 'Exposicio verborum Hermetis magistri philosophorum.' **f. 196ᵇ.**

Inc. 'Quoniam ea que Maharin et ceteri de quibus supra mensionem (*sic*) fecimus.'

Ad calc. 'Hec est edicio verborum Hermetis juxta racionem Massillencium. Qui melius sapit, melius dicat.'

44. Operationes variae alchemicae simul collectae, inter quas multa de aquis corrosivis. **ff. 197–210.**

Deest fol. unicum inter ff. 200–201.

45. Liber Rasis de aquis 12 optimis. **ff. 205–6.**

Inc. 'Aqua mollificatissima et nigrissima.'

46. Hermetis Tractatus de lapidis philosophici secreto, atque Tabula Smaragdina; septem capitulis. **f. 211.**

Inc. 'Cum in tanta etatis prolixitate.'

Expl. 'Itaque vocatus sum Hermes tres tocius mundi partes habens sapiencie. Completum est quod diximus in operacione lune et solis.'

Ad init., manu saec. xv., 'Liber valde corruptus.'

Alia versio Tractatus exstat in *Theatro Chemico,* vol. iv. p. 592.

Tabula Smaragdina impr. ad calc. *Gebri Alchemiae,* 4°. Bernae, 1545, p. 294.

47. Alchemica varia; inter quae, quaedam de herbis variis, atque experimentum quoddam Gallice scriptum. **ff. 217ᵇ–219.**

48. Hortulani, sive Ortolani [i. e. ut dicunt quidam, Joannes de Garlaudia], commentarius in Tabulam Smaragdinam Hermetis. **f. 219ᵇ.**

Inc. 'Gloria laudis resonet in ore omnium creaturarum.'

Exstat versio alia impressa cum Gebro, *ut supra,* p. 295; et alibi.

In fol. 219ᵇ est nomen, 'Joh. Lawton.'

120.

Chartaceus. In 4°. Saec. xvi. ff. 310. Manu Italica.

1. 'In libros [Aristotelis] de generatione et corruptione quaestiones r. p. T. Alciati, [Romae] MDCV.' **f. 1.**

2. 'In Metaphysicam Aristotelis questiones r. p. Alciati, MDCV.' **f. 245.**

121.

Membranaceus. In 4°. ff. 90. Saec. xv. Binis columnis, manu Italica.

Varia de rebus alchemicis, libris quinque sive sex, ordine confuso, disposita.

1. 'Incipit liber primus, de vii. generibus metallorum.' **f. 1.**

2. 'Explicit liber primus. Incipit secundus, de regimine salis.' **f. 43.**

3. 'Explicit liber iiᵘˢ. Incipit iiiᵘˢ de salibus.' **f. 60.**

4. 'Explicit liber secundus. Incipit tertius.' **f. 67.**

5. 'Explicit iiiᵘˢ. Incipit iiiiᵘˢ.' **f. 70.**

6. 'Explicit liber iiiiᵘˢ. Incipit v. qui dicitur Leviticus, in quo existit summa totius efficationis ac pōitois' (?). **f. 72ᵇ.**

In foliis duobus ad finem compactis sunt quaedam ejusdem generis sparsim scripta, partim *Italice.*

122.

Chartaceus. In 4°. Saec. xvi. ff. 139. Manu Italica.

1. Tabulae ascensionum ad medium sexti et septimi climatis, ex libro impresso [scil. Jo. Angeli *Astrolabio*, 4°. Aug. Vindel. 1488] excerptae, in octo foliis signo 'ƀ' subscriptis; praemissa explanatione manu scripta. **ff. 1–12.**

2. Tractatus de horoscopis inveniendis et calculatione nativitatum. **f. 13.**

Inc. 'In primo gradu arietis homo aliquando laborat, aliquando vero bella exercet.'

123.

Chartaceus. In 4°. Saec. xv. ff. 65.

1. Tractatus de morbis variis et eorum curatione; capitulis xcii. **f. 1.**

Tit. 'Iste medicine sunt regales et omnes probate, et non debent uti nisi in necessitate, et sunt tantum amicis precordialibus et fidelibus exhibende. *Incipit prolougus* (*sic*). Omnis morbus naturaliter venit in hominem aut accidentaliter.'

Sequitur ad calcem tabula capitulorum.

2. 'Tractatus sive compendium de epydimia;' sc. de febribus et igne S. Antonii. **f. 54.**

Inc. 'Quoniam omnia tam electa (?) quam elementata a superioribus reguntur.'

3. Liber Hermetis de significatione stellarum beibeniarum in nativitatibus. **f. 63.**

Tit. 'Iste liber est Hermetis qui fuit caput omnium sapientum, extractis (*sic*) de aliis libris tamquam flos, de virtute et profunditate eorumdem.'

Imperf., desinens in capitulo de Marte et Mercurio.

Impress. cum Ptolomaeo aliisque veteribus astronomis, fol. Ven. 1493, fol. 118.

124.

Chartaceus. In 4°. Saec. xvi. ff. 87. Mancus ad finem.

Alchemica varia, partim ex variis auctoribus excerpta, partim ex scriptis 'Dominici Parchassot, Ligoniensis in Burgundia, militis, et archiphilosophi Regis Romanorum et Hungarie et sacri ordinis Velleris Auri.' (**f. 4ᵇ.**)

Inter alia insunt haec :—

1. Carmina alchemica Dom. Parchassot. **f. 4ᵇ.**

2. Ejusdem Conclusiones in arte lapidis philosophici. **f. 15ᵇ.**

3. Practica alchemiae. **f. 35.**

Inc. 'Charissime fili, sapientes et philosophi in suis libris et voluminibus dicunt unanimiter.'

4. 'Notabilia bona valde utili (*sic*) in arte alchimie secundum Dominicum.' **f. 50.**

125.

Chartaceus. In 4°. Saec. xvii. ff. 128.

'Quaestiones in octo libros Phisicorum Aristotelis Stagiritae, a Patre Ludovico Fuster, societat. Jesu, in Gandiensi universitate, undecimo kalendas Decembris, 1625,' usque ad 6 Maii, 1626.

Accedit index quaestionum et capitum.

126.

Chartaceus. In 4°. Saec. xv. exeuntis. ff. 87. Minutis characteribus, manu Italica, exaratus.

Naturalis philosophiae summa, per Joannem Baptistam Sypontinum, in sex partes distincta, ut sequitur :—

1. 'Compendium phisicum de rebus naturalibus in communi.' **f. 1.**

2. 'Compendium de celo et mundo, seu de motu ad ubi.' **f. 17.**

3. 'Compendium de generatione et corruptione, seu de motu ad formam.' **f. 33.**

4. Compendium de phenomenis coelestibus. **f. 44.**

5. 'Compendium de mineralibus seu mixtis.' **f. 48ᵇ.**

6. Compendium de anima. **f. 58.**

Ad calcem, 'Explicit compendium de anima, et denique totius naturalis philosophie summa, edita per reverendum patrem D. Joannem Baptistam Sypontinum, canonicum regularem, philosophum eximium, astrologum prestantissimum, theologum elevatum, ac medicum peroptimum.'

127.

Chartaceus. In 4°. Saec. xvi. ff. 162.

1. 'Compilatio Leupoldi, ducatus Austrie filii, de astrorum sciencia;' tractatus astrologicus. **f. 1.**

Transcriptus ex editione Venetiis anno 1520 impressa.

2. Explanationes imaginum signorum, sicut expressae sunt in *Astrolabio Plano* Jo. Angeli (4°. Aug. Vindel. 1488). **f. 45.**

---

3. Large extracts 'out of an old written boke of Geomancie had [from] Mr. Hales,' with notes, probably from other sources, on the same subject; in English. **ff. 50–94.**

At f. 89 the horoscope of Rob. Newton, whether mistress Isabella Houldcrofte loves him, 22 Dec. 1564; at f. 91ᵇ, three charms.

---

4. 'Angelorum opus, aucthore Hermete philosopho perito;' a series of 66 hieroglyphical figures, well drawn and coloured, representing the various stages of alchemical processes, with titles in English. **f. 95.**

On the title-page is a series of seven figured circles significatory of the 'masculyne' and 'femynyne' humours of the body, surrounding an inner circle representing the 'prima materia.'

Of this tract later copies, by Simon Forman, are in Ashmole MSS. 1433, 1490.

128.

Chartaceus. In 4°. Saec. xvii. ff. 239. Manu eadem ac codex 125 supra.

'Preambulae quaedam et compendiariae disputationes ad universam disserendi facultatem,' sive de arte logicae; 'a P. Ludovico Fuster, societatis Jesu, in universitate Gandiensi societatis ejusdem;' 18 Nov. 1624–29 Nov. 1625.

Accedit index quaestionum et capitulorum.

129. [B. N. 7.]

Chartaceus. In 4°. Saec. xv. ff. 71. Hodie signo 'B. N. Digb. 7' notatus.

1. 'Quinti Serenii medicinalis liber ad Caesarem.' **f. 1.**

Versus tres, 'Membrorum series' etc., qui in impressis ad calcem prooemii exstant, hic in principio ponuntur.

2. Carmen de virtutibus herbae *Germandela* dictae. **f. 29.**

Inc. 'Cantreus grȩce quȩ germandela latine.'

3. Carmen de balneis. **f. 29b.**

Inc. 'Inter partes operum Deus est laudandus in illis.'
Sectiones poematis sunt, 'de sudatorio,' 'de fulfureo,' 'de bulla,' 'de astrane,' 'de juncare,' 'de balneolo,' 'de cripta vel balneo foris,' 'de balneo petrȩ,' 'de colatura,' et 'de lavacro.'

4. 'Versus Egidii de urinis;' sc. liber Ægidii Corboliensis. **f. 33.**

5. Versus ejusdem de pulsibus. **f. 42.**

Impress. cum libro praecedente.

6. [Marbodi] 'Liber de virtutibus lapidum.' **f. 53.**

130.

Membranaceus. In 4°. Saec. xv. ff. 90. Nitide a manu Italica exaratus. Ad init., 'Hunc librum habuit ex bibliotheca quam Pius 2us, Pont. Max. Sienis fundavit. K. D[igby].' In ora inferiore primi folii sunt insignia gentilitia [familiae de Malatesta?]; sc. scutum in septem partes, aureas et nigras, perpendiculariter divisum, [*Anglice* 'paly of seven, or and sable'].

1. Phalaridis epistolae, Latine versae per Franciscum de Accoltis, Arretinum, praemisso ejusdem Arretini, 'ad illustrem principem Malatestam Novellum de Malatestis' prooemio. **f. 1.**

2. 'Leonardi [Bruni] Arretini Ȩconomicorum Aristotelis e Grȩco traductio, ad Cosmam de Medicis;' praemissa praefatione. **f. 34.**

Impress. 4°. Par. 1526.

3. Ejusdem in librum eundem commentariolus. **f. 40.**

4. Diogenis Cynici Epistolae, ex Graeco per Franc. Arretinum traductae; praemissis, 'Elegia in qua musam alloquitur, mandatque ut libellum suum Epistolarum Dyogenis reddat Pio II. Pont. Max.,' atque praefatione ad eundem. **ff. 51, 52, 53.**

Impress. 4°. Florent. 1487.

5. Liber 'Petripauli Vergerii, Justinopolitani, ad generosum adolescentem Ubertinum de Carraria, de ingenuis moribus et liberalibus adolescentiȩ studiis.' **f. 68b.**

Impress. 8°. Lips. 1604.

6. Epistolae Publii Lentuli Senatoribus Romae et Pontii Pilati Tiberio imperatori, de Christo. **f. 88b.**

In foliis ad finem (89b, 90b), quaedam de coitu ex Avicenna et Averroe, et declaratio contra rebelles imperii infra provinciam Longobardiae.

131.

Membranaceus. In 8vo. Saec. xv. ff. 27. Manu Italica bene scriptus.

'Opusculum de medicina ac legali scientia, que dignior sit, atque de medicine causis cur vilior videatur;' dialogus inter Carolum Ghisilerium, legistam et militem, Petrus Johanenitum, medicum, et Nicolaum de Fabis, in cujus domo conveniunt.

Praemissa est dedicatio ad Andream Picolomini [de Siena, 1476–1496?]; nomen autem auctoris non constat.

132.

Chartaceus. In 4°. Saec. xvi. ff. 92. Olim inter codd. T. Allen, '57,' 'A. 153.'

1. Tabulae latitudinis planetarum. **ff. 1–28, 40–57.**

'1521, die 11 Martii, hora tertia post meridiem . . . per Joannem Vernerum, sacellanum divorum Joannis Baptistae Joannisque Evangelistae in suburbio Nurembergensi, computus praemissarum tabularum latitudinis planetarum consumatus scriptusque fuit.' (f. 13b.)

2. 'Joannis Verneri Nurembergensis compositiones et usus organorum latitudinum lunae et quinque planetarum.' **f. 29.**

'Aeditae scriptaeque anno . . . 1521, die Mercurii, vigesima quarta mensis Aprilis.' (f. 38b.)

3. Tabulae et figurae, multa cura descriptae, i illustrationem organorum praedictorum. **ff. 58–64.**

Ad fol. 61b, '1513, die 30 Octobris, Joannes VVerner hoc organum excogitavit, hortante Joanne Stabio.'
Sequitur (f. 65) liber impressus, cui tit. 'Equatorii astronomici . . . canones, per Jo. Schöner,' 4°. Nuremb. 1522, una cum Tabulis radicum per eundem, 4°. Nuremb. 1524.

133.

Chartaceus. In 4°. Saecc. xvii, xvi, et xv. ff. 169.

1. 'Discorso del flusso e reflusso del mare, del sig. Galileo Galilei, primario filosofo e matematicȩ

del ser. Gran Duca di Toscana, all' ill^{mo} e rev^{mo} sig. Car. Orsino.' f. 1.

'Scritta in Roma dal Giardine de Medici, li 8 di Gennaio, 1616.'

Primum impressus fuit anno 1780 in collectione intit. *Aggrandimento delle scienze fisiche*, per Joh. Targioni; postea in editionibus Operum Galilaei Mediolanensi atque Florentina.

2. 'Radix Mundi;' a treatise of the work of the philosophers' stone, by Roger Bacon, in fifteen chapters; 'finished and translated out of Lattin by Robert Freelove, of London, mercer, the 16 of Februarii, a° 1550.' f. 22.

Beg. 'The bodies of all things being, as well perfect as imperfect, from the begining of the Creation, are compondid of the 4 elements.'

3. The Conversion of St. Paul; a mystery-play. f. 37.

Beg. 'Rex glorie, Kynge omnipotent,
Redemer of ye world by the power diuine.'

On the first page is the name of a former possessor 'Myles Blomefylde,' and at ff. 45-47 is inserted a dialogue between Belial and Mercury which may possibly be in Blomefylde's handwriting.

Printed pp. 31-61 of Sharpe's *Ancient Mysteries from the Digby MSS.*, printed for the Abbotsford Club, 4°. Edinb. 1835; and, from a new collation of the MS., by F. J. Furnivall, for the Early English Text Society, 1882.

4. 'De theorica trium superiorum' planetarum; *Angl.* et *Lat.* f. 51.

5. 'De epiciclo lunae;' sequitur, 'de capite et cauda draconis.' ff. 53, 57.

Inc. 'Circulus lunae debet dividi in 12 signa.'

6. Trattato dell' arte geomantica. f. 61.

Inc. 'Geomantia e una scientia breve da conosere per virtu destrologia quelli' cose de la persona uuole operare.' Desin. incomplete in cap., 'Per sapere in quale case le figure sono bone ouer cative.'

Binis manibus exaratus.

7. The mystery-play of St. Mary Magdalene. f. 95.

Beg. '*Inperator*. I command sylyns in ye peyn of forfete
To all myne audyeans present general.'

At the end, 'Explycit oreginale de sancta Maria Magdalena.'

On the first page are the initials M. B. [Miles Blomefylde].

Printed in Sharpe's *Ancient Mysteries*, *ut supra*, pp. 62-164; and, edited by F. J. Furnivall, *ut supra*.

On f. 145^b are two lines of music with this note, 'Sollffa thes ij. pleynsonges, and ye xall soollffa eny of ye viij. townys.'

8. 'Candelmes day and the kyllynge of ye children of Israell, a° Do^i, 1512. The vii. booke.' f. 146.

Beg. '*Poeta*. This solenne Fest to be had in remembraunce of blissed seynt Anne modere to oure Lady.'

At the end, 'Jhon Parfre ded wryte thys booke.'

Printed in Hawkins' *Origin of the English Drama*, vol. i. pp. 5-26, 12°. Oxf. 1773; pp. 3-30 of Sharpe's *Ancient Mysteries*, *ut supra*; and by F. J. Furnivall, *ut supra*.

9. A morality; in which the *dramatis personae* are Wisdom, Anima, Mind, Will, Understanding, etc. f. 158.

Inc. 'Fyrst entreth Wysdam in a ryche purpylle cloth of gold.'

Imperfect at the end. The initials 'M. B.' are on the first page.

Printed in Sharpe's *Ancient Mysteries*, ut supra, pp. 165-200; and, edited by F. J. Furnivall, *ut supra*.

134.

Chartaceus. In 4°. Saec. xv. exeuntis. ff. 128. Manu Italica. Olim peculium 'Anto. Mariae Amadi, Doc. et Com.'

'Ars Geomantie, que docet hominem solvere omnes questiones de quibus vult certificari, divina virtute per istam artem;' auctore Bartholomaeo de Parma.

Inc. 'Geomantia est ars punctorum qui sorte computantur in loco ad libitum punctatoris.'

Ad calc. 'Explicit ars geomantie [etc.] Compositus quidem est iste presens liber a magistro Bartolameo de Parma in Bononia ad preces domini Tedisii de Flisco, qui erat tunc electus in episcopum civitatis Regii, curentibus annis Domini M.CC LXXXVIII.'

In folio chartaceo ad initium compacto sunt tabulae hae duae: 1. 'Significationes omnium domorum in quibus figure geomantie collocantur:' 2. 'Nomina prime proprietatis cujuslibet figure geomantie.'

Ad calcem sunt duo folia membranacea, quae olim tegmen codicis constituebant, ex libro quodam rituali, saec. xiii. conscripto; insunt officia pro diebus SS. Gregorii et Benedicti et Annunc. B. V. M., cum notis musicis, ac etiam exorcismus cerae, atque benedictiones crucis et candelarum.

135.

Membranaceus. In 4°. ff. 130. Saec. xv. 'Hunc librum habui ex bibliotheca quam Pius secundus Sienis fundavit. K. D.'

'Ad summum pontificem Pium secundum Johannis Mathei [de Ferrariis] de Gradi Mediolanensis Commenthariа in tractatum secundum secundae et vigessimae phen Avicennae de doloribus juncturarum.'

Praemissa est dedicatio ad Pium II, cum littera initiali et marginibus folii eleganter depictis.

Ad calc. 'Compillatus per Johannem Matheum de Gradi militem, qui eum per me Gulielmum Bascieriam de Campo scribere (*sic*) fecit.'

Tabula capitulorum praefixa est manu altera.

136.

Membranaceus. In fol. minori. Saec. xiv. ff. 148. In fol. 1, 'George Ogle me tenet.'

'Ci comence le Bretun en Frаunceis;' the treatise on the laws of England called Britton.

Not collated for the edition published by F. M. Nichols, M.A., in 1865. It ends with the words 'autres acheisons qui est encontre departie,' as there printed (p. 361, vol. ii.) in a supplemental note taken from Harl. MS. 3644 and Rawlinson MS. C. 898.

137.

Chartaceus. In fol. minori. Saec. xvi. exeuntis. ff. 336.

1. Tractatus in artem Logicae, in decem decades distributus, cui praemissa sunt 'Prolegomena totius philosophiae,' sive 'In cursum philosophiae

prolusio; a patre Claudio, societatis Jesu, in gymnasio divae Magdalenae, anno Domini 1583.' f. 1.

2. Ejusdem commentarius in Porphyrii Isagogen. f. 242.

3. Ejusdem commentarii 'in universam Aristotelis logicam,' scil. in Categorias, lib. de Interpretatione, Analytica priora et posteriora, atque in Topica. f. 254.

138.

Membranaceus partim, partim chartaceus. In fol. minori. Saec. xv. ff. 157, praeter alia quaedam utrinque compacta. In fol. 158b, 'Claudatur muro, constat liber iste Rogero. Roger Waller.'

Poema quod dicitur Vox Clamantis, auctore Johanne Gower.

Impress. (e codice in Coll. Omnium Animarum cum hoc collato) cura H. O. Coxe, M. A., impensis Societatis Roxburgensis, 4°. Lond. 1850.

In foliis ad initium et finem sunt quaedam medica atque coquinaria *Anglice*. Et in fol. 159, manu saec. xvi. exeuntis, versus Elizabethae reginae quae in libro H. Puttenham, *The Art of Poesy*, exstant, et quae exinde re-impressa sunt per G. Ellis, *Specimens of early Engl. Poets*, 8°. Lond. 1801, vol. ii. p. 134.

Inc. 'The dowte of future force [*interlin.* foes]
Exiles my presente ioye
And wytt me warnes to shonne [*impress. male*, shew] suche snares
As threten mynne annoye.'

139.

Chartaceus. In 4°. Saec. xvii. ff. 113.

Trattato di Astrologia.

Inc. '*Capo della sustanza e monumento del cielo.* La sustanza del cielo o che sia la medesima di questo nostro aere.'

Ad calcem adjecta est tabula capitulorum, ac etiam (f. 99). 'Raccolta di 304 aforismi nelli quali si contiene la principali sostanza dell' astrologia.'

140.

Membranaceus. In folio. Saec. xiii. ff. 17. Olim liber 'Tho. Allen, 63.'

'De successionibus archiepiscoporum Eboracensium,' usque ad mortem Turstini, anno 1139; [auctore Thoma Stubbs].

Impress. (cum contin. ad annum 1373) per R. Twysden apud *Decem Scriptores*, fol. Lond. 1652, coll. 1685-1721.

In fol. ult. depicta est figura [auctoris?] in solio sedentis et rubro pallio amicti.

Ad initium codicis compacta sunt duo folia membranacea saec. xiii, in quibus haec:—

1. Fragmentum ex poemata quodam Gallico de coelo et mundo, etc.

'*Del nombre des estoiles.*
Des estoiles vous di le nombre
Si com Tholomeus le nombre,' etc.
'*De la grandesce del firmament.*
Se latene plus grant estoit
C. mile tanz quele ne soit,' etc.

Qu. ex *Imagine Mundi*, per Walt. de Metis? Cf. *Hist. Litt. de France*, vol. xxiii. p. 294.

2. Fragmentum ex tractatu Gallico de mensibus anni, continens descriptionem mensium Apr.-Sept., cum figuris opera unicuique mensi apta repraesentantibus.

'*Auril.* Le mois dauril est en astronomie nomez plein de grace.'

Notitia codicis exstat apud Langbainii Adversaria, vol. vii. p. 298.

141.

Membranaceus. In fol. minori. Saec. xv. ff. 176, praeter sex in quibus index. Bene exaratus. 'Hunc librum habui ex bibliotheca quam Pius 2us pont. max. Sienis fundavit. K. D.'

Sonetti e Trionfi di Franc. Petrarcha.

Praemissa est tabula alphabetica versuum initialium, et ad calc. adjecta est Petrarchae nota celebris de morte Laurae.

In f. 176b, 'Francisci Petrarchae, vatis insignis, carmine et materno sermone praeclara poemata, Andreoccii gerTadi, militis Senensis, cujus ipse polex est, perscripta manu, et vitandi indigni ocii et animi oblectandi gratia, 1465, xii. kal. Januarii. Laus Deo.'

Insignia gentilitia, in folio primo olim depicta, barbara cujusdam manus exscidit.

142. [B. N. 13.]

Chartaceus. In 4°. majori. ff. 165. Saec. xv. Manu Italica. Hodie signatus 'B. N. Digb. 13.'

'Lucii Annei Senece Cordubensis incipit Liber [decem] tragediarum.' Notis hic illic interlinearibus.

In folio penultimo ad finem compacto est narratio, *Italice* scripta, de heremita et quibusdam latronibus; deinde sequuntur, eadem manu, in fol. ultimo versus quidam Italici, et postea haec, Latinis verbis sed non Latino sermone expressa:—'Ottavo Januarii die memoria quemadmodum filius unus mihi fuit, cujus Sigismundi nomine, et ejusdem die baptizatus fuit anno Domini MDV.' 'Iste liber est fratris Sigismundi Praedicatorum ordinis, filius Blasii Senensis, nepos fratris Simonis ejusdem Praedicatorum ordinis, germanus meae matris.'

143.

Chartaceus. In fol. Saecc. xvi, xvii. ff. 149.

1. De stellis fixis, 'per' (ut additur manu saec. xvii.) 'Joh. Robyns, canonicum Aedis Christi Oxon. et Wyndesore.' ff. 1-59.
   i. 'Mediatio celi stellarum fixarum.' f. 1.
   ii. 'Culminatio celi stellarum fixarum.' f. 2b.
   iii. 'Ortus stellarum fixarum.' f. 25.
   iv. 'Occasus stellarum fixarum.' f. 42.

2. Tractatus quidam imperfectus, *Italice* scriptus, de rebus geometricis; in quo problemata varia de mensura circuli, de pentagonis, de proportione, de cubis, et de libramentis ('secondo m° Luca'); cum figuris. '1537.' ff. 64-100.

3. 'De erratis Orontii Finaei, regii mathematicarum Lutetiae professoris, qui putavit inter duas datas lineas, binas medias proportionales sub continua proportione invenisse, circulum quadrasse, cubum duplicasse, [etc.] Petri Nonii Salaciensis liber unus.' f. 103.

Transcriptus ex editione anno 1546 Conimbricae impressa.

Contenta libri describuntur in vol. iv. Adversariorum Langbainii, pp. 647-8.

144. [B. N. 15.]

Chartaceus. In 4°. ff. 400. Saec. xv. Bene scriptus. 'Ex bibliotheca Jani Rutgersii.' Hodie, 'B. N. Digb. 15.'

Tertia decas Historiarum Titi Livii Patavini, scil. de secundo bello Punico.

In fol. primo insignia quaedam gentilitia depicta sunt, sub quibus, ora inferiori, est haec nota:—'Ranerii de Maschis de Arimino, equestris ordinis, jurisque consulti, Senarum capitanei, codex fuit jussu scriptus et sumpti (*sic*) et insignia sunt MCCCCLXVI°. manu propria.'

Ad calcem codicis haec:—'Finit. Emendatum, correctum, apostillatum, rubricatum, revisum et remissum per me Ranerium antedictum manu propria. Ranerius.'

145.

Chartaceus. In fol. Saec. xvi. ff. 161.

1. The Vision of Piers Ploughman. f. **2**.

i. 'Primus passus de visione Petri Plowghmane.'
ii. 'Vita de Dowelle, Dobett and Dobest, secundum Witte and Resone.' f. 43b.

2. 'The dyfference betwene Dominium Regale et Dominium Politicum et Regale;' by Sir John Fortescu; with a table of contents prefixed. f. **133**.

At the end, 'Explicit liber compilatus et factus per Johannem Fortescue, militem, quondam Capitalem Justiciarium Anglie, et hic rud ... ter scriptus manu propria mei Adriani Fortescu, militis. 1532.'

First printed from this copy in 1714 and again in 1719 by John, Lord Fortescue; and in the *Works* of Sir J. Fortescue, edited by Lord Clermont, 4°. Lond. 1869, where an engraved facsimile of the last page is given at p. 474.

3. A collection of proverbial sayings. f. **160b**.

Printed in *A History of the Family of Fortescue*, by Thomas, Lord Clermont, 4°. Lond. 1869, pp. 177-8.

The whole volume is in the handwriting of Sir Adrian Fortescue, by whom a note of ownership and penmanship in 1534 is prefixed, which, together with a memorandum by him of the birth of his second son Thomas, at Shirbourn, Oxon, 14 May, 1534, baptism, and confirmation, is printed *ibid.* p. 179.

146.

Membranaceus. In folio minori. Saec. x. ff. 104. 'Liber monasterii Abendonie quem Johannes Clyff fecit ligari anno ...' (*Caetera exscissa.*) Liber Tho. Allen, '66,' 'A. 180.'

1. Aldhelmus, episcopus Shirburnensis, de virginitate; praemissa tabula capitulorum. ff. **1, 7**.

In marginibus atque inter lineas sunt glossae perplurimae, manu saec. xi, inter quas multae *Anglo-Saxonice* expressae.

2. Ejusdem Epistola ad Eahfridum, sive (ut in nostro textu), Ehfridum. f. **95b**.

Apographum manu cl. Jac. Usserii, cum notitia codicis et lectionibus variantibus e codicibus Cottoniano et Regio per eundem, exstat in Rawl. MS. D. 280. ff. *49b–*50b.

3. (*Manu saec.* xii. *exeuntis sive* xiii. *ineuntis.*) Narratio de morte Edwardi Regis et Martyris apud domum de Corph. f. **101b**.

Exstat ex Legendario eccles. Sar. apud *Acta SS.* mense Martii, ii. 644-5; et, fere eadem. in Chronico de Joh. Brompton apud *Decem Scriptt.*, ed. per R. Twysden.

Describitur codex in vol. xix. Adversariorum Langbainii, pp. 73-4.

147.

Membranaceus. In fol. minori. Saec. xiv. ff. 206. 'Liber ecclesie Sancte Marie de Mertone,' in com. Surr.; postea, liber Johannis Gisborne; denique, Tho. Allen, '26,' et 'A. 138.' Praemissa est tabula contentorum.

1. 'Carmen' [*sed in prosa scriptum*] 'domini Walteri de Henleye quod vocatur Yconomia sive Housbundria;' tractatus de arte agriculturae et cura praedii. f. **1**.

Inc. 'Pater jacet in senectute, et dicit filio suo, Fili mi, vive sapienter secundum Deum et secundum seculum.'

2. Philobiblion Ricardi de Bury, episcopi Dunelmensis. f. **9**.

Ad calc. 'Explicit Philobiblon domini Ricardi de Aungervile, cognominati de Buri, quondam episcopi Dunelmensis. Completus est autem tractatus iste in manerio nostro de Aukelande xxiiij. die Januarii, anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo quarto, etatis nostre quinquagesimo octavo precise completo, pontificatus vero nostri anno undecimo finiente, ad laudem Dei feliciter etc.'

Saepius impressum.

3. 'Proprietates metrorum Ympnarii.' f. **28b**.

Inc. 'Metrorum periciam in scrinio pectoris recondere cupientes.'

4. 'Summa aurea;' [Ebrardi] tractatus alchemicus. f. **30**.

Inc. 'Alkemia est sciencia docens transformare omnia genera metallorum.'

5. Praecepta varia chemica, speciatim 'de coloribus.' ff. **33–4**.

6. 'Practica Geometrie,' cum figuris. f. **35**.

Inc. 'Geometrie due sunt partes principales, theorica et practica.'

7. 'Utilis et compendiosus tractatus de metris.' f. **40**.

Inc. 'Quoniam pes naturaliter prior est metro, de pedibus breviter perstringamus.'

8. 'Vita Secundi philosophi in silencio philosophantis,' [e Graeco translata]. f. **45**.

Inc. 'Secundus fuit philosophus qui philosophizatus est omni tempore silencium conservans.'

Textus Graecus impr. est apud Orellii *Opuscula Graecorum*, 8°. Lips. 1819, vol. i. p. 208.

9. 'Seneca' [rectius, Martinus Dumiensis] 'de institucio[ne] morum.' f. **47**.

Inc. 'Omne peccatum actio est.'

10. 'Liber Senece de remediis fortuitorum.' f. **48b**.

Inc. 'Licet cunctorum poetarum carmina.'

11. 'Libellus Senece' [rectius, Martini Dumiensis] 'de formula vite honeste, sive de 4 virtutibus cardinalibus.' f. **51**.

Inc. 'Quatuor virtutum species multorum sapiencium sentenciis.'

12. 'De remediis spiritualibus et corporalibus contra pestilenciam, secundum magistrum Johannem Maluerne, doctorem in medicina.' **f. 53b.**

Inc. 'Nuper fuit quedam cedula publice conspectui affixa, continens consilia medicinalia contra pestilencialem infeccionem indies jam regnantem.'
Ad calc. 'Si quid dicetur hic recte, gloria detur
Summo qui sanat et de quo gracia manat.'

13. 'Tractatus arsmetrice,' sive de arte mensurandi; cum figuris bene descriptis. **f. 57.**

Inc. 'Dicitur Arsmetrica de *ars*, *artis*, et *metros*, quod est mensura, quasi ars mensurandi.'

14. 'Tractatus de magnete;' [auctore Petro Peregrino de Maricourt]. **f. 63.**

Inc. 'Amicorum intime, quandam magnetis lapidis naturam.'

15. 'Ars cognoscendi in quo signo sit luna' et cujus aetatis sit. **f. 68.**

Inc. 'Cum medicus secundum auctores duobus utitur instrumentis.'

16. 'De complexione 12 signorum et super que membra habent aspectum.' **f. 69.**

Inc. 'Quoniam unumquodque signum proprium habet aspectum.'

17. 'Tractatus de spera, secundum Lyncolniensem,' [Rob. Grosseteste]. **f. 69b.**

Inc. 'Intencio nostra in hoc tractatu est describere figuram machine.'

18. 'Tractatus communis de spera.' **76b.**

Inc. 'Tractatum de spera quatuor capitulis distinguemus.'

19. 'Cautele algorismi,' regulae arithmeticae cum exemplis. **f. 86.**

Inc. 'Sunt autem quedam in numerandi questionibus subtilia.'

20. 'Tractatus de quadratura circuli secundum Campanum,' cum figuris. **f. 89.**

Inc. 'Aristotiles in eo qui de cathegoriis libro inscribitur dicit hec.'

21. 'Tractatus de arsmetrica, editus a magistro Simone Bredene,' (*tit. ad calc.*), libris duobus. **f. 92.**

Inc. 'Quantitatis alia continua que magnitudo dicitur, alia discreta que multitudo dicitur.'
Expl. '—necnon et omnes consonancie uni. Ista ergo sufficiant pro sentencia hujus libri.'

22. 'Tractatus mirabilis aquarum quem composuit philosophus naturali industria secundum intellectum.' **f. 104.**

Inc. 'Aqua mirabilis valet ad visum conservandum.'

23. 'Tractatus septem herbarum septem planetis appropriatarum, de quibus fit mencio in Kyrando, et quomodo virtutem habent influencia planetarum.' **f. 106.**

24. 'Secreta fratris Alberti de Colonia, ordinis fratrum Predicatorum, super naturis quorundam herbarum et lapidum et animalium efficacia, in diversis libris philosophorum reperta et in unum collecta.' (*tit. ad fin.*) **f. 107.**

Inc. 'Sicut dicit philosophus in pluribus [locis] omnis sciencia de genere bonorum est.'

25. 'Tractatus 12 signorum zodiaci et lune.' **f. 113b.**

Inc. 'Si fiat questio vel nativitas, et sit luna et sint planete in gradibus masculinis.'

26. 'Tractatus de subradiis planetarum, per Haly.' **f. 117b.**

Inc. 'Saturnus in ariete sub radiis.'

27. 'Tractatus de 7 planetis et de 12 signis et de 28 mansionibus lune et de 28 constellacionibus.' **f. 119.**

Inc. 'Gloriosus et sublimis Deus, Creator omnium rerum.'

28. 'De luna.' **f. 124b.**

Inc. 'Cum cursum lune scire volueris.'

29. 'De pronosticatione aeris;' per Willielmum Merlee; duodecim capitulis. **f. 125.**

Inc. 'Opusculum istud est de pronosticacione aeris. In eo determinatur que et qualia hujusmodi pronostica aerea.'
Ad calc. 'Expletum igitur est opus istud Exon. anno Domini 1340 per magistrum Willielmum Merlee.'

30. 'Regule versificandi.' **f. 138b.**

Inc. 'Qui cupis et queris, puer, ut bene versiferis
Versificaturis mea multis tradita curis
Carmina perlustra, que non sunt edita frustra.'

31. Henrici de Amanda Villa Tractatus de anatomia humani corporis. **f. 140.**

Inc. 'Quamvis sirurgico et medico necessaria sit anathomia.'
Ad calc. 'Et sic finitur anathomia Henrici de Amanda Villa preter pauca dimissa.'

32. Versus de Annunciatione B. V. M., et de Incarnatione. **f. 151b.**

Inc. 'Angelus ad Virginem subintrans in conclave,
Virginis formidinem demulcens, inquit Ave.'

33. Alani de Insulis Liber de planctu naturae; partim metro, partim prosa. **f. 152.**

Inter *Opera* Alani, cura Car. de Visch, Antv. 1654. Quae metrice scripta sunt exstant etiam in Leyseri *Hist. Poett.*, 1721, pp. 1045–61.

34. 'Epistola Valerii ad Ruphinum de uxore non ducenda;' pars, scilicet, distinctionis iv. libri Gualteri Mapes de Nugis curialium. **f. 163.**

Commentum desinit imperfecte; quae autem desunt paucissima sunt. Cf. cod. xi, *supra*, art. 7.
In fol. 1b est haec nota: 'Anno Domini M.CCC.LXXXII., xi. kal. Julii, videlicet xxi. die mensis Maii (*sic*) fuit terremotus quasi universalis per Angliam et per alia regna.'
In fol. ad calcem conjectaneo est praescriptio medica, *Anglice*: 'This is the makynge de aqua vite perfectissima:' 'This bene the vertuse that this water hathe.'

148.

Membranaceus. In folio minori. ff. 143. Saec. xii. exeuntis. Olim (ut in fol. ult. notatur) 'Liber [monasterii] de Radynge.'

Hugonis [de Sancto Victore] Liber de sacramentis Christianae fidei.

Impr. inter *Opera* ejus, fol. Ven. 1588, vol. iii. ff. 218–324.

149.

Membranaceus. In fol. minori. ff. 216. Pro maxima parte saec. xiii., et binis columnis exaratus. Inter codd. T. Allen, 'A. 163,' '40.'

1. Fragmentum commentarii in primum caput libri Geneseos. f. 1.

Citantur Gregorius, Augustinus, Beda, Hugo de Sancto Victore, et Glossa Ordinaria.

2. [Remigii Autissiodorensis] 'Interpretaciones Hebraicorum nominum,' per ordinem alphabeti. f. 9.

Inc. '*Aaz*, apprehendens, sive apprehensio.'
Ternis columnis.

3. 'Sermones Mauricii [de Soliaco] episcopi Parisiensis, dicendi ad populum in festivitatibus omnium sanctorum et in dominicis diebus per totum anni circulum.' f. 37.

Praemissa est tabula.
Incip. 'Credimus sanctam Trinitatem, Patrem et Filium et Spiritum Sanctum.'

4. [Rob. Grosseteste] 'Templum Domini;' tractatus de confessione, in quo etiam expositiones Symboli et Orationis Dominicae, et de 'equiparancia angelorum et hominum.' f. 45.

Incip. '*Templum Dei sanctum est, quod estis vos.* Sermo iste quamvis omnes tangat.'

5. Epistola a quodam R., sacerdote seculari, ad sacerdotem quendam claustralem A. 'de confessionis articulis.' f. 61.

Incip. 'Activus contemplativo, R. A. Quae autem sursum sunt contemplari, sapere, et intelligere.'

6. Notae miscellaneae; de jejunio, de quatuor signis dilectionis, de poenitentia, etc. ff. 65^b, 66^b.

7. Jubilum rhythmicum, Bernardo Claraevallensi ascriptum, de nomine Jesu, cum versione Gallica interlineari. f. 67^b.

Inc. 'Dulcis Jhesu memoria, dans vera cordi gaudia
Dulce memorie de Jhesu Crist, qui cel et tere et tut ben fist.'

8. Miraculum S. Augustini Cantuar., cui tit. 'In vita beati Augustini Anglorum Apostoli de excommunicacione et decimis.' f. 68^b.

Inc. 'Est vicus in pago Oxfordensi, vi. miliariis distans a loco hac tempestate celebri qui dicitur Wdefuxi, Cinnetona nomine.'
Cf. *Cat. of Materials relating to the Hist. of Gr. Brit.*, by T. D. Hardy, vol. i. p. 199.

9. 'De garritulatoribus in sacrosancta ecclesia;' narratio de eodem Augustino in ecclesia apud Romam ridente quum demonem verba mulierum colloquentium levia perscribentem vidisset. f. 69.

Inc. 'Solebat etiam coram domino papa venerabilis Levita Augustinus.'

10. Excerpta ex Bedae *Hist. Eccl.*; scil., lib. iii. cap. xix. de Furseo; lib. iv. cap. xxii. de Imma; lib. v. capp. xii. xiii. xiv. de visionibus Drycthelmi, laici cujusdam, et fabri scelesti. ff. 69^b–72.

11. Historia S. Petri Telonearii, quae in vita S. Johannis Eleemosynarii legitur. f. 72.

Tit. 'De Petro Theolenario . . . caritatem convertente.'
Cf. versiones alias ex Leontio et Metaphraste apud *Acta SS.* per Bollandum, die 23 Jan.

12. Sententiae variae piae. f. 73.

13. 'Tractatus domini papae' Innocentii III. 'de contemptu mundi.' f. 74.

Imperf.; desinit in cap. ix. libri secundi.
Saepius impressus.

---

14. [*Saec.* xii.] Excerpta ex Sermonibus S. Augustini de verbis Apostoli; *utrinque manca*. f. 88.

In editione Operum Benedictina sermones hic citati sub his numeris inveniuntur, 155, 165, 156, 158, 159, *Append.* 109, 157, 167, 178, et 154. In fol. 96^b est sermo 'de verbis Apostoli, *Invicem honera vestra portate*,' ita incipiens, 'Quia lex Veteris Testamenti custodiam timorem habebat,' qui differt ab eo qui super verba ista impressus exstat.

15. 'Summula de viciis et virtutibus;' sententiae ex Patribus, praesertim ex Augustino, Gregorio, et Bernardo, cum multis aliis, inter quos etiam Seneca et Cicero. f. 100.

Inc. '*Primo de Superbia, August.* Quemcunque superbum esse videris.'
Ad finem, 'Gradus ascendendi et descendendi;' et 'Contra Novatum hereticum' ex Augustino.

16. S. Johannes Chrysostomus 'contra gulosos.' f. 122^b.

17. Nota de responso Regis Arthuri quum quod militibus suis dispensaret deficeret. f. 123.

18. 'Hoc dixit Dionysius tempore passionis Christi tempore eclipseos solis et lune:—
Christus nature patitur aut machina mundi dissolvitur.' f. 123^b.

19. Calendarium lunare, praemissis regulis variis de lunationibus inveniendis. ff. 124, 128.

Juxta init. haec: 'Sciendum quod anno Domini 1292 facta est in Anglia in universitate Oxon. verificata primacio super medios motus solis et lune.'

20. Tabulae graduum proportionales; tabulae planetarum et solis; tabulae medii cursus lunae ab anno 1299 ad 1307; tabulae equationum lunae; tabula capitis draconis. ff. 134–172.

21. Canones Profacii Judaei pro tabulis suis super tabulis Toletanis fundatis et exordium ab anno 1300 sumentibus. f. 172^b.

Inc. 'Quia omnes homines naturaliter scire desiderant et maxime res occultas.'

22. Tabula quaedam planetarum et signorum. f. 176.

23. 'Fortitudines' et 'Debilitates et impedimenta' planetarum. f. 176^b.

24. 'Liber Ysagogarum Alkabicii,' [ex interpretatione Johannis Hispalensis.] f. 177.

Inc. 'Postulata a Domino prolixitate vite Ceyfhald Daula, i. gladii regni.'
Imperf., desinens in cap. 'de directione significatoris' in Differentia quarta.
Saepe impr.

25. 'Liber de quatuor partibus astronomie judiciorum, editus a magistro Rogero de Herefordia.' **f. 189.**

Inc. 'Quoniam regulas astronomie artis.'
Pars prima hic sola invenitur; ad calc. 'Explicit prima pars; require in sexterno precedente proximo librum qui sic incipit *Quoniam circa tria sit omnis astrono.* etc., et sunt 3 libelli.'

26. Pars libri quadripartiti Johannis Hispalensis de judiciis astrologicis. **f. 195.**

Incip. in cap. ult. libri secundi. Cap. ult. lib. iv. est de emptione bruti animalis, quod est cap. xvii. in edit. anno 1548 impressa. Ad calc. 'Explicit 4 pars de quadripartito Johannis Hispalensis.'

27. 'Liber Messehalle de interpretacione cogitantis.' **f. 200.**

Inc. 'Precipit Messeallas ut constituas ascendens per gradum suum.'
Ad calc. 'Explicit liber Messehalle de interpretacione cogitacionis.'

28. 'Liber ejusdem de ocultis.' **f. 201.**

Inc. 'In nomine Domini incipit interpretacionum [liber] quem puto esse Messehalle, inveni enim eum extractum de libro suo de interrogacionibus. Scito aspiciens quod astrologus poterit errare 4 modis.'
Insunt haec :—
i. 'Tractatus Dorothei in ocultis;' capitulum breve. f. 202.
Inc. 'Dixit Dorotheus, Cum interrogatus fueris de thesauro.'
ii. 'De eodem, secundum Ptholomeum.' *ibid.*
Inc. 'Dixit Ptholomeus, Si aspexerit signator ascendens.'
Ad calc. 'Explicit liber Messehalle de ocultis.'

29. 'Capitulum utrum oculta fuerunt in loco in quo dicuntur esse.' **f. 202[b].**

Inc. 'Capitulum in sciencia locorum, si aliquid fuerit in eis an non.'

30. 'Quedam capitula extracta de libro 3 Judicum.' *ibid.*

Inc. 'Quid per singulos dies ab hora questionis ad noctem accidat.'

31. 'Abenaiat, Messahallae, Dorothei, Jergris, Aristotilis, Albumazaris, Aomar, Alkyndi, Zaelis, liber;' scil., tractatus astrologicus ex sententiis eorundem compositus. **f. 205.**

Inc. 'Celestis circuli forma sperica.'
Imperf. ad fin.; desinit in cap. ex Messehalla extracto, 'de lune proprietatibus.'

150.

Membranaceus. In fol. minori. Saec. xiii, versus finem. ff. 196. Binis columnis. Olim inter codd. T. Allen, '20,' 'A. 110.' In fol. ult., 'Iste liber constat domino Bryggeman, magistro . . .'

1. [Alberti Magni Summa philosophiae naturalis, sive Philosophia pauperum,] quinque partibus. **f. 1.**

Imperf. ad fin.
Inc. 'Phylosophia dividitur in tres partes, scilicet, in logicam, ethicam et physicam.'
Expl. '—sicut supradiximus de forma que apparet in speculo et in materia in qua est secundum naturam.'
Inter *Opera*, fol. Lugd. 1651, vol. xxi. p. 1. Nostro autem codice omittitur cap. i. partis v, caeteraque in eadem parte abbreviata sunt, atque aliter non congruunt cum impressis.

In ora inferiori fol. 1. notat quidam, 'Hanc summam composuit frater Rogerus Bagount;' addit alter, 'secundum quosdam.' Hinc in veteri Catalogo, 'Summa Rogeri Bacon' male dicitur.

Desunt quaedam inter ff. 31, 32.

2. Fragmentum ex abbreviatione tractatus [ejusdem] de sensu et sensato. **f. 32.**

Incip. in cap. v; omittuntur cap. vii–ix; desinit ad fin. cap. xi.
Opp. vol. v. pp. 5–16.

3. 'Disputacio Alberti super de morte et vita;' scil., capp. vi. vii. libri ejus de eisdem. **f. 34[b].**

Inc. 'Nos autem ad eorum que dicenda sunt intelligenciam.'
Opp. vol. xv. pp. 168–171.

4. [Idem] 'de nutrimento et nutribili.' **f. 37.**

Inc. 'Animadvertendum primo quid sit nutrimentum. Dicimus enim quod nutrimentum est potentia simile ei qui nutritur.'
Expl. '—similiter mures multum ponunt in semine.
Sorte beatorum scriptor libri pociatur,
Morte superborum raptor libri moriatur.'
Inter *Opp.*, in tractt. duos divisus, vol. xv. pp. 175–184.

5. [Rogeri Bacon commentarius in octo libros Physicorum Aristotelis, sive potius analysis eorundem.] **f. 42.**

Inc. 'Naturalis philosophie principales partes sunt viii.'
Expl. 'Si vero sint aliqua benedicta gratias postulant [*in marg.* postulent] sciencie largitori qui est Christus benedictus in secula seculorum. Amen.'
Nomen auctoris appositum est manibus duobus saecc. xv, xvi.

6. Quaestiones de coitu. **f. 101.**

Inc. 'De coitu quinque possunt notari.'
Expl. '—non appetunt coitum sicut mulieres.'

7. Quaestio (*manu saec.* xiv.) de voluntate et intellectu. **f. 103[b].**

Inc. 'Queritur utrum voluntas sit alcior potestate quam intellectus.'

8. De phlebotomia. **f. 105.**

Inc. 'Discretionis inspiciendi sanguinem triplex est modus.'

9. 'Extracciones a Thezauro pauperum,' libro, scilicet, preceptorum medicinalium. **f. 106.**

Inc. 'Primo, de usu capilorum.'

10. Commentarius in librum Aristotelis spurium de bona fortuna, per fratrem Aegidium [de Columna]. **f. 114.**

Inc. 'Quidam ordinavit bonam fortunam in idem felicitati, ut vult philosophus primo Ethicorum.'
Expl. '—et in hoc finitur sentencia fratris Egidii supra libellum de bona fortuna.'

11. (*Tit. manu saec.* xv.) 'Tractatus,' sive Quaestiones, 'de intellectu potenciali, editus a fratre Egidio' [de Columna]. **f. 132[b].**

Inc. 'Queritur utrum anima se semper intelligat, et videtur quod non.'
Ad calc. 'Explicit tractatus de intellectu potenciali, editus a fratre Egidyo ordinis heremitarum sancti Augustini.'

12. Quaestiones de anima. **f. 144[b].**

Inc. 'Queritur utrum essentia anime sit una in homine.'
Desin. *imperf.* in quaest secunda, 'Utrum anima sit idem sue potencie' ad verba, 'sed accidentia, ut color, sunt in corpore accidentaliter. Item ea que sunt—'

Desunt quaedam.

13. Commentarius [Aegidii de Columna] in tractatum Aristotelis de anima. **f. 146.**

Inc. '*Bonorum honorabilium.* Tractaturus philosophus de anima et de partibus anime.'

Incompletus; desinit abrupte in cap. i. lib. ii.

14. Commentarius [ejusdem] in libros duodecim Metaphysicorum Aristotelis. **f. 149.**

Inc. '*Omnes homines naturaliter scire desiderant.* Sciencia illa tria sortitur nomina.'

Expl. '—nec bonum est ponere pluralitatem principatuum. Unus ergo est princeps omnium, qui est Deus benedicus in secula seculorum. Amen. Explicit liber xii. Metaphisice.'

15. Quaestiones breves (*manu saec.* xiv.) de SS. Trinitate. **f. 196.**

Ex veteri tabula contentorum codici praemissa constat haec hodie deperdita esse: 'Tractatus de forma speculi secundum Albertum. Item tractatus de lumine. Item de virtutibus ... Tractatus de impressionibus aeris secundum Albertum, utilis valde.'

151. ['B. N. 11.']

Membranaceus. In 4°. ff. 122. Saec. xiii. ineuntis. In fol. i. 'Hic est liber Sancte Marie de Radinges, quem qui celaverit vel fraudem de eo fecerit, anathema sit.' Hodie signo 'B. N. Digb. 11' notatus.

1. Actus Apostolorum, glossati. **f. 9.**

Praemissa sunt haec:—

i. Praefatio quaedam. f. 1b.

Inc. 'Qualiter Herodes ad Judaici regni apicem pervenerit breviter intimabo.'

ii. (*Manu altera.*) Interpretationes multorum verborum in Bibliis metaphorice in usu habitorum. f. 3.

iii. 'Prefacio Jeronimi in Actus Apostolorum.' f. 6.

fol. 8 *vacat.*

2. 'Incipit Lucidarius;' scil. excerpta e capp. 1–25. libri i. Elucidarii S. Anselmi, sive Honorii Augustodunensis. **f. 73.**

Inc. 'Solet queri quid sit Deus, quia absurdum videtur adorare quod nescimus.'

3. 'Tractatus magistri Alani Poriani' sive Porretani (*v. not. ad fin. cod.*) 'de modo praedicationis:' tabula capitulorum xxxii. praemissa. **f. 74.**

Inc. 'Vidit Jacob scalam a terra usque ad celum.'

Major pars exstat impressa inter Opera Alani de Insulis sub tit. 'Summa de arte praedicatoria,' non autem eodem ordine; ibi etiam continentur capitula xlviii.

4. Excerpta e sermonibus [ejusdem?] de judicio ultimo, de dignitate conditionis humanae, de religione vera, de ascensione Domini, et de Petro. **ff. 87b–89b.**

5. Excerpta e distinct. xxxviii. [partis primae Decreti Gratiani], 'de ammonitione scolastica;' accedunt alia brevia de vita praedicantium. **f. 90.**

6. 'Excepciones de libro Cipriani;' sententiae breves. **f. 90b.**

7. Tractatus de assumptione B. V. Mariae. **f. 91b.**

Inc. 'Ad interrogata de virginis et matris Domini resolucione temporali.'

Impr. inter opera spuria S. Augustini, in append. ad vol. vi. Operum, edit. Bened.

8. Sententiae breves theologicae. **f. 93b.**

fol. 95 *vacat.*

9. Glossarium vocum ex Graeco derivatarum sive raro occurrentium; ordine alphabetico. **f. 96.**

Inc. 'Abactus, ab actu remotus
Abaso, infirma domus.'

Expl. 'Zoroastris, sidus vivum
Ziphet, germinantes sive florentes.'

Quatuor columnis. Ad calcem est tabula verborum ad voces animalium describendas aptorum.

fol. 121 *vacat.*

In verso fol. 122 (conjectanei) est haec nota:—'Hii sunt libri quos dominus R. supprior accepit in deposito a magistro H. [de Mar'], scil., In uno volumine Actus Apostolorum et Sermones secundum magistrum Alanum Porretanum; in alio Dialogi Gregorii; in tercio Exameron Ambrosii; in iiij° Epistole canonicales et Sermones, Merlinus, Apocalipsis, et post, Sermones; in v. Cantica Canticorum et liber Eclesiastes. Hos dominus tradet vel tradi faciet magistro Ricardo de Cicestr, vel prefato magistro H. de Mar'., vel tali quem unus illorum per certa insignia pro eis miserit. Teste, R. de Straford, canonico.'

152.

Membranaceus. In folio minori. ff. 54. Saec. xiv. Manu Gallica. Inter codd. T. Allen, '51,' 'A. 116.'

'Summa philosofie magistri Theodoti filosophi Imperatoris, et magistri Moamyn falconarii Cesaris, de sciencia venandi per aves et quadrupedes ut ex eis solacium habeant, et theorica et practica predictorum.'

In tractatus quinque divisa.

Inc. prol. 'Reges pluribus delectationibus gaudent.'

'Tract. primus de theorica hujus artis continens capitula xiii.'

f. 10. 'Explicit tractatus primus. Incipit tractatus secundus de libro Moamin falconarii de disposicionibus avium rapidarum [etc.] et dividitur in sexaginta capitula.'

f. 31b. 'Explicit secundus tractatus de libro falconarii. Incipit tercius de medicinis infirmitatum,' etc. [capp. xv.]

f. 36. 'Explicit tractatus tercius. Incipit quartus de dispositionibus et accidentalibus rapacium quadrupedum que capitula continet vi.'

f. 40b. 'Finitus tractatus quartus. Incipit quintus de medicinis egritudinum canum, et sunt capitula decem.' Ad finem autem cap. v. sunt haec: 'Cap. vi. et cetera non habentur.'

Deinde, sine ullo intervallo, sequitur (f. 42), 'Liber *quartus* ponens et continens quo docentur girofalci ire ad loycum,' etc., qui sic incipit, 'Diximus in precedenti nostro libro tercio hujus operis modos per quos habentur aves de rapina.' Sed in tractatu tertio supradicto haec non inveniuntur: inde colligendum est hunc *librum quartum* ex quodam alio tractatu de venatione per aves extractum esse. Desinit imperf. in capitulo 'De avibus cum quibus venari debemus.' Ad fol. 50b est cap. 'Quod Anglici loyrant sine voce,' sic incipiens, 'Illi vero qui habitant Britanniam que vocatur Anglica non loyrant hoc modo.'

153.

Membranaceus. In fol. minori. ff. 185. Saec. xiv. Olim liber Johannis Bruyl, de ord. fratrum minorum, de custodia London., et conventu Cant.; postea, 'istius libri Thomas Lucius ipsissimus possessor;' tertio, 'A. Goodere;' denique inter codd. T. Allen, '27,' 'A. 201.' Praemissa est tabula contentorum, literis rubricatis, manu Joh. Bruyl.

1. [Alberti Magni Summa philosophiae naturalis, sive Philosophia pauperum.] f. 1.

Inc. 'Philosophia dividitur in tres partes.'
Impr. in Opp. vol. xxi., sed quae ibi in libro quinto habentur, hic in forma alia et multo breviori exhibentur.
Folia 22–27 vacant; in quibus, secundum tabulam contentorum, inscribenda erat 'Spera Pictagore.'

2. Commentarius in libros Meteorologicorum Aristotelis. f. 28.

Inc. 'Circa processum philosophi in libro Metheororum tria sunt investiganda.'
Expl. '—ultimo fini tocius nature, qui est Deus, benedictus in secula seculorum. Amen.'
Praemissa est nota de nova translatione tract. Arist. facta ex Graeco apud Nicaeam urbem A.D. 1260, ut et expositionis Alexandri Aphrodisiensis, et de causis versionis novae, 'ut dicit Bacun in sua naturali philosophia.'
Ad calc. 'Iste liber constat fratri Johanni Bruyl, de ordine Fratrum Minorum.' Sequitur index rerum.

3. 'Afforismi Ursonis;' liber aphorismorum 109 de rebus variis in philosophia naturali, cum prologo. f. 67b.

Inc. prol. 'Quoniam phisicalis sciencie inventores.'
Inc. liber. 'Consuetum et ordinatum rectum [rerum?] naturalium processum non miramur.'
Sequitur ad calcem index rerum.

4. Incantamentum (*Anglice* 'Charm') e lib. vii. *Compendii Medicinae* a Gilberto Anglico, sive Leglaeo, quo ille multas mulieres concipere fecit. f. 99.

Fol. 101, *verso, vacat, eo quod, secundum tabulam contentorum, ibi inscribendum erat* 'Argumentum demonstrativum quod triangulus habet 3' (*sic*).

5. Summa Problematum Aristotelis, cum expositione brevi; praemisso prologo. f. 102.

Inc. prol. '*Felix qui poterit causas cognoscere rerum.* Felicitas quoque sive beatitudo est summum bonum.'
Inc. textus, 'Quare egritudines generantur per superhabundanciam et defectum. Respondeo, primo propter distemperamentum complexionis.'
Ad calc. 'Completa est summa causarum problematum Aristotilis, assistente prime Cause subsidio, ex qua, in qua, per quam omnia. Cui laus honor et gloria in secula seculorum. Amen. *gud ha.* Deo gracias. Per fratrem Johannem Bruyl de custodia London. et de conventu Cant., pro cujus anima oret quilibet qui ejus usum habuerit devoto corde.'
Sequitur (ff. 138–147) tabula alphabetica omnium rerum in expositione tractatarum. Ad calc. 'Explicit tabula super problemata, compilata labore fratris Johannis Lyurb' [*i. e.* Bruyl, retroverso literarum ordine].
In fol. 137b, insertus est modus componendi aquas coloratas pro pictoribus.

6. 'Secreta Philosophorum,' sive summa brevis septem artium liberalium; cum figuris. f. 148.

7. 'Tractatus curiosus de attraccione naturali.' f. 168.

Inc. 'Quoniam terra sperica est, vapor ascendens de ipsa.'
Expl. '—grossiorem flammam emittit quam ligna decisa in novilunio. *J. Bruyl. Nunquam vidi plus de illo tractatu, quod doleo; multum concordat cum sententiis Ursonis in Amphorismis.*'

8. Tabula multiplicatoria, a 1 usque ad 10. f. 174b.

9. 'Secreta fratris Alberti ordinis fratrum Praedicatorum;' tres, scilicet, breves tractatus, i. de herbis sedecim, ii. de lapidibus, iii. de animalibus octodecim. f. 175.

Inc. 'Quia, sicud vult philosophus in pluribus locis, omnis sciencia de genere bonorum est.'
In fol. 179 *spatium vacuum occurrit, in quo inserendus erat* 'Liber intoxicorum.'

10. 'Liber ignium subtilis: opus ignium secundum Marchum Grecum.' f. 179b.

Inc. 'Incipit liber ignium a Marcho Greco descriptus, quorum utilitas ad resistendum hostibus tam in mari quam in terra plurimum recipitur.'
Experimenta decem. Abbreviatio videtur esse operis Marci, quod forma completa editum erat apud Parisios anno 1804.

11. Experimenta quatuor: 'ad faciendum scripturam argenteam vel auream;' 'ut ovum integrum intret per violam,' etc. f. 180.

12. Precepta varia chemica. ff. 180b, 181.

Sequuntur folia vacua quatuor.

13. Tabula 'ad sciendum qua hora diei quis planeta regnat.' f. 182.

In margine inferiori est nomen 'Thomas Gifforde.'

14. Tabulae signorum zodiaci et planetarum. ff. 182b–3.

15. Figura orbium coelestium sive circulorum coeli, cum distantiis. f. 183b.

'Iste quantitates sumpte sunt ex Alfragano et aliis autoribus autenticis.'

16. 'Lincoll.' [scil. R. Grosseteste] 'de quadratura circuli.' f. 184.

17. Praescriptiones paucae medicae. f. 184b.

18. Versiculi quidam leves, raptim scripti. f. 185.

154.

Membranaceus. In fol. minori. Saecc. xiii, xiv. ff. 112. In saec. xv. 'liber Abbacie de Tychefeld, ordinis Premonstr., Wynton. dioc., juxta Hameleboke in com. Suth.'

1. [*Saec.* xiii.] Expositio ordinis Missae. f. 2.

Inc. '*Magnum est pietatis sacramentum,* 1 Thimo. iii. Duo sunt in his verbis attendenda.'
Expl. '—per lapidem angularem Christum colliguntur in unum.'

2. Sententiae ex Bernardo et Augustino. f. 13a, b.

3. Commentarius in initium et finem libri Job, scil. in capp. i, ii, et in verss. 12–17. cap. xlii. f. 14.

Inc. '*Vir erat* [etc.] Tria hic ponuntur, simplex et rectus et timens Dominum.'
Expl. '—ad illam supernorum civium mansionem in qua est pax eterna, qui est impermutabilis Deus per omnia secula seculorum. Amen.'
Inest narratio de quodam monacho, ordinis Carthus., nomine Giraldus.

4. De excellentia Sacrae Scripturae, et de usu historiarum in ea contentarum. f. 26.

Inc. 'Cum quis in divinis erudiendum accedit primum debet considerare que sit materia.'

---

5. Magna Carta, confirmata ab Edw. I. apud Westm., 28 Mar., anno regni 28. f. 27.

6. Carta de libertatibus forestae, eodem die confirmata. f. 29.

7. Narratio de papa quodam missam offerente pro matre sua; intit. in veteri tabula contentorum, 'Visio per quam trentale sancti Gregorii fuit introductum;' *Gallice*. **f. 30b**.

Versio Latina exstat in cod. Rawlinsoniano C. 553, fol. 8. Versio metrica Anglicana impressa est una cum '*The Visions of Tundale*,' edente W. B. D. Turnbull, 8°. Edinb. 1843.

8. 'Decretum contra Ordinem Templariorum;' Literae, scil., Simonis [de Gandavo] Episc. Sarisbur., Decano Sarisb. et Archidiaconis Dors., Berk., Sar. et Wilt., missae, in quibus recitantur Literae Roberti Archiep. Cantuar., recitantes, vice sua, bullas quatuor papae Clementis V. contra Ordinem; dat. apud Cherdestoke, idus Sept. A.D. 1309. **f. 31.**

9. Epistolae variae ac brevia regia ad res ecclesiasticas, partim infra comitatum de Oxon., pertinentes, annis 1293–1317.

i. Brevia R. Edw. II, annis ix, x, atque Mandatum episc. Linc., an. 1317, pro summonitione J. de Capella, personae de Ambrosdene, ad respondendum apud Westm., de debitis ejus Roberto Bordoyn et Petro Cosin, mercatori, de Malins. **f. 35b.**

ii. Epistolae variae Rogeri de Merlawe, presbyteri ecclesiae de H., pro diversis amicis scriptae; sc., de admissione ad sacros ordines, in favorem cujusdam ad beneficium de Ardington juxta Wanetyng praesentati, ad W. Hervy [archidiac. Salisb.], pro licentia quod rector quidam non resideret per xii. annos, aliaque similia; et pro seipso ad J. de H. monachum de Haylle de emendo pullano apud Wynchecumbe 'ubi multociens copia pullanorum;' item, contra quendam H. de C., messorem episcopi W. in parochia de H., qui fecit tenentes episcopi quadam die Dominica foenum levare. **ff. 36–38.**

iii. Epistolae fratris P. de S., fratris J. de Rossel, fratris J. de G., et M. abbatis de Missenden ad Rogerum de Merlawe. **f. 37a, b.**

iv. Epistola Edmundi, comitis Cornubiae, fratri Reymundo, Ordinis Minorum generali ministro, gratias agens pro muneribus preciosis ('cultellis, scil., nobilibus de corallo atque insigni vase ciriaco') per manus domestici sui fratris Johannis Rossel sibi missis; 'dat. in manerio nostro de B. prope Oxon. in f. Decoll. B. Jo. Bapt. anno r. r. 21' [29 Aug. 1293]. **f. 38.**

v. Formulae procuratoriae. **f. 38b.**

vi. Literae certificatoriae de administratione bonorum Margaretae de Clare, comitissa Cornubiae, quae habuit in manerio suo de Kyrketone [Kirtlington], per executores suos Joh. de Capella et Petrum de Brixia; 1315. **f. 39, 39b.**

vii. Literae quaedam de herietis, sive mortuariis, exigendis, et de taxatione decimae pro procurationibus nunciorum papae solvendae. **ff. 39b, 40.**

10. Tituli (ut videntur) capitulorum quindecim in tractatu quodam de diversis legis Angliae violatoribus; *Gallice*. **f. 40b.**

Inc. 'De homicides, roberyes, e totes manere felonyes, per queles fetes, de quey e de quel temps. De eux qe pervent e prendre font al oeps le Roy, le Reyne ou lur enfauntz ou a nul autre,' etc.

Expl. 'Des mausesours, forstallares, e batours des gentz.'

Cf. excerptum *infra* e tabula contentorum quoad librum 'de statutis regni Angliae.'

11. Nota de confirmatione per papam Joh. XXII., apud Avenionem die Omn. SS. 1317, indulgentiarum quarundam per Urbanum IV. et Clem. V. concessarum. **f. 41b.**

12. Physica et logica quaedam, raptim, ut videtur, et imperfecte scripta, atque non facile intelligenda.

i. De motu et de causis rerum; intit. in veteri contentorum tabula, 'Tractatus de actione naturali.' **ff. 42–46b.**

Inc. 'Cum omnes effectus naturales per motus ad esse producantur, inquisicioni talium (?) volenti insistere precognicio motus sibi esset necessaria.'

ii. De proportionibus. **f. 47.**

Inc. '*Hic incipiunt proportiones, etc.* Omnem motum suc-c[essivu]m alteri in ve. contingit propor. etc. Omnis proporcio l[ocalis] est dicta proprie l[ocalis].'

Ad calc. (f. 50) 'Expliciunt proporciones.'

iii. De consequentiis. **f. 50.**

Inc. 'Consequencia est as [accidens?] et consequens.'

Ad calc. (f. 53), 'Expliciunt consequencie cum exclusivis et exceptivis, et cetera.'

---

13. [*Saec.* xiii. *ineuntis sive* xii. *exeuntis.*] [Tractatus Nicolai Arabici ad Clementem papam de articulis fidei,] in libros quinque distinctus. **f. 54.**

Praemissae sunt 'Descripciones primi libri,' sive definitiones, tres 'peticiones' sive postulata, et sex 'animi concepciones' sive axiomata.

Lib. i. De causa suprema, Deo; propositiones xxix.
ii. 'De rerum creatione;' propp. xxx, praemissis descriptionibus.
iii. 'De Filii Dei incarnatione;' propp. xv.
iv. 'De sacramentis ecclesie;' propp. ix, praemissis descriptionibus.
v. 'De arte fidei catholice;' propp. vii.

Cf. cod. 28, *supra*, *art.* 20.

Sequuntur sententiae quaedam e Patribus.

Deest folium unum.

---

14. [*Saec.* xiv.] Pars tractatus de jure Anglicano, vocati *Britton*. **f. 63.**

Desinit juxta finem cap. li., aliter cap. xx. libri ii. Quaedam ex foliis maculis discolorata sunt.

Ex tabula contentorum, manu saec. xv. praemissa, constat haec, olim hic inventa, hodie deesse:—

'Meditaciones beati Bernardi abbatis.
Tractatus de x. preceptis et vii. sacramentis ecclesie.
Constituciones.
Tractatus de elemosina, paupertate et aliis bonis operibus.
Sermones cujusdam religiosi.
Omelie quedam.
De statutis regni Anglie in Gallico editis tempore E. Regis filii Regis Henrici.
Cronicule.
Altercacio inter animam et corpus.
Versus notabiles.'

155.

Membranaceus. In fol. minori. Saec. xiv. exeuntis. ff. 129. Binis columnis. 'Liber domus scolarium de Merton Halle in Oxon. ex dono magistri Johannis Burbache, doctoris in theologia et quondam socii ejusdem domus, ut inchatenetur in libraria communi ad perpetuum usum studencium ibidem.' Inter codd. T. Allen, '13,' 'A. 131.'

'Questiones super Tegni G[aleni], secundum Parisiensem, Cancellarium Montis Pessulani' (*tit. ad calc.*)

Inc. 'Testatur Ptolomeus in Almagesti quod disciplina hominis cui intellectus socius est et apud homines intercessor.'

156.

Membranaceus. In fol. minori. Saec. xiii. ff. 159, quorum utrinque duo a bibliopego addita sunt. Bene exaratus, binis columnis. Olim '. . . prioratus de Tonebr[idge] pro libro medicine,' [dedit, scilicet, prioratus cuidam in excambium.]

[Petri Lombardi] Sententiarum libri quatuor.

In ff. 1, 158^b sunt notae quaedam expensarum in itinere versus Doveriam et Parisiam, cum quodam 'magistro Willelmo.' Et in fol. 2 quaedam de sacramentis sicut tractantur in lib. iv. Sententiarum.

157.

Membranaceus. In folio minori. Saec. xii. ff. 99, praeter duo ad init., totidemque ad finem. Bene scriptus. In fol. ad init., 'Too ys welbelouyde ffrynd Tomas Hankes thys be delyveryde wythe spyde.' Inter codd. T. Allen, '45.'

1. Bernardi Silvestris [Carnotensis] opus, metricum partim, partim prosaicum, de Creatione; Teodorico, 'doctori famosissimo,' dicatum. f. 1.

In libros duos distinctum: i. 'Megagosmus,' sive 'Megachosmus,' in quo Noe Naturam instruit de quatuor elementis, sive 'de ornatu elementorum;' ii. 'Microchosinus,' in quo iterum Noe cum Natura loquitur de homine et planetis, speciatim de Urania 'siderum regina.'

Ad calcem est synopsis contentorum operis.

2. 'Architrenius magistri Johannis de Alvilla,' sive Altavilla. f. 16.

Tit. ad calcem. Accedit tabula capitulorum.
Vid. cod. 64, *supra*.

3. [Josephi Iscani] Poema de bello Trojano, ex Darete Phrygio. f. 65.

Inc. '*Frigii Daretis Iliados liber primus incipit.*
Iliadum lacrimas concessaque Pergama fatis.'
Saepe impressum; olim sub nomine Cornelii Nepotis.
In fol. ult., scil. 101, est carmen ad Bacchum.
Inc. 'Bache, decus mundi, terra mira potestas,
Gentes das letas sub diro principe mestas;
Vincis victrices regum vineisque tirannos;
Vincis pontifices; letos mihi da, precor, annos.'

158.

Membranaceus. In fol. minori. Saec. xii, versus finem. ff. 126. Bene scriptus. In fol. 1, Hic est liber S. Marie de Radinge, quem qui celaverit vel fraudem de eo fecerit anathema sit.' Inter codd. T. Allen, '14,' 'A. 62.'

1. 'Epistola Johannis [Presbyteri] regis Indie ad Emanuelem Constantinopolitanum imperatorem:' [circa A.D. 1165.] f. 1.

Impress. cum *Itinerario* Jo. de Hese, 4°. Davent. 1504; et denuo edit. per Fred. Zarncke, pp. 909–924, vol. vii. *Abhandlung der philol.-hist. classe der Sächsischen Gesellschaft der Wissenschafften*, 8°. Lips. 1879. Initium etiam exstat apud Pezii *Anecdota*, vol. vi. part ii. p. 20, fol. Aug. Vind. 1729.

2. 'Liber Sententiarum Cassiodori Senatoris de diversis voluminibus;' sive rectius, Defensoris Liber Scintillarum. f. 7.

Praemissa est tabula in fol. 6; 'Incipiunt capitula libelli Scintillae Scripturarum.'
Saepe impressus, inter Opp. Bedae et alibi.

3. 'Sententia Anselmi archiepiscopi de motione altaris;' scil. epist. clix. ad Willelmum abbatem. f. 91.

4. Excerpta quaedam e SS. Augustino et Gregorio. ff. 91^b, 92^b.

5. Dialogus inter Dominum et monachum ex ord. Bened. quomodo quis pro Christo negotiari in paupertate possit. f. 94.

Inc. 'Dixit Dominus Jhesus discipulis suis, Negotiamini dum venio.'

6. 'Sermo venerabilis Anselmi archiepiscopi Cantuariensis de duabus beatitudinibus et miseriis.' f. 96.

Inc. 'Notandum est duas esse beatitudines et duas miserias. Una enim est beatitudo quam Adam habuit in Paradiso.'
Expl. 'Meror et desolatio his qui Dominum Christum contempserunt, gaudium et exultatio erit his qui eum dilexerunt et diligunt, cui gloria et imperium in secula seculorum Amen.'
Non inter opera Anselmi impressa exstare videtur.

7. 'De octo beatitudinibus.' f. 103.

Inc. '*Beati paupere spiritu.* Contraria sibi non conveniunt, ut paupertas et beatitudo, vel sanitas et egritudo.'
Expl. '—in quo processus mansionum et diversa meritorum premia numerantur.'

8. De Oratione Dominica. f. 105^b.

Inc. 'In septem precibus Orationis Dominicae omnia bona presentis vitae et futurae continentur.'
Expl. '—nec sine merito ad beatitudinem pervenitur.'

9. 'De spirituali claustro.' f. 106^b.

Inc. 'Sciendum est claustro corporali monachos concludi parum aut nichil prodesse nisi spirituali muniantur.'

10. 'De libero arbitrio.' f. 107.

Inc. 'Queritur quomodo facta sit in nobis liberi arbitrii depressio.'

11. An Adam sive Eva gravioris sententiae poenam promeruisset. f. 107^b.

Inc. 'Inquisitione dignum videtur cum Adam pariter et Eva ad injunctae obedientiae transgressionem.'

12. De primo peccato et casu hominis. f. 108.

Inc. 'Deus fecit hominem bonum et justum hac conditione.'

13. 'De diversis opinionibus animae.' f. 109.

Inc. 'Diversae diversorum opiniones sunt de anima. Dixerunt enim quidam illam de parte Dei creatam esse, qui male dixerunt.'

14. Sententiae e SS. Augustino et Hieronymo de anima. f. 109^b.

15. 'De corpore et sanguine Domini.' f. 110.

Inc. 'Quomodo panis sanctificatus convertatur in carnem.'

16. 'De perceptione corporis et sanguinis Domini.' f. 111.

Inc. 'Cotidie Eucharistiae communionem percipere nec laudo nec vitupero.'

17. Notae e commentario quodam, super Gen. ii. 19–iii. 15. *ibid.*

18. 'De trina sepultura;' de morte non timenda; de signo Jonae: [excerpta, scil., ex cap. vi. libri iii, et capp. ix, x, et vi. libri iv, tractatus S. Augustini de Symbolo ad catechumenos.] ff. 112^b–114.

19. 'De tolerantia Noae in archa.' f. 114.

Inc. 'Omnis qui pie tolerat recte credit.'

20. De dilectione inimicorum: [excerptum e sermone 382 S. Augustini, de S. Stephano.] f. 114^b.

21. Excerptum e cap. xxx. libri Cassiodori de Institutionibus divinarum literarum. f. 115.

22. Excerpta brevia de mystico sensu quatuor pedum mensae tabernaculi, de tribus generibus martyrii, de octo per monachos observandis. ff. 115^b, 116.

23. 'De non recta comparatione virtutum et vitiorum.' f. 116^b.

Inc. 'Nonnunquam ideo extollimur et aliis detrahimus.'

24. Alia brevia; 'de immunditia cordis;' de tribus in juvene notandis; 'de septem gradibus humilitatis.' ff. 117^b, 118.

25. [*Manu altera, saec. ejusdem.*] 'Sermo de veneratione reliquiarum sanctorum.' f. 119.

Inc. 'Audistis, fratres dilectissimi, psalmista dicente, quod preciosa sit in conspectu Domini.'

Expl. 'Quid igitur, fratres karissimi, per hoc nobis innuitur nisi quod nos qui sanctorum reliquias suscepimus, ex hoc etiam sanctius vivere debemus?'

159.

Membranaceus. In fol. minori. Saec. xiv. ff. 87. Mutilus ad finem. Inter codd. T. Allen, '24,' 'A. 78.'

'Liber Aristotilis de ducentis lv.que Indorum voluminibus, universalium questionum tam genecialium quam circularium summam continens.'

Praemissus est prologus (incip., 'Ex multiplici questionum genere' in quo quidam Hugo Sanctellensis, domino suo opus inscribens ('tue sublimitatis servus ac indignus minister'), dicit se librum transtulisse ex Arabico in Latinum.

Inc. '*Incipit Aristotilis comentum in Astrologiam.* Primo quidem omnium id recte atque convenienter proponi videtur.' Desinit liber imperfecte in cap. 'de Jovis alfardaria.'

In folio ad init. vacuo manus saec. xvii. ineuntis [T. Allen?] scribit haec, minime autem ad hunc nostrum codicem referentia: 'Summa judicialis de accidentibus mundi secundum Johannem de Eschinden quondam socium aulae de Merton. in Oxon.'

160.

Membranaceus. In fol. minori. ff. 223. Saec. xv. Inter codd. T. Allen, '22,' 'A. 67.'

1. Fragmentum tabulae capitulorum in quodam tractatu systema theologiae continente. f. 1.

2. Fragmentum tractatus cujusdam astrologici, in quo de orbe coelesti et de planetis. f. 2.

3. 'Tractatus de anathomia membrorum, continens duas doctrinas:' i. 'de anathomia membrorum communium universalium et simplicium;' ii. 'membrorum propriorum particularium et compositorum.' f. 3.

Inc. 'Quoniam secundum Galienum medicorum lucernam.'

Citantur ex medicis recentioribus Henricus de Hermondavilla [*sive* Amandivilla] atque 'Guillelmus de Saliceto et sectator ejus Lantfrandus.'

4. 'Tractatus de basibus medicinarum compositarum, secundum Jo. de Sancto Amando.' f. 18.

Inc. 'Quoniam ut dictum est, et similiter attestatur Jo. Damascenus.'

Ad calc. 'Explicit tractatus bonus de basibus et medicinis componendis Jo. de Sancto Amando.'

5. Tractatus de medicinis simplicibus, cum tabulis medicinarum intertextis. f. 22^b.

Inc. 'Cum non sit medicus nisi administrator rerum non naturalium.'

Expl. 'Scias ergo quod contrarii in operacionibus sunt contrarii in complexionibus, et in hoc est finita tabula medico multum necessaria.'

6. 'Speculum' introductionum medicinalium 'Arnoldi' de Villa Nova, 'super Johannicium.' f. 46.

Desinit incompletum in cap. lxxxiii.

Impress. inter *Opera* sua.

Sequuntur tria folia vacua.

7. Opus medicum *Trifolium* dictum, auctore [ut notat T. Allen] Simone Bredon, socio collegii Mertonensis: libris tribus. f. 102.

Inc. 'Intencio mea in hoc opusculo fuit juxta triplex regimen trifolium ordinare.'

Lib. i. De judiciis urinarum aliarumque evacuationum. f. 103^b.

Lib. ii. De judiciis medicinarum. f. 173.

Lib. iii. (*sive aliter* ii.) De signis a pulsu et anhelitu. f. 220.

Desinit mutilum, ubi tractatur de effectu balnearum, ad verba, [balneum calidae aquae] 'dum usitatur temperate facit pulsum magnum, velocem.'

In folio ad finem compacto (fol. 223) est hoc memorandum, vix propter rasuram legendum, 'Ego Johannes Gerarde . . . in cista de Dunken, anno Domini m.cccc.lxxvij, viij° die Aprilis . . . liber medicine, secundo folio *seu particulis*' [ut supra, fol. 4], 'et jacet pro xiij^s. iiij^d.' De cista *Dunken* in acad. Oxon. v. *Munimenta Academica* a H. Anstey, vol. ii. p. 744.

161.

Membranaceus. In fol. minori. ff. 93. Quoad maximam partem, saec. xiv. Inter codd. T. Allen, 'A. 72,' '47.'

1. **Fragmentum e tractatu Abraham Aben-Ezrae de revolutionibus. f. 1.**

Inter ejusdem *In re judiciali opera*, 4°. [Ven. 1507], ff. lxxxi–lxxxiii.

2. **Fragmentum alterum; conclusio tractatus ejusdem auctoris de significationibus planetarum in duodecim domibus. f. 2.**

Ad calc. 'Finis quorundam tractatuum particularium Abrahe Avennarre quos Petrus Paduanus ordinavit in Latinum.'

Ibid. fol. xci^b.

3. **Sermo 'magistri Herdeby,' *alias* 'Galfridi Hardeby,' 'in ecclesia Virginis' [apud Oxonienses?] in S. Luc. xxi. 25, *Erunt signa in sole*, etc. *ibid.***

Inc. 'Signorum tria sunt genera.'

4. **'De factura et formis rerum et ymaginum que ascendunt in faciebus signorum.' f. 6.**

Inc. 'Arietis vero natura est ignea, colerica, [etc.] Et ascendit in prima facie ejus mulier que vocatur Azne.'

5. **[*Saec.* xii. *exeuntis.*] De mundi et coelorum constitutione, de sole et planetis. f. 10.**

Inc. 'Mundus igitur ex quatuor elementis constans, et ex isdem totis in modum spere globatus.'

Expl. '—qui eas percuciens aut in sublime tollit, aut in profundum deprimit, aut in latitudinem declinare aut retrogradari facit.'

6. **Pars tractatus cujusdam de medicamentorum compositione et usu. f. 16.**

Incipit (*in fol.* 9, *secundum veterem enumerationem*) cum descriptione aluminis zucarini 'vulgariter Alumglas.' Sine dubio auctor est ille chirurgus celeberrimus, Johannes Arderne, de Newark. Describuntur casus qui 'apud Neuwerk' et 'apud Dankastre,' ut etiam 'apud London ad fratres Carmeli,' occurrebant; citatur etiam Johannes Gadesdene. Juniperus dicitur crescere 'in Cancia super Schetereshylde in via versus Cantuariam, apud Dorkyng eciam in Soreray . . . eciam apud Bedyngtone juxta Croyden, quam incole patrie illius vocant *gorst*.' Exemplar integrum, sine nomine auctoris, invenitur in codice chartaceo saec. xv, Ashm. 1434, art. 3; ex quo constat nostrum tribus circiter foliis carere.

7. **Pars summae [Petri Aponensis] Problematum Aristotelis; f. 24.**

Inc. (*in fol.* 31, *secundum quendam veterem enumerationem*) in quaestt. de mari, [sect. xxv.]

Ad calc. 'Completa est summa causarum problematum Aristotelis, assistente prime Cause subsidio, ex qua, in qua, et per quam omnia, cui laus et gloria quamdiu causa fuerit vel causatum. Amen.'

8. **'Liber Ursonis de commixtionibus elementorum.' (*tit. ad fin.*) f. 35^b.**

Inc. 'Quoniam naturalis sciencia ceteris elegancior.'

9. **'Tractatus de diebus creticis, etc.' (*tit. ad fin.*) f. 84.**

Inc. 'Natura summa et provida, a qua cuncta suam causaliter extraxerunt originem.'

10. **De potentiis animae. f. 93^b.**

Liber imperf., initium solummodo exhibens.

Inc. 'Sciendum est autem in primis quod multorum opinio.'

162.

Membranaceus. In fol. minori. Saec. xiii. ff. 48. Binis columnis. Inter codd. T. Allen, '25,' 'A. 179.'

1. **Tractatus chemicus de coloribus quibusdam componendis; capp. xii. f. 1.**

Inc. 'Proloquta inter me et Asende eo quod ipse scire verba que rogavit me in parte una iterando.'

Expl. '—et mitte desuper ipsum quando fuerit siccum.'

Sequuntur versus septem de arte pictoria, quorum primus et postremus hic subjiciuntur:—

'Sensim per partes discuntur quelibet artes.
. . . .
Ars opus augebit sicut liber iste docebit.'

2. **(*Manu saec.* xiv.) De urinis. f. 6.**

3. **'Lumen luminum;' tractatus alchemicus, libris tribus, cum prologo. f. 7.**

Inc. prol. 'Cum de sublimi atque precipuo rerum effectu sermo habendus sit.'

Expl. '—sed intimum et precordiale deputandum descripsi.'

Non est opus Arn. de Villa Nova sub eodem titulo vulgatum.

4. **'Liber Aristotelis de xii. aquis secreti fluminis, translatus ab Arabico in Latinum;' opus alchemicum; in 12 capp. f. 10^b.**

Inc. 'In xii. aquarum investigando libro.'

5. **Tractatus de auri et argenti confectione, variisque ejusdem generis, et de compositione ac usu colorum, etc.; intit. Mappae Clavicula. f. 11^b.**

Inc. 'Multis et mirabilibus in hiis meis libris conscriptis cure nobis fuit exponere commentarium.'

Expl. (in cap. *de ferri deauratione*) '—que in auro fit, et mitte in foco ut nosti.'

Praemissa est tabula capitulorum.

6. **i. 'Prima translacio libri Morieni' Romani, heremitae Hierosol., de transmutatione metallorum. f. 21^b.**

Inc. 'In nomine Domini pii et misericordis res que accidit ad Kalid filii (*sic*) Gesid, filii Maohoia cum Morieno Romano.'

Alia versio, forma longiori, exstat in vol. ii. *Artis Auriferae quam Chemiam vocant*, 8°. Bas. 1593. p. 1.

ii. 'Translacio ultima libri Morieni secundum magistrum Robertum Cestrensem;' sive pars secunda tractatus Morieni. f. 23.

Inc. 'Moriene, primum querere libet que et qualis hujus rei substancia.'

Ad calc. 'Explicit liber alkimie de Arabico in Latinum translatus, era M.C.LXXX. secundo, mense Februarii et in ejus die xi., in hora viii. ejusdem diei.'

Impress. *ibid.*, pp. 25–54, sine nomine traductoris.

7. **Libri Septuaginta; sive tractatus alchemicus in lxx. sectiones distributus, in quibus summae 'omnium nostrorum librorum.' f. 29.**

Imperf., desinens in libro xxxvii. qui est 'Liber Utilitatis.'

Incip. lib. i. 'Liber Divinitatis,' 'Laudes sint Deo habenti graciam et bonitatem et pietatem et misericordiam qui donavit nobis rem quam non meruimus apud eum ut retribueret nobis.'

163.

Membranaceus. In 4°. majori. Saec. xv. ff. 88. Inter codd. T. Allen, 'A. 134.'

1. **Rob. Grosseteste, episc. Lincoln., tractatus de venenis, (id est, de septem peccatis mortalibus). f. 1.**

Inc. 'Racio potissima veneni convenit peccato prioritate originis, generate infeccionis, et difficultate curacionis.'

2. Ejusdem libellus de decem praeceptis Decalogi. f. 21.

Inc. 'Sicut dicit Apostolus ad Cor. 12°. Plenitudo legis est dileccio.'

3. 'Quedam notabilia et descripciones vocabulorum secundum ordinem alphabeti et secundum diversos patres et catholicos orthodoxos.' f. 57.

Notae in verba quaedam, ab *Auxilium* ad *Zelus*.

4. 'Meditaciones beati Bernardi de passione Domini.' f. 83^b.

Inc. '*Quis dabit capiti meo aquam* [etc.] donec appareat servo Dominus Deus visu vel sompno consolans.'

Ad f. 87, 'Hic tractat beatus Bernardus de morte Ade et tribus virgulis de quibus fiebat Sancta Crux.' Inc. 'Post peccatum Ade, expulso eodem a Paradiso.' *Imperf.*, desinens ad verba, 'inventa est ceteris brevior uno cubito que per lineam—'

Non sunt hae meditationes inter opera impressa Bernardi.

164.

Chartaceus. In 4°. majori. Saec. xv. ineuntis. ff. 142. Inter codd. T. Allen, 'A. 92.'

1. (*Manu saec.* xvi.) Tractatus alchemicus de metallorum praeparationibus; *imperf. ad fin.* f. 1.

Incip. 'Sciendum est quod septem sunt corpora metallina.' Scriptus manu cujusdam Joannis Penon; *cf.* fol. 113^b.

2. 'Ex libro Rogeri Baconis de arte et natura,' sive epistola de secretis operibus artis et naturae. f. 8.

Inc. 'Vestre peticioni respondeo diligenter. Nam licet nature potestas sit mirabilis.'

Saepe impressa.

3. 'Benediccio nove domus.' f. 12^b.

4. 'Extracta de libro mineralium Alberti, qui est de lapidibus in communi;' scil. e capp. 3, 5, 6, 7, 8. ff. 13, 14.

Opera, vol. ii. part iii. pp. 212–7.

5. 'Liber Trium Verborum [Regis Calid] qui dicitur Liber Divinitatis;' tractatus alchemicus. f. 15.

Inc. 'Et hec tria verba sunt de lapide precioso qui est lapis omnium lapidum preciosorum, et est corpus volatile, aereum.'

Expl. '—quia qui habet indeficientem thesaurum habet.'

Citantur quidam ('Dixit filius regis Persarum,' et, 'Dixit Rabachay') qui in textu in vol. v. *Theatri Chemici* impresso non nominantur, cum qua editione codex noster, initio excepto, minime consentit.

6. 'Extracta de tractatu fratris Ferrarii super arte alkymie.' f. 17.

Inc. 'Dirigit epistolam suam Papae, et primo ponit artis impe^{ta} [impedimenta?] et que conveniunt artiste. Secundo narrat illorum raciones qui hanc scienciam impugnant.' Deest fol. unum inter 17, 18.

Expl. 'Unde dicit Hermes, Qui filios Rubi9^{nis} (rubiginis?) servi et candide mulieris desponsare sciverit ipsos in infinitum multiplicabit. Hanc (*sic*) nobis juxta cor nostrum prestare dignetur' [etc.]. 'Explicit frater Ferrarius.' Non conveniunt haec cum iis quae sub nomine Efferarii in vol. iii. *Theatri Chemici*, et alibi, exstant.

7. 'De humano sanguine,' sive de compositione medicamenti cujusdam e sanguine per separationem quatuor elementorum. f. 21.

Inc. 'Ex sanguine humano philosophicam medicinam extrahamus sive componamus.' Sequitur (f. 24^b) de herba Celidonia et de extractione quatuor elementorum eodem modo.

8. (*Manu saec.* xvi.) 'Pour dissoudre en fiens plus en ung jour que en 12 aultrement.' f. 25.

9. 'Ramus secretissimi lapidis per Virgilium a natura expletum' (*sic*). f. 25^b.

Inc. '℞. lapidem rubeum et scinde in peciis minutissimis.'

10. 'Dyalogus A. de Villa Nova super philosophico lapide:' (*tit. ad calc.*); 'in sex capitulis expletus.' f. 27.

Inc. 'Scito, fili, quod in hoc libro dicam de secretis nature.'

Expl. 'Jam ergo complevi intentionem meam in hoc libro in quo locutus sum quid est lapis.'

11. 'De cristallo et lapidibus preciosis;' alchemica quaedam. f. 29^b.

12. 'Pauca extracta de diversis auctoribus de philosophico lapide tractantibus.' f. 33.

Inc. 'Hic aliqua investigabuntur de materia, de modo generacionis metallorum.'

Expl. '—ut thesaurus absconditus a multis quesitus in lucem prodeat in utilitatem sub[ti]lium et proborum. Amen.'

Sequuntur:

i. De sublimatione. f. 50^b.

Inc. 'Notandum bene quod omnes operaciones hujus artis stant in sola sublimacione.'

Expl. '—habes elixir seu lapidem philosophorum completum quod convertet omne imperfectum corpus et mercurium in lunam optimam qua melior non poterit inveniri.'

ii. De excellentia artis faciendi aurum et argentum. f. 53^b.

Inc. 'Inter omnia omnium studia, maxime sapiencie studium est perfectius.'

13. 'Alphidius philosophus de lapide philosophico.' f. 56^b.

Inc. 'Primum libri hujus, Otheophile (*sic*), constat eulogium aperire nescientibus quod studiosus philosophorum chorus agere consuevit.'

Expl. 'Et de ista herba' (scil. borisa, sive martago, alias lunaria) 'vidi in magna quantitate in monte Sancti Michaelis et in quodam monte de Bairo prope Collmer. (?), sed modus habendi non est notus omnibus propter serpentes eam custodientes, etc.'

14. (*Manu saec.* xvi.) Figura coeli hora nativitatis Johannis Penon, 12 Apr. 1489, et figurae coeli 13 Apr., 22 Aug., et 11 Dec. 1535, de eodem Johanne 'preparation de la matere de la grande pierre' tunc temporis operante, per eundem descriptae. ff. 65^b, 68.

15. Alchemica varia, partim *Lat.*, partim *Gall.* ff. 66–70.

Inter haec:

i. 'Opus solis et lune completum.' f. 67.

ii. 'Chy sensieut ung traities de la vraie science dalkimie.' f. 70.

16. Astrologica paucula, de planetarum influentiis et de effectu coeli. f. 71.

17. Virtutes herbarum, etc., partim medicinales, partim magicae. ff. 72, 75.

18. De Igne Graeco modis sexdecim componendo, quorum septem sunt de oleis benedictis. ff. 73^b–75.

19. 'Hic incipit unus liber philosophicus Rosarius nominatus,' cum prooemio, [auctore Arnaldo de Villa Nova]. f. 76.

Inc. procem. 'Liber abbreviatus, approbatus, verissimus, thesaurus thesaurorum, Rosarius sanctorum philosophorum ac omnium secretorum maximum secretum, de rectissima composicione naturalis philosophie.'

Impr. in *Verae Alchemiae doctrina*, fol. Bas. 1561; et alibi. Hic autem additum est ad finem capitulum 'de preparacione elixir.'

20. 'Dissolucio solis et lune, veneris et martis.' f. 95.

21. 'Ars magistri Johannis Gallici circa tercium ordinem medicinarum,' de aqua solis et opere solis et lunae. f. 95b.

22. Excerpta e libris quinto et primo Testamenti Arnaldi de Villa Nova. ff. 97, 98.

23. 'Ars completa ad rubeum, data domino cardinali Prenestrium (*sic*) per quemdam philosophum, magistrum Walterum, commorantem Parisius.' f. 101.

24. 'Ars ad extrahendum quatuor cujuslibet rei elementa.' f. 107.

Inc. 'Modus est iste: ℞. rem putrefactam in aquam reductam.'

25. Varia alia brevia alchemica. ff. 107b–110.

Inter haec:
i. 'Tractatus balsami artificialis.' f. 107b.
ii. 'Ad album, ex addicionibus Rosarii.' f. 108b.
iii. 'Opus de lapide rubeo.' f. 109b.

26. 'Chi commence noble practique et moult excellente cose et moult merveilleuse recepte sur le fait Dalkimie.' f. 111.

Praemissa est rubrica: 'Recurro ad consilium hujus codici (*sic*) ad practicam Cathalanicam que incipit sic, Corruption et depuratio, etc. Vide ibi supra.' Supra haec inscriptus est (manu Joannis Penon) hic titulus: 'Chi sensieut ung liure que on dit de Remon Lulle nommes Cuncta Praxis.' *Practica* Lullii dicitur incipere verbis *Corruptio et depuratio*, sed haec versio Gallica (si revera sit versio) ita inc. 'Vous deuez savoir que il sont iij. coses lesquelles sont toute transmutation.' Expl. 'Et tout ainsi convertist il tous les aultres metaulx imperfais en fin argent meilleur que de miniere en toutes ses proprietes.' In marginibus sunt notae scriptae anno 1525 a Jo. Penon.

27. Alchemica quaedam recepta; *Gallice*. f. 117.

Postrema duo sunt manu Jo. Penon, qui etiam notas addit in annis 1530–5 in ff. 134, 135.

28. 'Chi sont les lettres frere Nichole enuoiies a frere Bernard de Verdun et les lettres de frere Bernard enuoiies a frere Nichole,' sur la pierre des philosophes. f. 119.

29. 'Cy apres sensieut le Tresor de philosophie frere Bernard de Verdun.' f. 122b.

Inc. 'Pour chou que al innorant les principes de mon art.'
Expl. 'Tu navas la vraye tainture fors que par iaubbe de souffre nete. Explicit tractatus fratris Bernardi de Viriduno, translatus de Latino in Gallicum anno Domini 1410, in mense Maii.'

30. 'Characteres planetarum et figure;' 'Sigilla signorum et figure.' f. 134b.

31. Alchemica varia; de reductione et calcinatione metallorum; 'regimen aquarum acutarum;' 'fixatio mercurii.' ff. 135b–141b.

32. Alchemica quaedam *Gallice*, manu Joannis Penon. ff. 141b–2b.

165.

Membranaceus. In fol. minori. Saec. xiii. ff. 135. Inter codd. T. Allen, 'A. 71.'

Vita S. Hugonis episcopi Lincolniensis; [auctore Adamo quodam, forsan abbate Eynshamensi].

Desunt sex aut septem folia in principio quae continebant capp. i–vii. libri primi.

Impress. ex hoc codice per Jac. F. Dimock, A.M., 8°. Lond. 1864.

166.

Membranaceus. In fol. minori. ff. 110. Saecc. xiii exeuntis, xiv. Partim binis columnis. Inter codd. T. Allen, 'A. 174.'

1. Expositio in tractatum [Joh. a Sacro Bosco] de sphaera. f. 1.

Inc. 'Ut ait Plato in Thimeo, Mundus iste sensibilis.'

2. 'Generalis introduccio in practicam geometrie,' in qua 'de triangulo Pictagorico;' auctore quodam P. f. 6b.

Inc. 'Pauca potens conpilare aliorum facta sibi non debet attribuere vel aliorum bona facta diffamare; idcirco ego pauper P. aliorum meliora meis hic preordino.'

3. 'Canones in triangulum Pictagoricum de mensuris practice geometrie;' auctore eodem. f. 8b.

Inc. 'Paucis verbis paupertatis libellus est scribendus.'

4. 'Exposicio magistri Petri de Dacia super algorismum prosaicum.' f. 13.

Inc. '*Omnia que a primeva*, etc. In hoc tractatu determinatur de arte numerandi sive de numero practico.'

5. Tractatus [Johannis a Sacro Bosco] de sphaera. f. 21.

Inc. 'Tractatum de spera quatuor capitulis distinguimus.'

6. Versus 'de fastu mundi.' f. 27.

Inc. 'Turpiter erratur quando fastus dominatur.'

7. Poema 'de excidio Troie.' *ibid.*

Inc. 'Diviciis, ortu, specie, virtute, triumphis.'
Expl. 'Arteque non partu ligneus egit equus.'

8. 'Planctus Hugonis [Nowers?] prioris de Monte Acuto [in com. Somerset.] ad idem.' f. 27b.

Inc. 'Pergama flere volo fato Danais data solo.'
Expl. 'Tot clades numero scribere si potero.'

9. Historia Daretis Phrygii de excidio Trojae, praemissa epistola Cornelii ad Salustium Crispum. f. 28.

Folium ultimum mutilum est.

10. Narratio Odorici, fratris Ordinis Minorum, provinciae Paduanae, de mirabilibus quae vidit in partibus orientis. f. 36.

Cf. art. 3 in cod. 11, *supra*. Hic desinit ad finem narrationis martyrii quatuor fratrum Minorum.

11. 'Epistola Sathane ad universalem ecclesiam.' f. 46.

Inc. 'Princeps regionis iehennalis ecclesiarum prelatis et clericis universis.'

12. 'Responsio papae sanctam ecclesiam defendentis.' *ibid.*

Inc. 'Magnus mundi monarcha, Christicolarum calipha.'

13. 'Epistola [Ottonis] Rectoris fratrum de Penitencia Jhesu Christi,' [super suppressionem ordinis per decretum Conc. Lugd. anno 1274]. f. 48.

Inc. 'Viris abjecte religionis universis fratribus Penitencie Jhesu Christi desolatis.'

14. 'Dissuasio Valerii ad Ruffinum de uxore non ducenda;' [ex libro Gualt. Mapes *De nugis Curialium*]. f. 48.

Cf. art. 18 in cod. 67, *supra*.

15. 'Aureolus Teofrasti de nupciis,' sive epitome libri sic inscripti, quem legendum monet G. Mapes ad finem 'Dissuasionis' praedictae. f. 50.

Inc. 'Fertur Aureolus Theofrasti liber de nupciis, in quo queritur an vir sapiens ducat uxorem.'

16. Versus de incommodis Amantis, Militis, et Scholaris. f. 51.

Inc. 'Tria sunt officia quibus laus honoris
Et tocius gracia queritur favoris.'

17. Versus quod Deus super omnia sit quaerendus. *ibid.*

Inc. 'Ut jocundas cervus undas estuans desiderat,
Sic ad divum fontem vivum mens fidelis properat.'

18. [Apocalypsis Goliae, per Gualt. Mapes.] f. 51.

Inc. 'A tauro torrida lampade Cinthii.'
Saepe impr.

19. [G. Mapes contra ambitiosos et avaros.] f. 53[b].

Inc. 'Missus sum in vineam circa horam nonam.'
Des. 'Ambitus et luxus, et opum metuenda facultas.'
Inter *Latin Poems attributed to W. Mapes*, 1841, p. 152; noster autem exemplar non e toto textui ibi exhibito consentit.

20. Versus de rosa, moraliter tractata, ad quendam Petrum [de Rosa?], natione Gallicum, e civitate Chrysopolitana [*Besançon*?] natum, et doctorem decretorum Bononiae admissum, dicati. f. 54[b].

Inc. 'Ecce nectar roseum populis irrorat
Quod amaritudinem seculi dulcorat;
Letare Crisopolis quam laus non ignorat
Dum te parem Francie facere laborat.
Primo loco Francie rosa dedicatur
Tibi secundario laus appropriatur.'
Expl. 'Patrie nos liberans interventu precis
De lacu miserie et de luto fecis.'

21. Poema quoddam in duas partes distinctum, praemissis prologis in prosa: pars i. de donis scientiae hominibus a Deo datis; pars ii., Cur Deus homo? f. 55.

Inc. prol. i. 'In Domino confido; quomodo dicitis anime mee.'
Inc. pars i. 'Ante legum dominos et magistros arcium
Usurpasse videor doctoris officium.'
Inc. prol. ii. 'Unum non immerito in primitiva fide quesitum est.'
Inc. pars ii. 'Dum medium silencium teneret legis apices
Et litere dominium regnaret apud simplices.'
Sequitur prologus in tertiam partem de quaterna generatione hominis, sed deinceps cetera desunt.
In cod. 168 *infra* poema idem occurrit sub nomine Philippi Gualteri de Castellione, sed ille Gualterus hic inter quatuor eminentiores eorum eo tempore 'metrice scribentium,' his versibus recensetur :—

'Stephanus, flos, id est, Aurelianensium,
Et Petrus qui dicitur de Castro Blecencium;
Istis non merito [*sic, lege* immerito?] Berterus adjicitur,
Sed nec inter alios quartus pretermittitur
Ille quem Sistellio latere non patitur,
In cujus opulus [*sic, lege* operibus] Alexander legitur.'

22. [Gualteri Mapes Goliae querela ad Papam.] f. 56[b].

Inc. 'Tanto viro locuturi
Studeamus esse puri.'
Inter *Latin Poems*, etc., ut supra, pp. 58–63; et alibi.

23. [Ejusdem?] Poema de potestate papali Caesaream excedente, et de controversia inter Alex. III. et Anti-papas Paschalem et Calixtum versus finem saec. xii. f. 57.

Inc. 'Quis furor, O cives, quae tanta licencia litis?'
Deinde, post prol. in prosa,
'Totus hujus temporis ordo sive status
Ab antico legis est fonte derivatus.'

24. Versus alii de eodem inter papas schismate, in quibus auctor neutram partem suscipit, dicens
'A Christo neuter est forsitan electus,
Neuter mihi sufficit, uterque suspectus.' f. 58.

Inc. 'Heliconis rivulo modice respersus.'
Multi ex versibus, forma et ordine mutatis, reperiuntur in carmine *De pravitate saeculi*, inter Poemata G. Mapes, *ut supra*, p. 159, ubi autem nulla mentio schismatis occurrit.

25. [G. Mapes?] Versus de virtute baculi, sive de iis quae per baculum facta in Vet. Test. memorantur. *ibid.*

Inc. 'Baculare sacramentum
Nec recenter est inventum
Nec sine mesterio (*sic*).'

26. De pravitate saeculi. f. 58[b].

Inc. 'Dum contemplor animo seculi tenorem,
Reproborum gaudia, proborum merorem,
Contentum justicie, fidei torporem,
Credo quod non habeant secula rectorem.'
Mentionem facit auctor de nece Tho. Becket.

27. Item de eadem. f. 59[b].

Inc. 'Ecce sonat in aperto
Vox clamantis in deserto.'

28. [Praedicatio Goliae.] *ibid.*

Inc. 'Multis a confratribus pridie rogatus.'
Inter Poemata G. Mapes, *ut supra*, p. 31.

29. [Golias ad Christi sacerdotes.] f. 60[b].

Inc. 'Viri dilectissimi, sacerdotes Dei.'
Ibid. p. 45; et alibi.

30. Contra monachos vagantes atque mendicantes. *ibid.*

Inc. 'Nos per mundi climata ferimur vagantes,
Semper vagi, stabiles nunquam set instantes.'

31. De iisdem; sive paupertatis descriptio. *ibid.*

Inc. 'Paupertatis fero pondus,
Meus ager meus fundus
Domus mea totus mundus,
Quem pererror vagabundus.'

32. [Praedicatio Goliae ad terrorem omnium.] f. 61.

Inc. 'Tempus acceptabile tempus est salutis.'
Inter Poemata G. Mapes, *ut supra*, p. 52; et alibi.

33. Contra avaritiam et luxuriam cleri. f. 61ᵇ.

Inc. 'Ad terrorem omnium surgam locuturus,
Omnis clerus audiat, simplex et maturus.'

34. [Golias de avaritia Romanae Curiae.] *ibid.*

Inc. 'In hoc consistorio si quis curam [*sic*] regat.'
Expl. 'Et solvit contraria copia nummorum.'
Pars poematis 'In Curiam Romanam' inter Poemata G. Mapes, *ut supra*, pp. 37–38, ubi in vv. 13–36 inveniuntur haec, ordine versuum mutato.

35. Versiculi quidam Latini (12) quorum unusquisque voce quadam Gallica desinit. *ibid.*

Inc. 'Quando cadit qui posset adhuc bene vivere dole est
Dum potest haec infugiat contagia fole est.'

36. Paraphrasis metrica Orationis Dominicae. f. 62.

Inc. 'Pater noster qui es in celis
Et in nobis esse velis
Per mundi confinia.'

37. Peccatoris oratio devota, misericordiam petens. *ibid.*

Inc. 'De profundis criminum profero clamorem
Te, Redemptor hominum, petens adjutorem.'

38. Peccatoris lamentatio et confessio. *ibid.*

Inc. 'Miserere mei, Deus,
Quia miser ego reus
Delictorum honeri.'

39. [Confessio Goliae.] f. 62ᵇ.

Inc. 'Estuans intrinsecus ira vehementi.'
Inter Poemata G. Mapes, *ut supra*, p. 71. In versu quarto a fine, loco verborum
'Praesul Coventrensium, parce confitenti,'
legit hoc nostrum exemplar,
'*Electe Colonice*, parce confitenti.'

40. Carmen de S. Thoma Cantuariensi, exilio, martyrio, et miraculis ejus. f. 63.

Inc. 'Ante chaos jurgium indigeste molis
Adhuc ile gravida fetu magne prolis.'
Impr. inter *Anecdota Bedae, Lanfranci et aliorum*, ed. J. A. Giles, 8°. Lond. 1851, pp. 115–132; pars etiam exstat in opere Stapletoni, *Tres Thomae.*

41. Rhythmica quaedam in laudem ejusdem. f. 66.

Inc. i. 'Praefulgens sidus Anglicum
Jubar ecclesiasticum.'
ii. 'Dux gregis egregie
Pastor gloria pacis.'

42. Carmen in laudem B. Mariae Virginis. *ibid.*

Inc. 'Venter puellaris, expers tamen maris
Proph[et]arum predicta carmine.'
Expl. 'Tibi, Virgo, summa leticia,
Nobis autem perfecta gaudia,
Per infinita seculorum secula. Amen.'
Praemissa sunt:
i. Introductorium, ut videtur, tetrastichon.
'Laudibus eximie sunt carmina plena Marie,
Que vobis mistica mito (*sic*) Petrus.
Hec fecere duo me scribere, sydera tangens
Vestris [*sic*] honor, matris Virginis almus honor.'
ii. Versus tredecim.
Inc. 'Cara parens,
Pare carens,
Virgo singularis.'

43. Hymnus ad B. M. Virginem. f. 68.

Inc. 'Ave, Virgo, mater Christi, templum Salvatoris,
Stella solem genuisti, vasculum pudoris.'

---

44. (*Manu alt.*) Johannis Peccham, archiep. Cantuar., Carmen, in quo Mundus introducitur coram curia Romana adversus claustrales querens, dum Religio, e contra, eos, praesertim Fratres Minores atque Praedicatores, defendit. f. 68.

Inc. 'O Christi vicarie, monarcha terrarum.'
Expl. 'Nec habere poterit relaxacionem
Nisi prius fecerit satisfaccionem.'

45. Dialogus inter Divitem et Lazarum. f. 71ᵇ.

Inc. 'Audi, pater senior, audi me loquentem,
Dives ego morior, audi morientem.'
Expl. 'In inferno crucior, celo Phariseus (*sic*)
Parce mihi senior, tu mihi parce Deus.'
Videtur esse auctor Robertus Baston, cujus *Dialogus inter Divitem et Lazarum*, incip. 'Paupertate melior est argenti marca,' exstat in cod. Cotton. Tit. A. xx. Haec autem verba in nostro codice, versu vicesimo quinto, ita leguntur:—
'Paupertate melior argentum in arca.'

46. [Gualteri Mapes, sive cujuscunque sit] 'Disputacio corporis et anime.' *ibid.*

Inc. 'Noctis sub silencio tempore brumali.'
Impr., in forma hic illic longiori, inter Poemata G. Mapes, *ut supra*, p. 95; et alibi.

47. [Goliae Dissuasio nubendi.] f. 72.

Inc. 'Sit Deo gloria, laus, benediccio.'
Impr. *ibid.* p. 77.

48. Nota ex lib. xiii. cap. 12 Originum Isidori Hispalensis de duodecim ventis, cum schemate subscripto. f. 74ᵇ.

---

49. (*Manu saec.* xiv.) [Honorii Augustodunensis, sive Anselmi Cantuar., sive Henrici Huntingdoniensis, Imago mundi.] f. 75.

Inc. 'Septiformi Spiritu in trina fide illustrato.'
Saepe impressa.

50. 'Epilogium fratris Walteri de Burgo super Alanum in opere suo De planctu nature contra prelatum sodomitam.' f. 91.

Inc. 'Vix nodosum valeo nodum enodare.'
Expl. 'Tolle sodomiticum, deprecor, abbatem
Qui tot tuos docuit tantam feditatem.'

51. Sententiae morales multae. ff. 93ᵇ–96ᵇ.

52. 'Bellum Nasoreum gestum et sic digestum a° Domini Mᵐᵒ.cccᵐᵒ.lxvi°, habens versus quingentos sexaginta, per W[alterum] Burgensem.' f. 97.

Inc. 'Bella referre paro fratrum de germine claro.'
Cf. *Catal. codd. Rawlinson.* vol. i., sub numero B. 214.
Impr. in *Political Poems and Songs*, a T. Wright, 8°. Lond. 1859, vol. i. pp. 101–122.

53. [Goliae Dialogus inter Aquam et Vinum.] f. 106.

Inc. 'Dum tenerent omnia medium tumultum.'
Impr., ordine versuum per totum alio, apud Poemata G. Mapes, *ut supra*, p. 87.
Hic autem continuatio additur, metro mutato, quae sic inc.
'Tu scis linguas impedire,
Titubando solet ire
Sumens tua basia,'
et des. 'Ego presens disputator,
Hujus cause terminator,
Omni dico populo
Quod hec miscens execretur
Et a Christo separetur,
In eterno seculo.'

54. 'Disputacio inter cor et oculum.' f. 109.

Inc. 'Si quis cordis et oculi non sentit in se jurgia.'
Impr. *ibid.* p. 93.

55. De uxoribus sacerdotum poema. f. 109b.

Inc. 'Ita quidam presbyter cepit allegare.' Mutilum per madorem.
Impr. *ibid.* p. 171, praemissis versibus viginti ita incip., 'Prisciani regula penitus cassatur.'
Synopsis contentorum codicis exstat in vol. vii. Adversariorum MSS. G. Langbaine, pp. 1-8, 149.

167.

Membranaceus. In folio minori. ff. 79. Saec. xiv, diversis manibus. In fol. 1, 'Qui parce seminat parce metet: George Napper.' Inter codd. T. Allen, 'A. 66.'

1. 'Tabula docens pro 120 annis a nativitate regis Ricardi secundi post conquestum, A.D. 1367, quis sit annus bisextilis, que litera dominicalis, que indiccio, que primacio.' f. 1b.
2. 'Tabula eclipssis lune;' A.D. 1387–1462. f. 2.
3. Calendarium, cum tabulis conjunctionum in cyclis quatuor. f. 4.
4. 'Tabula eclipssis solis;' A.D. 1387–1462, cum figuris eclipsium solis et lunae in hac serie annorum. ff. 10, 11.

Annon haec sint Nicholai de Lynne qui Calendarium ab anno 1387 ad 1463 composuisse dicitur?

5. 'Almanach perpetuum ad inveniendum vera loca planetarum in signis,' 'translatum de Arabico in Latinum;' accedunt tabulae, cum volvella, sive schemate rotatorio, de gradibus solis etc. per annum. ff. 12–31.
6. Notae quaedam musicae, raptim inscriptae; ad princ., nomen 'Frank.' f. 31b.
7. Visio Thomae Becket, archiep. Cantuar., in ecclesia apud Senones. f. 32.

[8. Nota de regula in quodam collegio apud Oxonienses anno 1513 die 31 Julii proposita, 'destruere invidiam et reducere ad unitatem,' eligendo scholares ad annum probationis sorte et non voce. f. 32b.]

9. 'Provincie seu satrapie' in Europa, Africa et Asia, una cum longit. et latit. earum, e libb. ii-vii. operis cujusdam. f. 33.
10. Tabulae quaedam rem astrologicam spectantes. ff. 33b, 34.
11. Tabula longit. et latit. stellarum et constellationum. f. 34b.
12. Tabulae ascensionum signorum. ff. 35–40, 59.
13. 'Tabula quantitatum horarum inequalium Oxonie;' etc. f. 41.
14. 'Convercio graduum in tempora;' 'tabula declinacionis solis;' 'tabula augmenti longitudinis diei;' complexiones signorum; 'tabula mansionum lune.' ff. 41b–42b.
15. Tabulae stellarum fixarum. ff. 43–53.
16. Tabula conjunctionum Saturni et Jovis a Creatione usque ad annum mundi 9423, 'sequendo radices Alfonsi.' ff. 53b–57b.
17. 'Composicio chilindri' sive horologii viatorum, cum ejus operatione. f. 60.

Inc. 'Investigantibus chilindri composicionem, qui dicitur horologium viatorum, sumendum est lignum maxime solidum.'

18. 'Composicio Turketi cum ejus operacione;' [ad inveniendum loca solis et stellarum, etc.] f. 62.

Inc. 'De nominibus parcium instrumenti quod Turketus dicitur primo, postea de utilitatibus, est dicendum.'
Ad calc. 'Factum anno Domini 1284, secunda die Julii in die Dominica.'

19. 'Operacionis modus cum astrolabio.' f. 64.

Inc. 'Astrolabii circulos et membra nominatim discernere. Primum membrum est armilla suspensoria.'

20. Descriptio Astrolabii universalis Arzachelis Toletani, 'cujus rei sciencia usque ad hoc nostrum tempus anno Domini 1231 omnes fere modernos latuit.' f. 67b.

'Distincciones ejus instrumenti primo in corpore, deinde lunaciones ejus in plano, postremo opus et utilitates ejus enodabimus.' Mutil. ad calc.; des. ad fin. regulae, 'altitudinem solis et stellarum congnoscere.'

21. [Liber Japhar de mutationibus temporum.] f. 72.

Inc. 'Universa astronomie indicia prout Indorum asseverat antiquitas.'
Impr. cum libro Alkindi de temporum mutationibus, 4°. Par. 1540. In nostro autem codice deest ultimum capitulum.

22. De diebus criticis et de influentiis planetarum. f. 74.

Inc. 'Ad evide . . .d (?) dierum creticorum est notandum, et primo de notificacione diei cretice. Unde sciendum est secundum G[alenum] quod dies cretica.'

23. De quatuor anni temporibus, quatuor mundi partibus, humoribus signorum, metallis, aere, etc. f. 78.

Inc. 'Sciendum quod quarte anni proporcionantur quatuor elementis.'

168.

Membranaceus. In 4°. minori. ff. 231. Saecc. xiv, xiii. Variis manibus, binis columnis exaratus. Inter codd. T. Allen, 'A. 44.'

1. Richardi de Wallingford, abbatis S. Albani, Quadripartitum de sinubus demonstratis. f. 1.

Desunt folia duo in princ.; incipit textus ab verbis, 'ergo per communem scienciam 10 et gc sunt equalia.'

2. Alfraganus de differentiis in re astronomica inter Arabes et Latinos, sive de rudimentis astronomicis; cum indice differentiarum praemissa. f. 13b.

Saepe impr. Desinit mutilus in differentia 24, ad verba 'quanto plus aucta fuerit longitudo.'

3. Simonis Bredon Commentarius in tres libros priores Almagesti Ptolomaei. **f. 21.**

In ora inferiori, 'Edicio Bredoñ de Almagesti.' Ex additionibus et correctionibus hic illic factis codicem autographum esse auctoris justa ratione opinantur Langbaine et Tanner. Desunt (secundum veterem enumerationem) tria folia inter ff. 21-2, et duo inter ff. 23-4.

Inc. 'Quoniam princeps nomine Albugicafe in libro suo quem Scienciarum eleccionem et verborum nominavit.'

4. Johannis Campani, Novariensis, Theorica super motibus et magnitudinibus septem planetarum. **f. 40.**

Incip. prol. 'Clementissimo patri et piissimo domino, unico mundane pressure solacio, domino Urbano quarto.'

Inc. textus, 'Primus philosophie magister ipsius negocium in tria prima genera dispertitur.'

Expl. '—per istud instrumentum facile invenies quemadmodum de Mercurio supra docuimus.'

5. 'Rectangulus domini Ricardi de Wallyngford abbatis Sancti Albani;' scil. de arte componendi rectangulum atque operandi cum illo. **f. 61ᵇ.**

Inc. 'Rectangulum in remedium tediosi et difficilis operis armillarum eodem tempore quo composuimus Albeon, hoc est, sub annis Christi 1326, concepimus ad rectificandum cursus et loca stellarum errancium et fixarum.'

Accesserunt, 'Tabula pro rectangulo brevis et utilis;' 'tabula ad inveniendum arcum per cordam versam.' f. 64.

6. 'Equatorium planetarum secundum magistrum Johannem de Lyners:' abbreviatio Equatorii Joh. Campani; *imperf.* **f. 64ᵇ.**

Inc. 'Quia nobilissima sciencia astronomie.'

Deest folium unum secundum enumerationem veterem.

7. 'Secundus tractatus canonum fratris Rogeri de Cotum:' *imperf.* **f. 66.**

Inc. 'Qui voluerit planetas equare seu eclipses solares ceteraque hujus[modi] pronosticare.'

Deest folium unum secundum enumerationem veterem.

8. Conclusio tractatus cujusdam astronomici, in qua de diebus canicularibus quaedam. **f. 67.**

Insunt etiam haec: 'Tabulam autem stellarum fixarum in astrolabio ponendarum, quam ego per armillas Parisius verificavi, transcriptam vobis transmitto.'

9. 'Liber quem edidit Thebit filius Chore de hiis que indigent exposicione antequam legatur Almagesti.' **f. 68.**

Inc. 'Equator diei est circulus major.'

10. Theorica planetarum Rogeri Herefordensis. **f. 69ᵇ.**

Inc. 'Diversi astrologi secundum diversos annos tabulas et computaciones faciunt.'

Deest folium unum, secundum veterem enumerationem, inter ff. 69, 70.

11. 'Canones tabularum Arzachelis ad Toletum facti;' auctore, secundum Lelandum, Stantono quodam, mathematico Anglo. **f. 84.**

Inc. 'In nomine Domini scito quod annus lunaris.'

Deest folium unum inter ff. 88, 89.

12. Nomina mensium, Hebraice, Graece, Latine et Anglice. **f. 93ᵇ.**

Nomina Anglica sunt eadem quae in cap. xv. tract. Bedae De ratione temporum inveniuntur.

13. 'Theorica planetarum antiqua,' [scil., Theorica Gerardi Cremonensis]; sine figuris. **f. 94.**

Inc. 'Circulus ecentricus dicitur vel egresse cuspidis.'

Vid. art. 16, *infra.*

14. De arte faciendi 'almenak.' **f. 98.**

Inc. 'In faciendo almenack sunt primo extrahendi.'

Ad calc. 'Explicit almanack.'

Desunt folia duo.

15. 'Theorica planetarum nova;' cum figuris. **f. 99.**

Inc. 'Sit circulus A. et circulus signorum I.

Expl. '—sicut inter unam civitatem et aliam. Explicit.'

Desunt folia quatuor.

16. 'Theorica planetarum antiqua,' [scil., exemplar alterum, manu Italica, tractatus Gerardi Cremonensis], cum figuris. **f. 108.**

Inc. 'Circulus ecentricus vel egresse cuspidis.'

Ad calc., Quibus nationibus quae signa dominant; deinde—
'Explicit iste liber; scriptor sit crimine liber.
Sit nomen Domini benedictum nunc, in eternum et ultra.'

Desunt folia undecim.

17. Fragmenta duo e tractatu quodam geometrico, in quo occurrunt 'Capitulum quadrati altera parte longioris,' et 'Capitulum trianguli diversorum laterum et acutorum angulorum.' **ff. 116, 117.**

Unaquaeque sectio incipit cum verbis, 'Quod si tibi dixerint,' vel similibus.

Desunt folia tria inter ff. 116, 117, *et duo etiam post f.* 117.

18. Excerpta 'de libro Tholomei introductorio ad artem spericam;' *mutil. in princ.* **f. 118.**

Vid. art. 21.

Desunt folia duo.

19. Excerpta ex libris Milei, sive Menelai Alexandrini, de figuris sphericis. **ff. 119, 120.**

Mutila in principio; incip. in prop. 32. lib. i. Ad calc., 'Explicit ex libro Milei 3° de figuris spericis, et cum eo completus est liber totus.'

20. 'Ex libro Thebit filii Chose de figura sectore.' **f. 120.**

Inc. 'Quod de figura qué nominatur sector dixisti intelexi.'

21. Excerptum aliud 'ex Introductorio Tholomei ad artem spericam:' *imperf.* **f. 120ᵇ.**

Incip. 'Signum sumitur dupliciter pro 12ª parte zodyaci.'

Deest fol. unum.

22. Geometrica quaedam brevia. **f. 121.**

Inc. 'Volo ostendere qualiter inveniam inter duas lineas duas lineas ita ut continuentur omnes secundum proporcionem unam.' Conclusio videtur esse propositionis in art. 34 *infra* descriptae, quo loco quae hic inscribuntur propositioni illae subsequi a scriba designantur.

23. 'Proposiciones [sex] Archimedis.' *ibid.*

Inc. 'Omnis spere superficies.'

24. 'Proposiciones [tres] libri Arsamethis de mensura circuli.' *ibid.*

25. 'Ex libro Milei de figuris spericis proposiciones extracte.' **f. 121ᵇ.**

Inc. 'Demonstrare vel declarare volo qualiter faciam super punctum datum arcus circuli dati.'

Desunt folia duo.

26. Fragmentum excerptorum e quodam tractatu astronomico, sive summulae contentorum ejus. **f. 122.**

Inter alia, notae extractae sunt de formis stellarum, de orbibus qui sunt super sphaeram, de die et nocte, de mensibus; 'tunc sequitur sermo de orientalitate et occidentalitate,' sermones de zonis, de habitabilibus locis et zonis (in quo sermone mentio fit quod Karites retulit Homerum versificatorem dixisse de Ethiopis in suis versibus, et quod 'Apollonius fecit librum de locis habitacionis sub equatore diei'), de luna, eclipsibus, 'de revolucione nominata Acsilamios,' etc. Ad finem, in ora inferiori est haec nota, 'Quere plus de isto in prima columpna 19 folii hujus voluminis, post finem magne practice geometrie, ad tale signum o—|·—o, et est folio tercio quaterni tercii;' frustra autem hodie in codice quaeratur. Prima linea folii proxime sequentis haec habet, '—cooperire sed contingit in loco propinquiori. Explicit Thideus;' sed haec ad alia pertinent, de quibus vid. art. 38, *infra.*

27. 'Ex libro qui sic intitulatur, Verba filiorum Sekir, i. Maumeti Hasen, qui sic incipit, Propterea quia vidimus, etc.' **f. 123.**

Ad calc. (f. 123b), 'Ista que sequuntur erant addita illi libro. Cum dividitur linea in 3 secciones,' etc.

28. 'De exposicione libri Euclidis de geometria secundum Avarizum.' **f. 124.**

Inc. 'Sanbelichius. Ideo sunt tantum 3 dimensiones et 3 motus locales.' Ex. libb. i-ix; 'de 10mo nichil.'

29. 'Proposiciones libri Autholici de spera mota.' **f. 125b.**

Inc. 'Punctum equali motu moveri dicitur.'

30. Excerpta ex 'Epistola Abujafar Ameti filii Josephi de arcubus similibus, que sic incipit, Postquam optavit ei bona, etc.' **f. 125b.**

Inc. 'Omnes geometre diffiniunt arcus similes.'

31. Nota brevis 'ex libro de 5 essenciis Alkindi.' **f. 126.**

32. 'Ex commento super practicam geometrie.' *ibid.*

Citatur *Liber trium fratrum.*

33. 'De proporcione et proporcionalitate.' **f. 126.**

Cf. art. 36, *infra.*

34. 'Proposicio necessaria pro probacione 12e proposicionis 3ii Theodosii.' **f. 126b.**

Cf. art. 22, *supra.*

35. Quaestiones variae arithmeticae, e tractatu quodam Arabico de quaestionibus computationum. **f. 127.**

Forsan, ut suggerit Langbaine (Advers. MSS. vol. iv. p. 655), auctor fuit Mohammed ben Musa. Praefigitur haec nota :—'o—||—o Hic est residuum tractatus de questionibus computacionum, cujus principium est in quaterno de quibusdam parvis libris naturalibus nove translacionis de litera debti (?), cujus principium est liber de sensu et finis de bona fortuna, ad tale signum o—||—o;' frustra autem haec in hoc codice quaerantur. Quaestiones sunt hae, 19. de cambitione, 20. de centum aureis, 21. de tritico et hordeo, 22. de divisione, 23. de foris rerum venalium, 24. de censu, 'capitulum de anulis.'

In imo margine addita sunt haec manu eadem saec. xiii.: 'De talibus cautelis quaestionum de numeris quere plus in fine *Compoti mei Lincoln.*, sc. cum algorismo suo, et etiam in margine ultimi folii tocius in medietate prima.' Subjicit manus saec. xiv.: 'Nota bene hanc medietatem folii.' 'Hinc' dicit Langbaine (*ubi supra*) 'colligo Collectanea haec omnia abusque fo. 117 [119] ad 136 [135], cum ex eadem manu antiqua sint, Roberti Lincolniensis autographa fuisse.' Non autem consentit manus cum ea, ejusdem Roberti credita esse, quae notas marginales in cod. Bodl. 198 inscripsit; et scriptor, sine ullo dubio, in verbis ita male interpretatis refert solum ad exemplar Compoti Lincolniensis quem ipse possedit.

36. 'Ex libro Ameti filii Joseph de proporcione et proporcionalitate.' **f. 127b.**

Cf. art. 33, *supra.*

37. 'Ex libro Jacob Alchindi de perspectiva.' **f. 129.**

38. 'Ex libro Tidei filii Theodori medici de eo quod videtur in speculo et non in speculo.' **f. 130b.**

Verba novissima invenias in prima linea fol. 123, scil., 'cooperire sed contingit in loco propinquiori. Explicit Thideus.' 'Theudii mathematici, auditoris Platonis, meminit ex Proclo Savilius in Euclidem, pag. 33:' (Langb., *ubi supra*, p. 656).

39. Canones [Johannis de Muris?] ad tabulas Alphonsinas. **f. 131.**

Inc. 'Quia secundum philosophum, 4to Physicorum, tempus et motus mutuo se mensurant.'

Ad calc. 'In nomine ergo omnipotentis Dei expliciunt canones tabularum Alfonsi olim regis Castelle. Expliciunt eciam canones eclipsium que aliis canonibus sunt annexe.'

40. Tabulae Alphonsinae. **ff. 136b–146b.**

41. Canones ad inveniendum vera loca planetarum secundum tabulas Alphonsinas. **ff. 145–6.**

Inc. 'Quia ad inveniendum loca planetarum per tabulas Alfonci, oportet reducere annos nobis notos.'

---

42. Fragmentum e Chronico Angliae [Walteri Hemingford] ab anno 1264 ad an. 1297, cum additionibus res abbatiae Osneiensis spectantibus. **f. 147.**

Incip. in pag. 583 Chron. sicut impr. exstat apud Gale, *Quinque Scriptt.* 1687, ad verba, 'Adjiciens quod homines,' et des. in p. 138, vol. i. edit. T. Hearne, ad verba 'vel exigeret in posterum absque.' Deest fol. unum inter ff. 156, 157, in annis 1282-3.

Inter additiones Osneienses reperiuntur errores in Grammatica, Logica et Naturali Philosophia ab archiepiscopo Cant. apud Oxon. an. 1284 condemnati, quos Ant. à Wood in *Annalibus* suis sub anno notat.

---

43. Chronicon Angliae a Bruto usque ad an. 1305, [auctore quodam qui exequiis Will. de Bellocampo, comitis Warw. in ecclesia Fratrum Minorum apud Wigorniam anno 1298 interfuit,] Petro de Ickham vulgo ascriptum. **f. 181.**

Inc. 'Non solum audiendis scripture sacre verbis.' Expl. '—Treylebastun wlgariter appellabantur.' Post narrationem brevem de anno 1301 sequuntur quaedam superaddita, de annis 1287-1300, praemissa hac nota, 'Sed ne alii casus nobiles sicut et praedicti recidant a memoria in futurum, tangam aliquos qui superius interseri potuissent si memorie occurrissent.' Denique, post annum 1305 haec: 'Hic deficiunt alia gesta dicti Regis parum ante mortem suam, ed de transitu mortis, et etiam multa deficiunt usque in hodiernum diem.'

A Joh. Caio (in libro *De Antiq. Cantebr. acad.* 4°. Lond. 1574, p. 61) Historia 'de gestis regum Angliae' quae incipit iisdem verbis ac nostra dicitur esse opus Rob. Remington; ibidem autem citantur quaedam annum 1316 sive 1320 concernentia, quae igitur in nostro exemplari, in anno 1305 desinente, locum non habent. Sed ex hac citatione nomen Rob. Remington praeponitur in primo folio, manu Ric. James.

Notulae quaedam breves, in ff. 197b, 198, inscriptae sunt manu Tho. Gascoigne, cancellarii Oxoniensis.

De aliis codicibus MSS. hujus chronici cf. *Hardy's Cat. of Materials relating to the hist. of Great Brit.*, vol. iii. pp. 271-3, 276, ut et de nostro in p. 277. Duodecim folia initialia quae a multis annis in hoc codice deerant, anno 1880 ab auctore hujus catalogi e cod. 172, ubi antea latebant, in proprium suum locum restituta sunt.

---

44. (*Saec.* xii. *exeuntis seu* xiii. *ineuntis.*) Tractatus de regulis theologicis; regulae, scilicet, sive propositiones 131 de fundamentis scientiae theologicae. f. 211.

Inc. 'Omnis Sciencia suis nititur regulis velud propriis fundamentis.'

Regula i. 'Monas est qua quelibet res est una.'

Regula ult. 'Omnis subsistens dissimilitudine nature est aliud, dissimilitudine vero proprietatis est alius' (*sic*).

In marginibus notae adduntur.

45. Epistola Richardi Dovoriensis, archiepisc. Cantuar., ad episcopos suae provinciae, quod ne permittant pseudo-episcopis quibusdam Hibernicis et Scoticis episcopalia populis in eorum dioecesibus ministrare. f. 222.

Impress. inter Epistt. Petri Blesensis in var. editt. operum ejus, epist. liii.

46. 'Sermo magistri UUalterii de Castellione apud Romam in presentia domini pape;' metrice, cum prologis in prosa; quatuor sectionibus. f. 222b.

i. Inc. prol. 'In Domino confido, quomodo dicitis.'

Inc. textus, 'Ut membra conveniant invicem cum capite.'

ii. Inc. prol. 'Nec illud pretereundum est silentio quod in legalis scientie doctoribus.'

Des. prol. 'Et hec dixi salva tamen auctoritate illius peritissimi viri beati Turonorum episcopi Equivoci quem dum adviveret in omnibus proposuimus imitari.'

Inc. textus, 'Veniamus igitur ad ordinem tercium,
Id est ad theologos, quorum felix studium.'

iii. Inc. 'Tanto viro locuturi
Studeamus esse puri.'

Impr. inter Poemata, et sub nomine, G. Mapes, sub tit. *Goliae querela ad Papam.*

iv. Tit. 'Qualiter infecto petitionis sue negotio Romam descripsit.'

Inc. 'Propter Syon non tacebo.'

Impr. ibid., *De ruina Romae.*

47. Sermo in die, ut videtur, S. Bartholomaei, de pugna spirituali, super verbis 'Domini et Salvatoris nostri' (!) *Estote fortes in bello* [Heb. xi. 34?]. f. 223b.

48. Sermo incompletus de instabilitate humanae sortis et de quadriplici rota. f. 224b.

Inc. 'Nonne Deo suberit anima mea ab ipso enim s. m. Ecce babilo Saul inter peophetas psallit.'

49. Notae miscellaneae super varia loca Vet. et Nov. Test., quarum prima de nuptiis apud Cana. ff. 225b, 226, 227b.

50. Fragmentum quarundam distinctionum theologicarum, sc. de fure corporali et spirituali, de sanguine, quod Christus est lucerna, quod pedes Christi sunt pauperes, pennae praedicationis, etc. f. 227.

51. Medicamenta, 'ut pili cadant,' et 'ad petram frangendam in vesica.' f. 227b.

52. Pars tabulae capitulorum in quadam Summa Theologica fuse tractata. f. 228.

Pars octava Summae continet capitula cxii. 'circa sapientiam Dei;' nona pars c. 'de voluntate Dei;' decima pars xc. de immutabilitate Dei; undecima pars plusquam lv. (*imperf.*), 'de spiritibus celestibus;' et 'secunda pars secundae partis principalis enumerationis' continet lxxvi. de naturae praecepto et creatione hominis.

Synopsis contentorum codicis invenienda est in vol. iv. Adversariorum Ger. Langbaine, pp. 649-658.

169. [B.N. 8.]

Membranaceus. In fol. minori. ff. 203. Saec. xiv. exeuntis. Manibus tribus Italicis bene exaratus.

1. Aristotelis Ethica Nicomachea. f. 1.

Imperf.; desinunt in cap. xi. libri viii.

2. Pars Virgilii Æneidos. f. 91.

Continet vv. 418-473 lib. iii., 136-247 lib iv., et deinde ab v. 707 lib. v. ad 818 lib. xii.

170.

Membranaceus. In 4°. maj. ff. 158. Saecc. xiv. exeuntis, xv. Olim peculium J. Woode.

1. Determinationes Willielmi Widford, sive Wodford, contra Wyclevistas. f. 1.

Imperf.; incipit in Determ. ii. ad verba, 'Et nullum predictorum est impedimentum legitimi matrimonii.'

Ad calc. Determ. ii. 'Explicit 2da determinacio magistri et fratris Willelmi Wydforde, Oxon. de ordine Minorum contra Wyclevystas. Incipit 3a determinacio magistri Willelmi Wydforde contra libellum magistri Johannis Wyclyff quam Oxon. determinavit, anno Domini millesimo ccc°.lxxxx.' Ad calc. iii. 'Explicit 3a determinacio sive lectio magistri et fratris Will. Wodford contra Wyclevistas Oxon., anno Dom. millesimo ccc°.lxxxix°. (*sic*) in scolis Minorum, et die vesperiarum fratris Johannis Romseye proximi magistri regentis. Incipit 4a determinacio,' etc. Ad calc iv. et ult., 'Explicit 4a determinacio doctoris egregii fratris Willelmi Wodforde de ordine Minorum pro tunc vicarii ministri provincialis quam determinavit Oxon. contra magistrum Jo. Wyclyf et Wyclyvianos, anno Domini m°.ccc°.lxxxx°.'

Determinatio secunda est de auctoritate et interpretatione S. Scripturae, tertia et quarta de vera religione Christiana.

2. 'Mirabilis litera de quodam maledicto in partibus Babilonie,' scil. de infante mirabili qui Antichristus, in fine saeculi expectatus, credebatur esse; scripta dominis et comitibus Italiae a Johanne, Magistri Ord. S. Joh. Jerus., et data Romae 10 Aug. 1443. f. 34.

3. 'Responsio per venerabiles doctores ac baccalarios, viz. Ric. Pede, Lucam et Tho. Sawndres, magistrum Joh. Mylle cum ceteris juris canonici baccallariis, magistro Joh. Carpentar professori theologie ac episc. Wygornie porrecta. f. 34b.'

Protestatio, scilicet, quod notulae quaedam, numero viginti quinque (non hic relatae), diebus 4-6 mensis Maii, anno 1451, in synodo in eccl. cath. Wigorn. propositae, 'sunt inhonestae, et irrationabiles, impossibiles, superfluae, inordinate conceptae ... tendentesque in avaritiam et cupiditatem magis quam in animarum correctionem.' Subscriptis nominibus abbatum et priorum aliorumque in dioc. Wigorn.

4. Epitaphium in mortem Matthaei Gough, [militis celebris, interfecti super pontem London. anno 1450]. *ibid.*

'Anglia dat planctum,
Miratur Francia casum
Mortis Mathewe Goghe,
Cambria clamitat *Oghe.*'

5. Historia anonyma belli sacri in Palaestina ab anno 1195 ad an. 1199. f. 35.

Inc. 'Cum jam appropinquasset ille terminus.'

Impr. apud *Gesta Dei per Francos*, edente Jac. Bongarsio, fol. Hanov. 1612, pp. 1-29. Hic autem sequitur capitulum de situ locorum in Terra Sancta notabiliorum, incip. 'Si quis ab occidentalibus partibus Jerusalem adire voluerit.'

6. Chronica brevis regni Johannis regis Angliae, ab anno 1200 usque ad coronationem Hen. III. **f. 58**b.

Inc. 'Anno Dom. mill°.cc. Rex Johannes duxit in uxorem.' Sequuntur notae de regibus Britonum, de situ Britanniae ex Beda, et de quatuor viis 'a fine in finem regie sublimitatis auctoritate' factis.

7. Pars Chronici Walteri Hemingford, ab anno, scilicet, 1264 ad an. 1307. f. 63.

Inc. abrupte in verbis, 'Reversisque magnatibus,' cap. xxix. libri tertii; desinitque abrupte in verbis 'Placuitque ista responsio cunctis,' in initio regni Edw. II.

8. Aristotelis Secreta secretorum, sive tractatus de regimine principum; praemissis prologis Philippi, clerici Guidonis de Valencia, et Johannis qui transtulit librum primo de Graeco in Chaldaicum, secundo de Chaldaico in Arabicum, denique de Arabico in Latinum. **f. 129.**

Brevis notitia codicis habetur in Langb. Adversariorum vol. viii. pp. 129-130.

171.

Membranaceus. In fol. minori. ff. membr. 60. Saec. xiv. exeuntis sive xv. ineuntis.

The Vision of Piers Plowman.

Imperfect; beginning at line 217 of passus iii, and ending, unfinished, at l. 65 of passus xvi.

On a paper leaf inserted at the beginning is this memorandum, 'Bowght this book a° 1578 of Harvy in Grac Street the 14 October, ijs (?) vjd;' underneath, in an older hand, 'precium xvjd.' Then, on another paper leaf, follows the title, with (i) a commendatory note on the book, in the same hand as the first memorandum, signed 'S. B., minister,' who has been identified with Stephen Batman; and (ii) a neat drawing of a husbandman sowing seed broadcast in a field. A notice of the MS. is given in the preface to part iii. of the Early English Text Society's edition of Piers Plowman, edited by Rev. W. W. Skeat, 8°. Lond. 1873, pp. xliii-xlv.

In the old catalogue of 1697 there is an additional entry (copied from Langbaine's MS. Cat. in vol. xix. of his *Adversaria*) of an article contained in this volume,—'Disputationes inter Cor et Animam; forte Greg. Palamae.' This entry refers, however, to the English poem thus entitled (ascribed to Mapes) which is found with another copy of Piers Plowman in MS. 102, *supra*.

172. [B.N. 10.]

Membranaceus. In fol. minori. ff. 158. Saecc. xiii-xv. Pro maxima parte binis columnis exaratus. Art. 3 olim inter codd. T. Allen, '237;' art. 4, '162,' '50;' art. 6, '41;' art. 9, '69;' art. 30, '228;' art. 31, '39,' et '52.'

1. [*Saec.* xiv.] [Rob. Grosseteste, Lincolniensis] Tractatus de potentiis animae. **f. 1.**

Inc. 'Ut dicit Philosophus secundo de anima, potenciarum anime quibusdam animatis.'

Expl. '—dividitur in duo membra, sicut et appetitus sensitivus.'

2. Aegidii de Columna tractatus de principiis naturae. **f. 6**b.

Inc. 'Sicut fructus est ultimum quod exspectatur ab arbore.'

Expl. '—essencialiter ordinate ad hunc effectum. *Supplecionea principiorum nature secundum Egidium.*'

Varia Johannis Peckham aliorumque olim hic subjungebantur, quae in tabula contentorum, huic parti codicis praemissa, ita recensita sunt:—

'Quedam exposicio super Cantica.
Peccham super eadem.
Questiones ejusdem in Quodlibeta.
Exposicio ejusdem super Trenos.
Questiones ejusdem de peccatis capitalibus.
Tractatus ejusdem de preceptis 10.
Quedam notabilia super libros quosdam metaphysicae.
Speculum ecclesie et misse.
Speculum anime.
De symbolo.
De Oracione Dominica.
Seneca de 4 virtutibus cardinalibus.'

---

3. [*Saec.* xv.] 'Passio beati Albani, Anglorum prothomartiris, et Sancti Amphibali sociorum (*sic*) ejus.' **f. 12.**

Incip. prol. 'Quisquis beatorum martirum gloriosa certamina.'

Mutil. ad calc., uno folio avulso; desinit ad verba, 'ut fierent veridici.'

Impr. inter *Acta Sanctorum* per Bollandum aliosque, mens. Junii, vol. iv. pp. 149-159, ubi dicitur narrationem, sermone Anglico primum scriptam, Latinam esse factam per quendam Gulielmum, monachum S. Albani.

---

4. [*Saec.* xv.] 'Vita venerabilis domine Katerine, filie beate Birgitte de regno Swecie, prime Abbatisse in monasterio Wasten in eodem regno sito;' accedunt miracula pauca. **f. 25.**

Inc. 'Venerabilis et Deo dilecta Katerina nobilis viri domini Vlphonis Qudhmarson.'

Expl. '—caput de cera offerens in testimonium sue sanitatis.'

Impr. inter *Acta Sanctorum*, mens. Martii, vol. iii. pp. 505-518, ubi auctor dicitur esse quidam Ulpho, monachus Vastenensis.

5. 'Vita domini Petri Olavi confessoris beate Birgitte.' **f. 43**b.

Inc. 'Venerabilis et Deo dignus Petrus de civitate Skevingie oriundus.'

Expl. '—superbe loqutus fuerat gladiis interiit inimicorum.'

Sequitur attestatio de exemplari altero harum vitarum, sigillo munito et in monast. Wazsten servato, data ibidem 20 Jun. 1427; '*quod Thomas Colyngburne*' (transcriptor, scil., Anglicus). Adjungitur etiam attestatio, anno 1451, per Thomam Gascoigne, cancellarium Oxoniensem (qui multas notas marginales ubique addit) quod hoc exemplar ex libro illo sigillato transcriptum fuerat; varia etiam hic illic citat Gascoigne e libro de vita et miraculis S. Brigittae 'in monasterio Syon, ordinis Sancti Salvatoris, London. diocesis.'

---

6. [*Saec.* xiii. *sive* xii. *exeuntis.*] Tractatus quatuor de B. Virgine Maria.

i. De Annunciatione. 'Incipit tractatus super illud, *Rorate celi desuper et nubes pluant, iterum aperiatur terra et germinet Salvatorem;*' [Es. xlv. 8.] **f. 55.**

Inc. 'Sacratissimo sermone prescripto sanctus Ysaias.'

In margine superiori sunt haec:—

'God send vs þe dew of heuene; gratiam Spiritus Sancti;
And reyn fro þe cloudes of heuene; per doctrinam divini verbi.
And þirle our erþe and open our land; ad contricionem animi et confessionem peccati.
And bryng forth a blome of sich feng and sich fuysoun
þat be our bote and our savacioun; i. Jesum filium Dei vivi.'

ii. De Assumptione. 'Tractatus de beata Virgine, annunciacionem ei factam assumpcionemque ejus describens, secundum tenorem versiculi propositi [*Tenuisti manum dexteram*, etc. Ps. lxxii. 24], et primo de concepcione beati filii sui usque ibi, *cum gloria suscepisti me.*' **f. 60.**

Inc. 'Quod in persona unigeniti Filii Dei.'

iii. 'Residuum superioris tractatus, quod ad assumpcionem beate Virginis Marie spectat.' **f. 64.**

Inc. '*Cum gloria suscepisti me.* Sive in persona sacrosancte Virginis Marie.'

iv. 'Sermo de nativitate beate Virginis,' super illud, *Orietur stella ex Jacob*, etc. [Num. xxiv. 17.] **f. 66ᵇ.**

Inc. 'Terram Chaldeorum ac clima eorum.'

7. 'Sermo de titulo Christi crucifixi secundum Johannem.' **f. 68ᵇ.**

Inc. '*Jes. Naz. R. Jud.* Hunc titulum multi legerunt, multi etiam lecturi sunt.'

Expl. '—titulus Crucifixi claves vite et mortis baiulantis conscriptus est. Quod scripsi, inquit, scripsi.'

---

8. [*Saec.* xiii. *exeunt.*] 'Liber de duabus rotis' allegoricus; i. de rota vitae religiosae et 'de hiis qui ad prelacionem eliguntur;' ii. de rota simulationis, sive de hypocritae vita, praemissa tabula rotae picta. **f. 71.**

Inc. 'Vita viri religiosi sicut rota volvitur.'

Expl. 'Et hoc iterum de predictis rotis sufficiat, donec de hiis aliquis pociora dicat.'

[*Vid. cod.* 168, *supra, art.* 43, *de duodecim foliis olim hic male compactis, sed nunc in locum suum proprium restitutis.*]

9. [*Saec.* xiv.] 'Versus beati Anselmi, archipresulis Cantuar. de contemptu mundi.' **f. 78.**

Inc. 'Quid deceat monachum vel qualis debeat esse.'

Impr. inter Opp., sed editor, vir sc. doctus Gerberon, dicit nullum e codicibus a se collatis nomen Anselmi auctoris habere. Impr. sub nomine Alex. Neckam, cui a quibusdam ascribitur, inter *Anglo-Latin Satirical Poets of the twelfth century, ed. by T. Wright*, 8°. Lond. 1872, vol. ii. pp. 175–200. Desinit textus impressus cum versu

'Sola facit, miserum cetera pondus habent,'

qui in fol. 82ᵇ occurrit; alia autem hic sequuntur, 'De pietate Dei,' 'De peccato et contemptu Dei,' 'De amore Dei,' 'De fructu amoris Dei,' 'De ineffabili dulcedine Dei,' quae omnia in impressis sub titulo 'Deus solus amandus' carmen alterum, sed brevius, componunt. Versus qui ibi in medio textu deficit, ita hic suppletus est:—

'Cui nostrum pridem, cras, heri, perstat idem.'

Plura etiam alia adduntur in laudem Dei, de excellentia psalmorum, quantum debeat homo Deo, etc.; post quae, 'Explicit.'

10. Versus varii; de luxuria, de casibus reservatis, de vii. quaestionibus in tractatu de penitentia in Decretis, de causis in Decretis, epitaphium in Ganymedem Crisipolitam, 'versus cujusdam q . . etriste' (ita desinentes,

'Isti sex versus proprii sunt Henriolato,
Cum sit perversus, sic dic ita de Michiloto'),

et de triplici Herode. **f. 84.**

11. 'Incipit Inventum (?) quod habet proverbia centum.' **f. 84ᵇ.**

Inc. 'Pax Henrico Dei amico.
Deo servire est regnare
Decet regem discere legem.'

Expl. 'Melius est supernum concilium quam hujus vite exordium,
Superna patria pulcra tenet atria.'

12. Versus 'de significacione candelarum in die Purificacionis Marie.' **f. 85.**

13. 'Tres libri fabularum Esopi Atteniensis,' cum prologis. *ibid.*

14. Versus de Jacobinis Clarevallorum decimas petentibus. **f. 91ᵇ** (*in ora inferiori*).

Inc. 'Clarevallorum Jacobi decimas peciere
A domino papa, sed eas non obtinuere.'

15. Pars libri Petri de Riga qui dicitur Aurora, sive 'Biblioteca versificata, a magistro P. canonico Sancti Dionisii Remensis de Veteri et Novo Testamento exposita;' cum prohemio et prologo. **f. 92.**

Continet libros Gen., Exod., Levit., Act. Apostt., Cant., et Job. Desunt, secundum veterem enumerationem, 41 folia inter ff. 108, 109.

16. 'Historia [metrica] de incarnacione Salvatoris Domini Jesu Christi.' **f. 121ᵇ.**

Inc. 'Virgo salutatur, verboque Dei gravidatur.'

17. 'Versus de Sancto Edwardo,' Rege et Conf. **f. 122.**

Inc. 'Anglia, quid meres? dabitur tibi rector et heres.'

18. 'Oracio peccatoris ad Dei matrem; Oracio Dei matris ad Filium suum; Responcio Filii Dei;' versus sex. *ibid.*

19. 'De beata Virgine Maria.' *ibid.*

Inc. 'Jesse stirps egregia, lilium candoris.'

20. 'Item de beata Virgine pro tribulacione mundi.' **f. 122ᵇ.**

Inc. 'Inter mundi turbines per hoc magnum mare
Qui sinistris flatibus te scis navigare.'

21. 'Henricus, versificator magnus, de beata Virgine.' **f. 123.**

Inc. 'Ave Maris stella, vera mellis stilla,
Fecunda puella, humilis ancilla.'

Annon Henricus Huntingdoniensis?

22. 'Liber qui dicitur Secundus philosophus.' **f. 123ᵇ.**

Inc. 'Vir prudens et providus nomine Secundus fuit philosophus qui philosophisatus est omni tempore silencium servans.'

Cf. Vincent. Bellov. *Speculum Historiale*, lib. x. cap. 71. Hic autem plenior exstat narratio.

23. 'Epistola Presbiteri Johannis ad Emanuelem gubernatorem Remeon.' (*sic*). **f. 124.**

Cf. cod. 158 *supra*, art. 1.

24. 'Nobilis salutacio beate Mariae;' carmine. **f. 125ᵇ.**

Tetrasticha 103, cum salutatione praemissa in prosa, post unumquodque tetrastichon etiam repetenda.

Inc. 'Ave et gaude Maria stella maris, mater misericordie.'

Inc. tetr. i. 'Bonitatis tocius femina,
Sancta virgo, celorum domina.'

25. 'Liber de penis purgatorii;' [scil., Narratio Henrici Saltereyensis de purgatorio S. Patricii]. **f. 127.**

Inseruntur, versus finem, exhortationes quaedam, partim ex S. Anselmi Meditationibus, partim ex S. Augustino quoad sensum, non omnino quoad verba, depromptae.

Impress. apud *Triadem Thaumaturgam* Colgani, fol. Lovan. 1647, pp. 273-280. Hic autem sequuntur, i. 'aliud haut longe ab eodem loco quoddam valde memorabile' de visione daemonum, et ii. 'aliud' de sacerdote a daemone tentato, quod autem fine caret, desinens mancum in verbis 'versucias vestras non intellexerim. De.'

Desunt folia viginti duo, secundum enumerationem veterem.

26. Conclusio (capitula duo comprehendens) tractatus cujusdam de gaudiis coeli. **f. 134.**

Desin. 'Pro eterno igitur et ineffabili gaudio beatorum hereditabunt et incogitabilem tristiciam omnes qui pro impenitudine reatus sui transituri sunt in societatem demoniorum.'

27. Oratio [S. Anselmi] ad B. M. Virg. *ibid.*

Inc. 'Singularis meriti sola sine exemplo.'

Inter *Opp.* Anselmi, orat. xlix, sive xlviii.

28. [Simonis Islip, archiep. Cantuar.] Admonitio ad Regem Edw. III, sive Speculum Regis. **f. 134b.**

Inc. 'Domine mi Rex, ex quo respublica tibi committitur.'

Ad calc. 'Explicit Epistola edita ad Dominum E. regem Anglie.'

29. 'Explanatio super Cantica Canticorum secundum dominum Thomam abbatem S. Andree Vercellensis;' [cum prologo]. **f. 141.**

Initium solum; omnia enim desunt post comment. in ver. 3. cap. i.

Inc. prol. 'Jer. 9. *In hoc glorietur* [etc.]. Duplex hic designatur Dei cognicio.'

Omnino differt tractatus ab eo qui sub nomine auctoris ejusdem publici juris fecit Pezius in *Thes. Anecdd.*, vol. ii. col. 503, fol. Aug. Vindel. 1721.

30. (*Saec.* xii.) Glossae in epistolas Sidonii, sive commentarius in dictiones ejus difficiliores. **f. 143.**

Liber mancus; des. in glossa super epist. xvi. libri viii.

31. (*Saec.* xiii. *ineuntis.*) Narrationes quinquaginta duae, ex historiis variis variorumque vitis desumptae; praemissa nota de quatuor causis quare Sabbatum Beatae Virgini dedicatur. **f. 151.**

Prima narratio est de quodam Jaket nomine et matre ejus defuncta; deinde, inter alias, de magistro Serlone Parisiis; de Odone episc. Paris.; de episcopo de Carcossonia; de milite Gallico, nomine Thomas de Marle, Hierusalem visitante; narratio a Willelmo Parisiensi archidiacono relata; narrationes duae 'magistri Jacobi' [de Vitriaco?]; de episcopo Tulosiae; de Baldwino monacho albo; de consuetudine Parisiensi in venditione pirorum; de Mauricio episc. Paris.

32. Sermo in parabolam Coenae, Luc. xiv. 16. **f. 155b.**

Inc. 'Fratres karissimi, non spe temporalis mercedis sed potius eterne remuneracionis semen inter vos seminare proposui.'

33. 'De lupo.' **f. 156b.**

Inc. 'Lupus a rapacitate dicitur, unde meretrices lupas vocamus.'

34. De S. Johanne Baptista, de undecim Apostolis, et de SS. Paulo et Matthia. **ff. 157, 158.**

Incip. sectio ult. 'Hii sunt triumphatores et amici Dei, doctores gentium, principes orbis terrarum.'

173.

Membranaceus. In fol. minori. ff. 59. Saecc. xiii. et xv. ineuntis. Inter codd. T. Allen, '65.'

1. 'Liber de miseria humane condicionis, conditus a Lothario diacono cardinale sanctorum Sergii et Bachii, qui postea Innocencius papa III. appellatus est;' binis columnis scriptus. **f. 1.**

Saepe impr. In fol. 9b, 'Liber ecclesie cath. Sarum, dat. per dominum Petrum Fadir, nuper vicarium choralem in eadem.' In fol. 1 nota pretii, manu saec. xv., 'precii xiijs. iiijd.'

2. Commentarius in Decem Mandata. **f. 10.**

Inc. '*Non habebis* [etc.] In hoc primo mandato sicut liquet ex glosis percipitur unius solius veri Dei cultus.'

Expl. '—quia vidit ceteros inferiores se ipsum prefert ut Deum et Dominum Christum.

Explicit tractatus de decem mandatis luculenter compilatus.

Finito libro sit laus et gloria Christo. Amen.'

Insunt multa exempla ex vitis Sanctorum deducta.

In Catalogo olim impresso dicitur, (ex veteri Catalogo MS. Langbainii, in Advers. ejus vol. xix.) opus esse R. Grosseteste; non constat autem unde hoc conjici possit, nec concordat tractatus cum illo sub nomine Lincolniensis in cod. 163, *supra.*

174. [B. N. 9.]

Membranaceus. In fol., 4o., et 8vo. Saecc. xii, xiii, xiv. ff. 150. 'Liber Johannis de Lond[oniis] de librario Sancti August. Cant.' ('dist. xi. g. 1'), qui paucula ex artt. 1-14 breviter, in tabula contentorum praemissa, recenset. Inter codd. Tho. Allen, '147.'

1. (*Saec.* xii.) Boethius de consolatione philosophiae, cum prologo et glossulis interlinearibus atque marginalibus. **f. 3.**

Quaedam aliae glossulae praemittuntur in ff. 1, 2.

In initio metr. 5. lib. i. (fol. 11) est pictura, auctorem in genua coram Deo (in solio sedente et librum in manu sinistra habente), procumbentem repraesentans.

Ad calcem sunt haec:—

i. Nota de trium bonorum Dei, animae et corporis, dissimilitudine. f. 74.

ii. Quae probabilem narrationem constituunt. *ibid.*

iii. Versus scribae de operis ejus conclusione. f. 74b.

'Ut gaudere solet fessus jam nauta labore
Desiderata diu littora nota videns,
Haut aliter scriptor optato fine libelli
Exultat viso, lapsus et ipse quidem.'

iv. Versus septem de vii. diebus Creationis. *ibid.*

Inc. 'Primus in orbe dies lucis primordia sumpsit.'

v. Tabula in qua a capite Philosophiae deducuntur scientiae quae sub tribus divisionibus Logicae, Theoricae, et Practicae comprehenduntur. *ibid.*

2. (*Saec.* xii.) 'Glosae Boecii;' comment. in tractatum eundem, usque ad metr. 1. lib. v. **f. 75.**

Inc. 'Tempore Teoderici regis insignis actor Boecius claruit.'

3. (*Saec.* xii. *exeuntis.*) Euclidis Elementa geometriae.

i. Demonstrationes et figurae libb. i-ix, cum prologo. **f. 99.**

Inc. prol. 'Geometrie, sicut et reliquarum facultatum, usus suum antecellit artificium.'

In ora superiori fol. primi inscriptum est, manu saec. xiv, 'Quaterni Johannis de Lond. cum monoculo;' deinde sequitur figura capitis humani unicum oculum habentis.

ii. Liber x, una cum initio xi; cum figuris. **f. 125.**

iii. Iterum liber x; cum figuris. **f. 139.**

iv. Libri ii–iv, sine figuris. **f. 146.**

v. Pars libri vi; et propositiones libb. vii–x; cum figuris. **f. 154.**

vi. Libri xi–xiii, una cum initio xiv; cum figuris. **f. 160.**

4. 'Libellus de similibus arcubus, quem Jordanus saepe citat in libris suis de triangulis;' cum figuris. **f. 133.**

Tit. praefixus est manu saec. xvi.

Inc. 'Geometre eos esse arcus similes qui angulos recipiunt equales.'

Exemplar alterum exstat in cod. saec. xiii. Auct. F. v. 28. fol. 144^b.

5. Archimedis, sive, ut alii dicunt, Theonis Alexandrini, tractatus de figuris isoperimetris; cum figuris. **f. 135.**

Inc. 'Prelibandum primum quadratum ysoperimetrorum, ysopleurorum, rectilineorum et circulis contentorum.'

Exemplar alterum exstat ibidem, fol. 146 ubi in margine, manu scribae tractatus, ineunte saec. xiii, est nomen 'Zenodorus.'

6. Theorema de circulo quadrando, cum figuris. **f. 136^b.**

Inc. 'Si circulo inscribatur quadratum, et eidem circulo describatur aliud quadratum octogonum.'

Des. 'Si quem, inquam, tam arguto natura beasset acumine quod sciret invenire duas lineas quarum una se haberet ad aliam ea proporcione qua quadratum ad circulum ei inscriptum, ille nostro jam dicto usus artificio cuilibet circulo proposito statim quadratum equum inveniret.'

Fol. 138 *vacat.*

7. De altimetria, sive altitudinum mensuratione; cum figuris. **f. 145.**

Inc. 'Geometrie due sunt partes principales, Theorica et Practica.'

8. [Jordani Nemorarii] opusculi pars de ponderositate, cum figuris. **f. 174.**

Inc. 'Omnis ponderosi motum esse ad medium.'

Quae hic exstant invenienda sunt in pp. 1–5 edit. Nic. Tartaleae, 4°. Ven. 1565. Hic autem sub quaest. v. est mentio operis alterius per eundem auctorem ('sicut demonstravimus in Philothegni') quae non occurrit in editione citata. Exemplar alterum in cod. supra citato, fol. 150^b, ubi ad finem haec: 'Expliciunt elementa Jordani super demonstratione ponderum.'

9. 'Archimedes de curvis superficiebus,' (*tit. manu saec.* xvi); propositiones decem, cum commentariis cujusdam Johannis de Tiñ [Tinemutha?], atque figuris. **f. 174^b.**

Prop. i. 'Cujuslibet rotunde pyramidis curva superficies est equalis triangulo orthogonio cujus unum laterum rectum angulum continentium equatur ypothenuse piramidis, reliquum circumferentie basis.'

Prop. ult. 'Cujuslibet spere proportio ad cubum sui diametri est tanquam proportio undecim ad viginti unum. Hoc respondet secunde propositioni Archimenidis de quadratura circuli.'

Expl. comm. 'Sicque Tiphis noster portum tenet in quem jam dudum vela succingserat (*sic*). Jamque cum bibulis hereat harenis anchora Archimenides remigii (*sic*), Johannes navigationis grates agat summo Creatori. Explicit commentum Johannis de Tiñ. in demonstraciones Arch'.'

Exemplar alterum, eadem ad finem habens, est in codice ubi supra, fol. 152, manibus binis saec. xiv. exaratum, et intitulatum 'De curvis superficiebus. Archimenides.'

10. Commentarius in propositiones septem tractatus Archimedis, sive cujuscunque sit, de figuris isoperimetris, cum figuris. **f. 178^b.**

Inc. 'Prelibandum primo [*etc., ut supra*]. Figura dicitur alii ysoperimetra quando omnia latera unius et simul accepta.'

11. [Jordani] Liber de speculis, cum figuris. **f. 179.**

Inc. 'Visum rectum esse cujus media terminos recte continuant.'

Expl. '—quare in eis stupo posita accenditur.' Sequuntur propositiones duae aliae de radio visuali. Nomen *Jordani* manu Johannis de London apponitur. Exemplar alterum exstat in cod. saepe supra citato fol. 64, sine nomine auctoris.

---

12. (*Saec.* xiii. *ineuntis.*) Tractatus tres, ut videtur, de proportionibus. **ff. 182, 186, 189.**

Inc. i. 'Circa proporciones duo sunt investiganda; scilicet, primo, quid sit proporcio et quid effectum habeat in subjectis.'

Inc. ii. 'Arrepti laboris seriem quadripartito distinguendam decrevimus. Primo enim videbimus utrum ex aliquot simplicibus solum constet continuum, aut in omni continuo sint infinita simplicia.'

Inc. iii. 'Quoniam ad quamlibet speciem matheseos pertinet consideracio proporcionum, ideo perutile arbitramur naturam proporcionum investigare.'

Spatia quaedam vacua pro figuris inserendis, sed non insertis, hic illic relinquuntur.

---

13. [*Saec.* xii.] Hermanni [Contracti] Liber de mensura astrolabii. **f. 196.**

Inc. 'Hermannus Christi pauperum peripsima.'

Impr. apud Pezii *Thes. Anecdd. Nov.*, vol. iii. par. ii. col. 95.

14. [Ejusdem, sive potius Gerberti, postea Silvestri II, liber de utilitatibus astrolabii]. **f. 200.**

Inc. 'Quicunque astronomicae peritiam disciplinae.'

Impr. sub nomine Hermanni, ibid. col. 109. Hic autem desinit textus impressus ad calcem cap. iv. lib. ii, deinde sequitur capitulum de motu solis. Addita est (f. 210^b) nota super his de astrolabio libris (incip. 'Quatuor sunt quibus tota matheseos disciplina continetur'), in qua ita legitur: 'Nota quod Girbertus quendam librum de astrolabio composuit, qui in hoc volumine secundo loco ponitur, et nimis implicitus est, et instrumentum facere non docet sed artem exercere; quo perlecto Berengarius artem quidem exercere sed instrumentum componere non noverat. Ideo Hermannum amicum suum rogavit ut doctrinam astrolabium componendi preberet. Hujus ergo rogatu Hermannus hunc primum librum composuit, secundo loco librum Girberti ordinavit. Prologum premittit in quo benevolentiam Berengarii captat, et suam imbecillitatem insinuat.' Sequuntur quaedam de Hermanno ipso, et de infirmitate sub qua laborabat.

---

15. (*Saec.* xiii. *ineuntis.*) Tractatus, fuse compositus, super artem Logicae. **f. 211.**

Folia 32, in quarto, binis columnis, characteribus minutis et contractioribus.

Inc. 'Propositum quidem negocii est circa opinionis nostro positiones singula diligenter inquirere ... Ordinem illam doctrine nostre per iiij^or distinguemus capitula, primo agentes de terminis, deinde de significatis eorum, tercio de proposicionibus, quarto de dicteriis proposicionum, id est, de enunciabilibus.'

16. [*Saec.* xiv.] Sententiae variae theologicae, praesertim ex Sacris Scripturis. **f. 243.**

In ff. 248–250 ad finem compactis sunt literae alphabeti Hebraici sine punctis et cum punctis, et pars Orationis Dominicae Latine sed characteribus Hebraicis; manu eadem ac art. 16.

In fol. 147 inscripta sunt multa nomina Anglicorum hominum, e.g. 'Reginaldus et Hugo de Banneb'., Will. de Thaweldone, Ric. de Yppedene,' etc.

Folium ad initium codicis compactum continet fragmentum ex tractatu quodam de metris, saec. xi. exaratum.

175.

Membranaceus. In fol. minori. Saec. xi. ff. 46. Utrimque mancus, et alibi. Inter codd. T. Allen, '166.'

1. Ven. Bedae Vita S. Cuthberti. **f. 1.**

Desunt folia duo; incip. ad finem cap. viii.

Ad calc. 'Explicit liber de vita et miraculis beatissimi patris Cuthberti Lindisfarnensis aecclesiae episcopi.'

Deinde sequitur, 'Item de quo supra ex iiij[to] aecclesiasticae ystoriae gentis Anglorum libro, xxx. cap.,' [sive xxxi, xxxii].

2. Narratio miraculosa de Aelfredo rege, dum 'in Glestingiensibus paludibus' cum uxore sua latitabat, pauperem relevante: *imperf.* **f. 24.**

Cf. versionem narrationis hujus in Simeonis Dunelmensis vita S. Cuthberti, (Twysdeni Scriptt. X., p. 73); nostra autem et paululum antiquior est et fusior.

Incip. 'Deus omnipotens juste misericors et misericorditer justus.'

Desunt quaedam.

3. Bedae Vita S. Cuthberti metrica. **f. 25.**

Ad calc. 'Bedae famuli Christi et presbyteri explicit de virtutibus Sancti Cuthberti Lindisfarnensis aecclesiae antistitis. Deo gratias.'

Desunt quaedam.

4. Vita Oswaldi regis Northanhumbrorum, ex libro iii. Hist. Eccl. Bedae compilata; *imperf.* **f. 40.**

Incip. ad fin. cap. 2; quae sequuntur, ex capp. 3, 6, 9–13 extracta sunt. Ad calc. 'Explicit de vita et miraculis gloriosissimi et sanctissimi regis Oswaldi.'

5. 'Vita Sancti Aidani Lindisfarnensis aecclesiae antistitis, sicut in tercio aecclesiasticae ystoriae gentis Anglorum libro continetur.' **f. 44.**

Scil., ex capp. 3, 5, 15–17: desin. imperf. ad verba, 'actibus laudans, atque ad,' in cap. 17.

176.

Membranaceus. In fol. minori. Saec. xiv. ff. 119. Olim liber collegii Mertonensis (cujus titulus in fol. 1[b]) pro usu scholarium ejusdem collegii et collegii Exoniensis, e dono Will. Reed episc. Cicestrensis. Praemissa est, manu saec. xiv, tabula contentorum.

1. Tabula graduum ascensionis signorum in unoquoque mense anni. **f. 1.**

2. Regulae ad futuram aeris temperiem praenosticandam, per magistrum Will. de Merle, socium domus Mertonensis. **f. 3.**

Inc. 'Hec sunt consideranda ad hoc.'

3. Descriptio temperiei aeris Oxoniis, in unoquoque mense per spatium septem annorum, ab anno 1337 usque ad Jan. 1344; per eundem. **f. 4.**

4. 'Pronosticaciones cujusdam eclipseos [lunae] visibilis, et conversionum trium superiorum anno Christi 1345 contingencium et primam pestilenciam precedencium, quas m. W. Reed calculavit et m. Jo. Aschedene pronosticavit.' **ff. 9, 13.**

5. 'Tractatus magistri Leonis Hebrei de conjunccione Saturni et Jovis anno Christi 1345.' **f. 16.**

Inc. 'Quoniam fuit declaratum antiquitus per experiencias longas.'

6. Tractatus magistri Johannis de Muris de eadem conjunctione. **f. 17[b].**

Inc. 'Tres principes ex milicia superiori.'

7. Tabula ascensionum solis, lunae, et quatuor planetarum in unoquoque mense pro annis 1328–1357. **f. 19.**

8. 'Tabula ad habendum dominos annorum in 55 annis, quorum primus est annus Christi 1332, finalis annus Christi 1386.' **f. 22[b].**

9. Tractatus Galfredi de Meldis de conjunctione Saturni et Jovis anno 1325, et de pestilentia et de conjunctione eorundem anno 1345. **f. 25.**

Inc. 'Cunctis quorum interest astronomie scire nova.'

10. 'Pronosticacio { conjunctionis Saturni et Martis, 23 die Marcii, eclipsis lune universalis, primo die Julii, conjunccionis Jovis et Martis, 7 die Augusti, } 1349;' per Johannem Aschedene sive Esshyngdene. **f. 30.**

Incip. 'Sicut dicit Haly, 2° Quadripartiti Tholomei.'

Ad calc. 'Expliciunt iste pronosticaciones 6[to] die mensis Februarii, anno Christi millesimo CCC°XL° nono.'

11. 'Significacio conjunccionis magne Saturni et Jovis que erit anno Christi 1365 in mense Octobris, completis de eodem mense 29 diebus, 14 horis et 22 minutis,' 'quam M. W. Rede calculavit et J. Assh[enden];' (*tab. contentt.*) **f. 34.**

Ad calc. 'Completus est iste tractatus 10 die mensis Marcii anno Christi 1357, per magistrum Johannem Eschindene.' Vid. art. 13, *infra.*

12. Epistola a Reginaldo Lambourne, monacho Eyneshamensi, [ad Gul. Reed ut videtur,] anno 1367, de conjunctionibus Saturni, Jovis et Martis, cum prognosticatione malorum inde in annis 1368–1374 probabiliter occurrentium. **f. 40.**

Inc. 'Reverendissime domine, ut recencius nunc (?) perficiam quatinus industrie mee parvitas suppetit in hiis que memini me infra presentis anni spacium doctorali reverencie vestre.'

13. 'Tractatus Johannis de Eschyndene de significacione conjunccionis Saturni et Martis in Cancro que est isto anno Christi 1357, in 8° die Junii, et de significacione conjunccionis magne Saturni et Jovis que erit anno Christi 1365, in 30° die Octobris.' **f. 42.**

Inc. 'Sicut dicit philosophus in Centilogio, proposicione 50[a].'

Ad calc. 'De magna conjunccione Saturni et Jovis de qua erat mencio in principio istius tractatus vide in proximo quaterno precedenti qui hic deberet situari,' scil. art. 11, f. 34.

14. Epistola a Reg. Lambourne ad quendam Joh. London, de significatione eclipsium lunae 'hoc anno instante 1363 sub mensibus Marcii et Septembris.' **f. 50.**

Inc. 'Magister mi reverende, et dilecte multum in Christo et sub Christo domine, quia me disciplina jam tarde coram reverencia vestra constitutum.'

Ad calc. 'Scripta sunt hec primo et concepta per vestrum Reginaldum monachum simplicem Eyneshamie, 27 die mensis Februarii anno supradicto. Domino Johanni London.'

15. 'Notula de corrupcione pestilenciali,' sive 'de complexcione.' **f. 54.**

Inc. 'Omnis complexcio que est extra naturam et temperamentum sit quadruplex.'

16. 'Tabula mansionum lune.' **f. 55.**

17. 'Tabula de superioritatibus planetarum, secundum Albumasar;' (*tit. in tab. contentt.*) **f. 55ᵇ.**

18. 'Tabula de dignitatibus planetarum;' (*tit. in tab. contentt.*) **f. 59.**

19. Prognosticationes e luna secundum signa. **f. 59ᵇ.**

20. Nota de cognitione ventorum. *ibid.*

21. 'Plinius de temporibus,' sive praesagia temporum e ventis, luna, stellis, nubibus, ignibus, mari, montibus, pluviis et animalibus. **f. 60ᵇ.**

Inc. 'Predicta racione ventorum ne sepius eadem dicantur, convenit ad reliqua tempestatum presagia accedere.'

22. Liber Alkindi de imbribus; capitula octo. **f. 61.**

Inc. 'Rogatus fui quod manifestem consilia philosophorum.'

Desinit abrupte in initio cap. v.

23. 'Tabula de qualitatibus graduum duodecim signorum;' (*tit. in tab. contentt.*) **f. 63ᵇ.**

24. 'De pluviis;' scil., praesagia pluviarum. **f. 67,** (*item in* **f. 88ᵇ**).

Inc. 'Si sol fuerit in emisperio australi.'

Fol. 70 mutilum est.

25. 'Almanak solis pro quatuor annis,' scil. 1341–4, 'per W. Reed anno Christi 1337 calculata et scripta;' (*tit. in tab. contentt.*) **f. 71.**

26. 'Almanak Johannis de Almannia juxta motus et radices Alfonsi calculata,' (*tit. in tab. contentt.*); sive tabulae verorum locorum lunae et planetarum pro annis 1349–1380. **f. 73.**

27. Notae astrologicae; i. de diebus criticis in morbis; ii. de quinque aspectibus planetarum. **ff. 87ᵇ, 88.**

28. Praesagia pluviarum et ventorum. **f. 88ᵇ.**

29. Tabula quaedam pro anno 1333. **ff. 89ᵇ, 91ᵇ.**

30. Figurae conjunctionis solis et lunae, apud Combe [co. Oxon.?] observatae, anno Christi 1317, die 4 Dec., et nativitatis conjunctionalis et nocturnae ibidem, eodem anno, die 10 Dec. **ff. 90ᵇ, 91.**

31. Tabula radicalis ad inveniendum 'primum diem Nisan vel Pascha seu principium Tyssery.' **f. 92ᵇ.**

32. Tabulae verarum conjunctionum et oppositionum solis et lunae, cum veris locis aliorum planetarum, pro annis 1341 super merid. Oxon., 1342 super merid. Lond., et 1343–1346 super merid. Oxon.; cum figuris eclipseos lunae universalis et solis particularis. **ff. 94–119.**

Fol. 115 mutilum est.

Artt. 27–31 non in tabula contentorum veteri recensentur, sed loco eorum haec (quae hodie non exstant) inseruntur :—

'Almanak Profacii Judei juxta radices et motus Arzachelis calculata.

Calculacio M. Walteri Elveedene de dominis mensium ab anno 1332 usque ad 1357, annorum ab anno 1332 usque ad 1386.'

In primo folio, verso, est haec nota :—'Liber m. Willelmi Reed, episcopi Cicestrensis, cujus partem habuit ex dono rev. domini sui m. Nicholai de Sandwyco, partem emit de executoribus rev. patris domini Thome de Bradewardina archiepiscopi Cantuariensis, partem emit de executoribus m. Ricardi Camsale, partem ipse m. Willelmus scripsit et partem scribi fecit. Oretis igitur pro singulis supradictis, et pro benefactoribus eorundem, et fidelium animabus a purgatorio.' Et in fol. 2, haec, manu alia :—'Liber scolarium de genere venerabilis patris domini Willelmi Reed, episcopi Cicestrensis, Oxon. successive studencium, ex dono venerabilis patris predicti, per Custodem et Rectorem domorum de Merton et Stapelton in Oxon., vel per eorum librarios, eisdem scolaribus juxta facultates et merita ipsorum cujusque, ad tempus sub caucione juratoria provide liberandus.'

177.

Membranaceus. In fol. Saec. xii. exeuntis. ff. 30. Binis columnis. Inter codd T. Allen, '14.'

Philippi, Prioris monasterii S. Frideswidae, Oxon., liber de miraculis S. Frideswidae, virginis, cum prologo.

Impr. apud *Acta Sanctorum*, Oct., vol. viii. pp. 568–589, fol. Brux. 1853.

In folio ultimo, verso, sunt octo acrosticha (ut vocant) metrica super nomen Frideswidae.

178. [B.N. 12.]

Membranaceus. In fol. Saecc. xiv. et xv. ineuntis. ff. 115; quorum 1–3 vacua sunt, excepta tabula contentorum. Inter codd. T. Allen, '20.' Media pars, ff. scil. 15–87, olim inter codd. Jo. Dee; '147, Joannes Dee, 159.'

1. 'Tabula equacionis domorum secundum gradus arcuum,' [forsan Johannis Walter]. **f. 4ᵇ.**

2. Tabulae latitudinum planetarum, [forsan Simonis Bredon]. **f. 5.**

3. 'De motu Thebith,' sive diversorum diversae sententiae de quantitate anni. **f. 9.**

Inc. 'Campanus Novariensis in capitulo 10 compoti sui sic diffinit annum.'

Expl. 'Constat ergo ex predictis quam diversa diversi senserunt de quantitate anni.'

4. Tabulae solis pro annis 1341–4, super meridiem Oxoniae; accessit tabula latitudinis lunae; [per Gul. Reed]. **ff. 11–13.**

5. Simonis de Bredone Conclusiones quinque de numero quadrato; *manu auctoris.* **ff. 11ᵇ–13,** *in marginibus inferioribus.*

Inc. 'Omnis numerus quadratus totus est.'
Expl. 'Has conclusiones recommendo ego Simon de Bredone volenti circa quadraturam circuli laborare.'

6. Notae breves mathematicae atque astronomicae; inter quas, de citationibus et de falsa conclusione ex Apollonio Pergaeo in Perspectiva Vitellionis, manu ejusdem Simonis de Bredone; de scala musica, (incip. 'Ut monocordum Γ 3 dividatur in 21 notas';) et excerptum ex libro Ptolomaei de dispositione orbis et temporum. ff. 13ᵇ, 14.

7. [*Saec.* xv.] 'Quadripartitum Ricardi Walyngforde, abbatis Sancti Albani, de sinibus demonstratis;' cum figuris et notis marginalibus. f. 15.

Inc. 'Quia canones non perfecte tradunt noticiam sinus.'
Fol. 24 mutilum est.
Ad calc. 'Explicit quartus tractatus de corda recta et versa quem composuit frater Ricardus Wallyngforde, quondam abbas Sancti Albani ac prius socius collegii Walteri de Merton Oxonie, summus astronomus ac geometer eximius, cujus anime Deus propicietur excelsus.'
Hic illic sunt notae marginales quibus nomen cujusdam 'Lewys' praefigitur, ut et postea in fol. 46; ejusdem theorema etiam quoddam mathematicum in fol. 38 additur.

8. [Ejusdem] Tractatus de sinubus et arcubus in circulo, cum figuris. f. 39.

Inc. 'Arcus dicitur pars circumferencie circuli, sive medietati talis circumferencie fuerit equalis sive major sive minor.'
Expl. 'Et hec pauca sufficiunt dicta pro sinus et arcus aliquali noticia.'

9. 'Commentum magistri Symonis Bredone super aliquas demonstraciones Almagesti;' cum figuris. f. 42.

Inc. 'Nunc superest ostendere quanta sit maxima declinacio ecliptice ab equinocciali.'
Expl. '—anni Nabuzodonosor, qui sunt per quos intrabis in hunc librum.'
Notae paucae marginales in ff. 66–69 sunt manu Henrici Savile.

10. Calculatio de distantia centri lunae a centro terrae. f. 87, 87ᵇ.

11. [*Binis columnis; saec.* xiv.] Definitiones et propositiones in xv. libris Elementorum Euclidis. f. 88.

Hic illic additae sunt demonstrationes.

12. Propositiones in lib. i. tractatus Gebri de astronomia, scil. de sphaeris, etc. f. 107.

Impress. cum tract. P. Apiani de Instrum. mob., fol. Norimb. 1534.

13. Nota de compositione tabulae differentiae ascensionum universae terrae. f. 108.

14. Propositiones in libris tribus Theodosii de sphaeris. f. 108ᵇ.

Saepius impr.

15. Propositiones in libris tribus Sphaericorum Menelai, sive Milei, additis hic illic demonstrationibus brevibus. f. 112ᵇ.

Ad calc. 'Expletus est tractatus tercius libri Milei de figuris spericis, et cum ejus complecione completus est totus liber.'
Impressae exstant.
Sequuntur demonstrationes duarum propositionum de triangulis in sphaeris.

Folia 88–115 quae ad finem codicis compacta sunt (veteri manu numeris 176–204 signata), foliis hodie 1–14 (antehac 230–243) olim praecedebant.
Synopsis contentorum invenitur in Adversariis Langbainii, vol. iv. pp. 659–661, ubi male conjicitur demonstrationes in ultimo folio additas (et quaedam alia paucula) manu Rob. Grosseteste esse inscriptas.

179.

Membranaceus. In fol. Saec. xiv. ff. 208. Binis columnis exaratus. Inter codd. T. Allen, '49.'

1. Quadripartitum Ptolomaei cum glossa 'Aly Abenridiani,' praemissa praefatione Egidii de Cebald[is], Lombardi, de civitate Parmensi. f. 1.

Inc. prol. 'Scire et intelligere gloriosum est.'
Inc. opus, 'Verba que dixit sapientissimus Ptholomeus.'
Subjicitur in marginibus per totum, manu altera, alia versio operis Ptolomaei, ita descripta, 'Incipit liber quadripartiti Ptholomei Pheludensis de judiciis astrorum, secundum aliam translacionem;' addit manus tertia, 'et apparet Bredone.' Inc. prohem. 'Pronosticacio per astronomiam fienda dependet a duobus.'

2. 'Judicialium,' sive de judiciis astrorum, Ptolomaei libri quatuor. f. 171.

Ad calc. sequitur nota brevis sub hoc titulo:—'Que sequuntur in Greco exemplari subjuncta reperi quo mense morietur quis in omni nativitate.'
Folium ad initium codicis compactum, saec. xiv., habet excerpta quaedam e sermonibus SS. Chrysostomi et Basilii.

180.

Partim chartaceus, partim membranaceus. In fol. Saec. xv. ff. 113.

1. (*Chartac., binis columnis, manu Italica.*) Legenda, pro Praedicatoribus abbreviata, 'beate Katherine de Senis, sororis ordinis de Penitencia beati Dominici ordinis Predicatorum;' per fratrem Thomam de Senis, ord. Praed.; cum prologo. f. 1.

In litera prologi initiali depicta est figura S. Katherinae.
Pars exstat in Mombritii *Vitis Sanctorum*.
Sequitur ad fin., 'Capitulum ponendum immediate post legendam abbreviatam beate Katerine de Senis, in quo capitulo per processum dicte legende et scripturarum in eadem expressarum evidenter deducitur quantum et a quibus dicta virgo sit devote invocanda, veneranda et extollenda, necnon qualiter sit ymitanda et quasi sicud approbata tenenda.'

2. (*Membran., binis columnis, manu Angl.*) 'Exafrenon pronosticorum temporis;' sex capitulis; [tractatus astrologicus, Ricardo Wallingford abbati S. Albani ascriptus]. f. 30.

Inc. 'Ad perfectam noticiam judiciorum artis astrologie.'
Expl. '—ad pristinam se transtulit paupertatem.'
In fol. 39ᵇ inscripta est regula pro calculatione superationis inter planetas.

3. (*Chartac., manu Italica.*) Vita et miracula beati Hieronymi, *Italice*. f. 40.

Inc. 'Il beato messere santo Ieronimo sechondo chedice nella fine duno suo libro titulato De viris inlustribus.' Miraculum postremum est resuscitatio de mortuis 'duno maestro barbato.' Alia vitae versio est quam ea quae saepe impressa exstat. Acquisita a Kenelmo Digby pretio '4 reals.'

4. (*Chartac., manu Gallica.*) Praecepta de variis operationibus chemicis; *Gallice.* f. 80^{b}.

Praemittitur 'Alphabeth' sive tabula notarum in arte chemica usitatarum et quid quaeque significet.

Praeceptum i. 'Maniere de luter grossement tres necessaire.' ii. 'Pour donner entree dissouldre et faire fondre tous metaux a la flambe dune chandelle.'

Olim inter codd. T. Allen.

Synopsin contentorum codicis videsis in vol. xix. Adversariorum G. Langbainii, pp. 67–70, 77–8.

181.

Chartaceus. In fol. ff. 93. Saec. xv.

1. [Thomas Occleve's] Letter of Cupid. f. 1.

The first leaf, containing the first ten stanzas, is wanting.

Beg. 'To hire nay [*altered by the same hand to* name] ȝhit
is it no reprefe.'

Printed by Urry in his edition of Chaucer's Works, p. 534.

2. A poem against marriage; being an English version of the Latin poem attributed to Walter Mapes, 'Goliae dissuasio nubendi.' f. 7.

Beg. 'Glory unto God, laude and benysone,
To Johne, to Petir, and also to Laurence.'

Printed by Wynkyn de Worde under the title of *The Payne and Sorowe of Evyll Maryage;* reprinted by the Percy Society; and from this MS. in Wright's edition of Mapes' *Latin Poems*, pp. 295-9.

3. A poem of the deceitfulness of women. f. 8^{b}.

In fifteen seven-line stanzas.

Beg. 'To Adam and Eve Crist gave the soveraigte
Of Paradyce and domynacione.'

End. 'Suche welle disceyue, there nature is so frayle.'

4. 'Formula honestae vitae;' an English poem of religious and moral precepts, written by Peter Idyllearte for the instruction of his son Thomas, with Latin prologues to the several sections. f. 10^{b}.

The initial prologue ends thus:—

'Volens igitur ego Petrus Idyllearte filium meum Thomam bonis operibus ac moribus conformare, ac de amore Dei et proximi ac aliarum rerum necnon de forma vite instruere, sic incipio.

In the begynnyng of this litle werke
I pray God my penne to lede.'

End. 'Safe only nature, þe whiche doth me spede
To the my childe to þis simple dede.
Explicit liber consolacionis et consilii.'

The author is called Peter Idle, a Kentish squire, by Tanner and Ritson.

5. 'The man in þe erber;' [Chaucer's Complaint of the Black Knight]. f. 31.

Beg. 'In May whanne Florra the lusty quene.'

At the end, 'Explicit. Edorb qd.' ['quod Brode,' the transcriber's name?].

6. [Chaucer's Queen Annelida and false Arcite.] f. 39^{b}.

Beg. 'O thowe fers god of armes Mars the rede.'

End, 'That shapyne was, as ye shall aftir here.
Explicit Lamentacio Annelide Regine Ermonie.'

7. [Chaucer's] 'Parlement of Fowlis.' f. 44.

Beg. 'The life so short, the crafte so longe to lerne.'

End, 'The bettir, and thus to rede I woll not spare.
Explicit. Here endith the Parlement of Fowlis.'

8. Against hasty credence of reports without examination; a translation in verse (in nineteen seven-line stanzas) from Boccaccio. f. 52.

Title, 'Where Bochas reprouythe heme þat yeue hasti credence to euery report or tale.'

Beg. 'All though so be in euery maner age
Folkis beene dyuers of condicions.'

9. [Chaucer's] Troilus and Creseide. f. 54.

Unfinished; ending at l. 533 of book iii,
'A certeyne houre in which she come sholde.'

182.

Membranaceus. In fol. ff. 58. Saec. xv. ineuntis. In fol. ad init. compacto, nomen 'M. Crofte;' in fol. ad finem, 'Joannes Lumleye miles dominus Lumleye.'

'Þe book of huntyng, þe which is clepid Maistre of game;' dedicated to Henry, Prince of Wales, son of Henry IV, by the King's Master of the Game.

In thirty-five chapters, besides the prologue; of which a table is prefixed.

183.

Chartaceus, foliis membranaceis hic illic intermixtis. In fol. ff. 54. Saec. xiv. exeuntis. Inter codd. T. Allen, '22.'

1. [Alberti Magni] Tractatus de mineralibus, libris quinque. f. 1.

Desinit imperf. in cap. ii. lib. v, deficientibus capp. iii–viii.

Impress in vol. ii. Operum Alberti.

2. Alkindus de radiis stellarum. f. 38.

Inc. 'Omnes homines qui sensibilia sensu percipiunt.'

In marg. inferiori est nota ita incipiens: 'Nota hoc quod est extractum de libro Rogeri Bakun de celo et mundo, capitulo de numero celorum,' etc.

3. 'Liber Bacon de sermone rei admirabilis,' sive de retardatione senectutis. f. 45.

Inc. 'Intendo componere sermonem rei admirabilis domino meo fratri E., cujus vitam Deus prolonget, exponendo illud quod occultum est in quibusdam libris antiquorum, videlicet juvenem a senectute retardare et ipsum in juventute diu retinere, et senem quocunque modo ad juventutem reducere.'

Imperf.; desinit in capitulo 'de refectione et hillaritate anime' ad verba, 'cum similatur calori naturali sane adolescencie facit operaciones nobiles. Et cum similatur calori naturali sane—.'

4. Pars tractatus [Rog. Bacon?], de radiis solaribus aliisque coelestibus, elementis, locis mundi habitabilibus, etc. f. 49.

Utrinque mancus; incipit in cap. ii. ad verba 'et virtutis a loco sue generacionis.' Inc. iii. 'Deinde consideratum est quomodo fit multiplicacio.' iv. 'Hiis consideratis circa multiplicacionem sunt aliqua consideranda circa accionem ulteriorem.' [v.] 'Sed locus est principium generacionis quemadmodum et pater.' [vi.] 'Cum autem diucius tenui persuasione processi ut ostenderem quomodo in rebus mundi a parte suorum efficiencium et generancium nichil potest sciri sine geometrica potestate.' Desinit in verbis, 'quoniam si esset plane vel concave non—.'

184.

Membranaceus. In fol. Saec. xii. ff. 147. Bene scriptus. Inter codd. T. Allen, '15,' '20.'

B. Hieronymi opera varia exegetica.

1. De Hebraicis quaestionibus in Genesi. **f. 1.**

2. De mansionibus filiorum Israel. **f. 27.**

3. De distantiis locorum, [sive de situ et nominibus locorum Hebraicorum, ordine alphabetico]. **f. 39.**

4. Liber interpretationum Hebraicorum nominum. **f. 65.**

Adduntur in fine interpretationes literarum in alphabeto utroque, Hebraico et Graeco, et 'notae divinae legi necessariae,' sive notae ad varias locutiones et figuras designandas usitatae. Interpretatio literarum Hebr. exstat inter Opp. vol. ii. col. 361; vide etiam prol. comment. in Lamentationes Hieremiae inter opera spuria.

5. De quaestionibus in librum Regum, [scil. in libros i, ii]. **f. 94b.**

Impress. inter opera spuria, vol. ii. append.

6. De quaestionibus in [libros] Paralipomenon. **f. 112.**

Item inter opera spuria, vol. ii. append.

7. De decem temptationibus. **f. 129b.**

Ibid.

8. Canticum Debborae. **f. 131.**

Ibid.

9. Commentarius brevis in Lamentationes Hieremiae. **f. 134.**

Ibid., vol. v. col. 843.
Ad calc. 'Explicit expositio super alfabeto Hebreo.'

10. Ad Dardanum de musicis instrumentis. **f. 138.**

Ibid., vol. ii. Append. col. 541.

11. Notae variae, ex Hieronymo pro maxima parte collectae, 'de partibus minus notis Veteris Testamenti,' de locutionibus variis in Epistolis S. Pauli, de sphaera coeli, de lapidibus, de mensuris, 'ad estimandum cujusque rei altitudinem,' etc. **ff. 139–147b.**

In fol. ad finem rejectaneo est nota de depositione hujus codicis cum altero per dom. Will. de Redinge, Nigrum monachum, in cautionem pro dimidia marca.

185.

Membranaceus. In fol. Saec. xv. ff. 203. In usum cujusdam e familia de Swillington bene exaratus; postea possedit Nicholas Gilbourne.

1. 'Brute of England;' with the prologue. **f. 1.**

Ends, as usual, with the capture of Rouen in the year 1418.

The first initial contains a shield bearing quarterly, 1 and 4, arg. a chevron az. with a label of three points erm., the arms of *Swillington*; 2 and 3, gules, a griffin segreant arg. [*Rivers* or *Swinlington* ?]; crest, the head of a savage.

2. [Thomas Occleve's poem *De regimine principum.*] **f. 80.**

Beg. 'Musyng vpone the resteles bysynesse.'
End, 'That knoweth He that nothing is hidd fro.'
Edited by Thomas Wright, M.A., for the Roxburgh Club, 4°. Lond. 1860.

In the first initial letter the arms of Swillington are again given, impaling quarterly, 1 and 4, arg. a bend sable, thereon three stars arg.; 2 and 3, gu. fretty arg. [Beauchamp].

3. The story of the Emperor Gerelaus and his wife, from the *Gesta Romanorum;* a poem [by Occleve], with a prose 'Moralization' at the end applying the story to the case of the Soul tempted by the Body. **f. 145.**

Beg. 'In the Romayne Jestys wretyne is thus:
Sum tyme an Emperour in the citee
Off Rome reigned clept Gerelaus.'
End, 'Whiche that no wyght eschue may ne fle,
And when Gode wole also dye schall we.'

4. The story of Jonathas and his paramour, also from the *Gesta Romanorum;* a poem [by the same], with a prose 'Moralization,' or application to man's spiritual condition. **f. 157b.**

Beg. 'Sum tyme an Emperoure prudent and wise
Reigned in Rome, and had sonnes thre.'
End. 'Wher as in joye and prosperite
His lif he had vnto his endyng day,
And so Gode vs graunt that we doo may.'

In the initial letter are ten coats of arms; 1, gules, a griffin segreant, as above; 2, *Swillington;* 3, or (?), a fess dancette sable, *Vavasour;* 4, barry of six, ermine and gules, over all three crescents sable, *Waterton;* 5, arg., a pale sable, thereon a conger eel's head erect and couped, of the field, *Gascoigne;* 6, arg., a saltire gules, *Fitzgerald* or *Gerard;* 7, gules, fretty ermine, *Alford* or *Alesford;* 8, quarterly, 1 and 4, arg., a bend sable, thereon three . . . (?) arg., 2 and 3, *Alford,* as above; 9, arg., a fess sable, in chief three mullets of the last, *Townley;* 10, sable, three bars arg., *Houghton.* Below, there is what seems to be a badge; on a shield, sable, a handle with five scourges, each with three knots arg.

5. The Romance of King Ponthus of Galicia and the princess Sidon; in prose. [Translated from the French ?]. **f. 166.**

Beg. 'Now I wolle you tell a noble storye wherof a man may lerne mony goode ensamples.'
End, '—there be noone so faire ne so ryche, so stronge ne so goode, bot at the last he must nedes leve this worlde.'
Printed by Wynkyn de Worde, 4°. 1511.

In the initial letter are the arms of Swillington and Rivers, quarterly, impaling Townley (on a fess sable 3 mullets) and Alford (fretty ermine), quarterly.

186.

Chartaceus, intermixtis hic illic foliis membranaceis. In fol. ff. 90. Saec. xv. Inter codd T. Allen, '63.'

[1. Statutum Johannis, S. Mariae in Via Lata cardinalis et apostolicae sedis legati, pro reformatione monasterii S. Mariae Eboracensis. **f. 1.**

Folium membr., saec. xiii. ineunte exaratum, ad initium codicis compactum. 'Promulgavit autem dominus J., apostolice sedis legatus, has constitutiones in accessu suo ad monasterium nostrum, ad Assumpcionem Sancte Marie, anno Incarnacionis Domini millesimo ducentesimo sexto.']

2. 'Vaticinium cujusdam viri catholici [Johannis] canonici de Brydlynton circa annum Domini M.CC. predicentis futura sibi divinitus ostensa;' cum glossa marginali. f. 5.

Inc. 'Febribus infectus requies fuerat mihi lectus.'
Expl. 'Ad mortem tendo, morti mea carmina pendo.'
Ad calc. 'Explicit prophecia de fortuna et castigatione Regis et Regni Anglorum, a tempore Edwardi secundi post conquestum usque ad tempus successoris Edwardi tercii inclusive, quam metrificavit et fecit scribi unus Canonicus de Brydelyngtone, decumbens in magnis febribus ante mortem suam qui nuncquam per prius sciverat versificare vel versus intelligere sufficienter, et fuit circa annum Domini millesimum ducentesimum.'
Impr. apud *Political Poems and Songs*, per T. Wright, 8°. Lond. 1859, vol. i. pp. 128-211.

3. 'Prophecia Galfridi Eglyn' de Rege Ricardo II. f. 14.

Inc. 'Asinus coronatus turbabit regnum.'

4. List, in English, of eleven symbolical names of badges used in prophecies, for Richard of York, Earl of March, three for Henry Percy, Earl of Northumberland, and one each for the Earl of Westmorland and Lord Clifford. *ibid.*

5. 'Prophecia;' versibus viginti quinque. f. 14^b.

Inc. 'Intras cum sole canis taurusque leone.'

6. 'Bedam' (*sic*); prophetia, versibus quatuor. *ibid.*

Inc. 'Scoti cum Britone sternunt Anglos in agone.'

7. 'Eldegar',' *i.e.* Hildegardis prophetia, versibus quatuor. *ibid.*

Inc. 'Mens cor cur cupiunt lex Christi vera jocunda.'

8. 'Prophecia quedam Willelmi Stapiltone, ut dicitur, cuidam forestario in foresta de Inglewod tradita, anno Domini 1379.' *ibid.*

Inc. 'Anno cephas mille canis cuculus et cocodrillus.'

9. 'Alia prophecia ejusdem.' f. 15.

Inc. 'Tolle caput milvi cancer ter simile fiat.'

10. [*Manu secunda.*] 'Prophecia Henrici de origine mundi. Est autem Henricus in Historia Almannorum sicut Marlinus in Historia Britonum prophetizatus;' cum interpretatione nominum. f. 15^b.

Inc. 'Lilium regnabit in nobiliori parte mundi.'
Cf. cod. 196, *infra*, art. 11.

11. [*Manu tertia.*] Vita metrica Edwardi Regis et Confessoris, auctore anonymo, Henrico sexto dicata. f. 16.

Inc. 'Quid faciat virtus, que spes speciosa beatis.'
Impress. e codice Bodleiano, 'Selden. supra 55,' apud *Lives of Edw. the Conf.*, edente H. R. Luard, 8°. Lond. 1858, pp. 361-377, ubi variantes in hoc exemplari lectiones in notis exhibentur.

12. [*Manu saec.* xvi.] 'Quaedam narratio de nobili rege Arthuro in sacramento altaris non plene credente, qualiter confirmatus fuit in fide et factus vere credens, et quare mutavit arma sua.' f. 23.

Inc. 'Dominus Deus universorum conditor.'
Notat quidam in margine, 'Haec fere omnia (ad verbum) recitantur a Gulihelmo Malmesberry in libro de antiquitatibus Glastonberry;' non autem exstant in textu per Gale aut Hearne impresso.

13. (*Manu eadem.*) 'Haec est vera historia de morte Arthuri.' f. 24^b.

Inc. 'Igitur finito prelii certamine.'
Desin. incompl. ad verba, 'Igitur prefati tres episcopi spiritum—.'

14. (*Manu eadem.*) 'De origine gigantum in insula Albion, i. Brittania Majore, quae modo Anglia dicitur, habitantium, et nomine insulae.' f. 26.

Inc. 'Anglia modo dicta olim Albion dicebatur.'
Expl. 'Et sic veritas clarescit historiae de primis habitatoribus hujus terrae.
Explicit de ortu gigantum in Anglia.'

ff. 28-30 *vacua sunt.*

15. (*Manu saec.* xvi. *ineuntis.*) Versus quidam recensentes nomina villarum quarundam et comitatuum in Anglia; item de nominibus *Albania* et *Scotia.* f. 31.

Inc. 'London, Yorke, Carlell, Kente, Wynchester, Leycyterque.'

16. (*Manu eadem.*) Notae quaedam de comitatu Westmorlandiae, de villis de 'Berwyke' et Novo Castro, et de muro Severi.

i. De rege Mario sive Westmario: cap. xvii. lib. iv. Galfredi Monumetensis. f. 32.

ii. Versus quidam de eodem. f. 32^b.

iii. '*In Cronica Anglice conscripta legitur parte* 3, *fo.* 30. How Kynge Westemere gave to Berengere an ylande forlete, and there this Berengere made ye towne of Berwyke.' f. 33.

iv. Notae de rebus inter Scotos et Anglos, de prophetia Merlini super Edw. I., de constructione castelli de Berwick, etc. ab anno 1199 ad an. 1482. ff. 33^b-4.

'In quodam kalendario antiquo scribitur per manus bonorum virorum tunc viventium ac annotaciones temporum et acta regum perlustrancium, quod scilicet anno Domini 1210 Johannes rex Anglie edificavit castrum Berwici.'
'Anno Domini 1482 ultimus conquestus de Barwike factus fuit per dominum Ricardum ducem Glowcestrie et anno novissimo regni regis Edwardi quarti post conquestum, qui usque in hodiernum diem feliciter regum Anglorum succedencium dominio legitime subjacet.'

v. 'De muro Severi famoso,' ex Hist. Britonum, Beda, Orosio, Henrico Hunt., et Michaele Volaterrano. ff. 35-36^b.

vi. De Novo Castro et de monasterio ibidem. ff. 37-38^b.

'Notandum quod baron de Hilton, miles olim strenuissimus, per generaciones et successiones heredum legitimorum appellatus est fundator illius monasterii monialium in Novo Castro super Tynam.'

Fol. 39 *vacat.*

17. [*Manu prima.*] 'Vaticinium unius Sillabarum [*lege*, Sibyllarum] Ytalie;' in quo de Rege quodam Sexto. f. 40.

Inc. 'Veniet aquila ardens et Regina Austri.'
ii. 'Sequuntur versus ad cognocendum illum Sextum et de modo regni sui.'
Inc. 'Tolle caput Martis bis Cancri lune suum dat.'

18. 'Item de Dodeno'(?). f. 40^b.

Inc. 'Presides hiis tronis virose lux visionis.'

19. 'Versus [xii.] Gilde de Sexto.' *ibid.*

Inc. 'Cambria Carnarvan Anglis natum dabit agnum.'

20. 'Item Gildas de eodem Sexto;' versus sex. *ibid.*

Inc. 'Ter trina lustra tenent cum sema tempora Sexti.'

21. Variae alia prophetiae, speciatim (ut videtur) de Edwardo I; *metrice*. f. 41.

Inc. 'Anglia transmittet leopardum lilia Galli.'
Versus 1–13 inveniuntur *infra* in cod. 196, fol. 24, sub tit. 'Versus Merlini.'

22. Chronica Angliae a Bruto usque ad mortem Edw. I.; partim carmine, partim prosa. f. 42.

Inc. 'Anglorum regum cum gestis nomina scire
Qui cupit, hos versus legat et poterit reperire.'
Usque ad saec. ix. erae Christianae historia *metrice* scribitur, additis notis prosaicis in margine; exinde stylo mixto continuatur; ab accessione autem Hen. II. oratione soluta pro maxima parte auctor utitur. Hic illic versus *Anglici* intermixti sunt, e rhythmo Johannis Lydgate de Regibus Angliae a Gul. Conquest. excerpti.

23. [*Manu quae scripsit art.* 10.] Notae variae. f. 64.

i. De versione Septuaginta, et versionibus Veteris Test. Latinis.

ii. [Versus Gildae de Sexto, *ut supra*, art. 20.]

iii. Prophetiae aliae duae.

Inc. i. 'Flamine Romano crescit Britanicus honor.'
ii. 'Rex unus erit qui Franciam perdere querit.'

---

24. Commentarius Johannis de Athona, sive Acton, canonici Lincolniensis, in Constitutiones legatinas Othonis; *incompl.* f. 65.

Inc. 'Ad succidendos palmites pestiferos et nocivos.'
Desinit abrupte ad verba '*conventibus*, id est congregationibus,' in cap. *De habitu clericorum*.
Saepe impressus.
In fol. secundo, ad init. codicis compacto, verso, sunt haec: 'Anno Domini millesimo. ccc.iiij°, x° kal. Maii, obiit dominus Robertus Haworthe, quondam abbas domus de Stanelawe.' '1572. John, 26, et Henry, 23. Thomas, aetatis. Mors Henrici Savile de Bradley, patris, die Veneris xj. Septembris 1566, tempore parliamenti 8 Elizabethae.'

187.

Membranaceus. In fol. Saec. xiii. ineuntis. ff. 180. Binis columnis. Inter codd. T. Allen, '35,' '52.' Desunt multa folia in principio, unum aut duo inter ff. 2, 3, et duo, sive plura, inter ff. 4, 5.

Pars Summae cujusdam theologicae, sive collectionis Quaestionum theologicarum grandis; in veteri Catalogo ita descripta, 'Quaestiones theologicae admodum subtiles, authore incerto.'

Nomen auctoris adhuc frustra, licet diligentius, quaesitum est.

Incipit codex (verbis, 'a se esse quo Pater a se est et non alio') in cap. xlii. quintae partis primae partis 'principalis enumeracionis,' in qua quinta parte tractatur de eterna bonitate et veritate Dei. Desunt capp. li–lv.

Pars vi. De sapientia Dei et de SS. Trinitate, in capp. lii, quorum desunt vii–xiv. f. 3^b.

vii. 'De potencia Dei ejusque sapiencia et bonitate;' capp. lxxiv. f. 13.

viii. 'Octave partis disputacio circa sapienciam Dei tota consistit,' in qua etiam de praedestinatione; capp. cxvii. f. 27^b.

ix. De voluntate Dei; capp. ciii. f. 43^b.

x. De Deo ipso; capp. xciv. f. 59.

xi. De spiritibus coelestibus; capp. ccx. f. 72.

'Secunda pars principalis enumeracionis; Qualiter homo sit factus et qualis sit factus;' capp. cxciv. f. 96^b.

'Prima pars secunde partis principalis enumeracionis;' 'ipso vero principaliter disserit qualis fuisset homo futurus si non peccasset, et de qualitate et modo vivendi ipsius,' etc. capp. cxxiv. f. 121.

'Secunda pars secunde partis principalis enumeracionis,' de praeceptis et peccato, etc.; capp. cccxxxvi. f. 136.
[Tertia pars] de peccato originali; capp. l. f. 175^b.
Desinit opus imperfectum in capitulo de circumcisione.
Folia 1–6, anno 1880 in cod. 190 reperta, in suum proprium locum exinde restituta sunt.

188.

Chartaceus. In fol. ff. 66, praeter quatuor ad finem compacta. Saec. xv. ineuntis. Inter codd. T. Allen, '21,' '19.'

Varia de Schismate inter Papas Bonifacium IX. et Benedictum XIII.; manu Belgica transcripta.

1. 'Responsiva Unitatis fidelium ad processum Regis Francie sibi directum, que Catholica dicitur, id est, recta, universalis et generalis, secundum Papiam,' [*i.e.* secundum interpretationem verbi in Lexico Papiae]. f. 1.

Dialogus inter Unitatem et Regem Franciae Carolum VI., male *Carolum IV.* a scriba dictum. Partes Urbani VI., et successoris ejus Bonifacii IX. contra Bened. XIII. defendit, ortum dissidii et seriem rerum gestarum exponens.
Ad fin., 'Ad laudes et gracias eterno Patri de rudi hujus textura responsi que *Catholica* intitulatur in ejus principio, vel, si mage placeat convenire proposito, *Catapulta* dicatur,' etc. Sequitur 'Unitatis oracio hiis consona.'

2. Epistola Universitatis Oxoniensis ad Ricardum II. Regem Angliae; responsoria ad epistolam 'Parisiensis studii.' f. 47.

Inc. 'Venera[bi]li lucerne principum et regum speculo speciali Ricardo.'
Expl. '—nostro virtutis verbo, troni unde fastigium, muniemus hec, principum Christianissime.
God laet, goet wesen.'
Verba pauca, his praecedentia, impressa exstant apud Ant. à Wood, *Hist. and Antiq. of Univ. of Oxf.*, 1792, vol. i. p. 534, sub anno 1398. Alia epistola anno 1396 exstat apud Bulaei *Hist. Univ. Paris*, 1668, vol. iv. pp. 776–785.

3. Tractatus de Schismate, et de quatuor articulis speciatim considerandis; in quo arguitur, contra Parisienses, 'viam concilii generalis' ceteris modis anteponendam esse pro sedando schismate. f. 62.

Inc. 'Cum nuper a Christianissimo et piissimo Rege nostro [Ric. II.?] prodieunt [*sic*] edicta ut hii qui sciencie talenta a Domino credita receperunt.'

Deest fol. ultimum.

In fol. ad initium compacto sunt haec, 'Naseby debet pro attestacionibus abbatis Ebor. v^{s};' et in foliis adjectitiis ad calcem sunt memoranda quaedam de querelis quibusdam in curiis ecclesiasticis; inter alia, de arrestatione vicarii de Dodington, dioc. Cant. (f. 67), mentio Matillidis abbatissae de Sion, anno 1445 (f. 67^{b}), querela vicarii de Croston dioc. Lichf. eodem anno (*ib.*); et notae de solutis et receptis per Thomam Holthorp et Isabellam Bold, 1445–1460 (ff. 67^{b}–70).

189.

Chartaceus. In folio. ff. 319. Saec. xvi. Manu Italica.

1. 'Lettere di mon. Carlo Visconti, [Card.] vescovo di Ventimiglia, sopra il successo delle cose del Concilio di Trento, scritte all' ill^{mo} et rev^{mo} Cardinale Borromeo l'anno MDLXII.' **f. 1.**

2. 'Relatione di Savogia di m. Andrea Boldú,' al Doge e Senato di Venezia. **f. 171.**

3. 'Alcune cose dette nella Relatione di m. Mattio Zane ritornato d'Amb^{or} di Savogia.' **f. 198.**

4. 'Relatione del cl^{mo} sig. Marin de Cavalli del sereniss^{o} Carlo Quinto Imperatore del issi.' **f. 199.**

5. 'Discorso del regno di Portogallo.' **f. 224.**

6. 'Relatione del clar^{mo} sig. Marcantonio Barbaro ritornato da Costantinopoli l'anno 1573.' **f. 237.**

7. 'Paese de Conferati,' sive 'Paese de Suilleri;' [descriptio provinciarum Helvetiae, una cum tractatibus pacis variis temporibus per rempublicam Helveticam factis.] **f. 270.**

'Tratato del governo della republica di Genoua.' **f. 311.**

190.

Membranaceus. In fol. ff. 209. Saec. xiv. ineuntis et xiii. Variis manibus exaratus. Inter MSS. Th. Allen; art. i. '223;' ii. '40,' '39;' iii. '79,' '70;' iv. '26,' '62;' vi. '188,' '37;' xvi. '45;' xx. '28,' '36.' Artt. xvi. xvii. antehac inter contenta cod. 191 locum suum habebant, ut ex tabula ibi inserta patet. Codex autem olim ita confuse compactus fuit, priusquam in bibliothecam Bodl. venit, quod vix in ordinem reduci nunc possent folia.

1. Alberti Magni Tractatus de mineralibus. **f. 1.**

Saec. xiv. exeuntis. Desinit mutilus (deficientibus foliis quatuor) in cap. iii. tract. ii. libri iii. De colore metallorum.

2. Rogeri Bacon Tractatus de principiis naturae. **f. 29.**

Titulus manu saec. xvi. exeuntis est praefixus.

In initio non nisi hæc pauca legi possunt: '. . . alia est (?) . . . alia forma alia com . . . et sibi equivoca.' Clausula subsequens ita incipit: 'Item omne genus sic dividitur per differentias in species donec ad aliquam speciem.'

De hoc codice brevem mentionem facit v. c. J. S. Brewer in praef. ad *Rog. Bacon. Opp. inedita*, 1859. p. lxxii.

3. 'Bacon in Meteora.' **f. 38.**

Titulus manu supradicta praefixus.
Inc. 'Cum ad noticiam impressionum habendam.'
Expl. '—sed signat dominium Martis.'

4. Argumenta ex S. Scriptura et Patribus super tribus quaestionibus theologicis; i. de loco daemonum ante diem judicii; ii. ubi sint animae impiorum; iii. quam gloriam animae sanctorum patrum separatae a corporibus invenerunt propter sua opera. **f. 44.**

Ad calc. 'Hec sunt raciones que fiunt pro parte domini pape quam (?) in sermone Purificacionis asseruit se dixisse non asserendo sed recitando oppinionem B[ernardi], que videbatur rationalis propter auctoritates sacre Scripture, et ut sic supradicta opinione producta in publicum per tantum dominum quis valeret de ipsa securius disputare. Verumptamen ex quo heu dixerat mandavit absolvi Priorem Predicatorum.'

(*Olim hic compacta exstabant folia sex quae ad initium codicis* 187 *supra nunc locum suum rite occupant.*)

5. 'Venerabilis Aelredi abbatis Rievallis' libri tres de spirituali amicitia, cum prologo. **f. 54.**

Inc. prol. 'Cum adhuc puer essem in scolis.'
Inc. opus, 'Ecce ego et tu.'

'Hos olim transcriptos ad D. Jacobum Merlonem Horstium, Coloniensem, una cum nonnullis aliis Bernardi, inter opera Bernardi edendos transmisimus anno 1642.' (Langbaine, in vol. iv. Adversariorum ejus MSS., pp. 662–3.)

Sæpe impressi inter opera Aelredi.

6. Extrema pars tractatus Johannis de Muris de canonibus tabulae minutiarum; opusculum ad quendam amicum familiarem 'duobus sermonibus bipartitum.' **f. 66.**

Anno 1321 auctor dicit se hunc librum composuisse, aliosque tractatus eodem tempore scriptos ita recenset: 'Eodemque anno noticia artis musice proferende, figurande, tam mensurabilis quam plane, quantum ad omnem modum possibilem discantandi, non solum per integra sed usque ad minutissimas fracciones; Cognicioque circuli quadrature perfectissime demonstrata; Exposicioque tabularum Alphonsi regis Castelle; ac Genealogia Astronomie nobis claruit, Altissimo collaudato; que tanquam inaudita et ignota ceteris annis antecedentibus quasi sopita in thesauro sapiencie jacuerunt.'

Ad calc. 'Explicit tractatulus canonum tabule minuciarum philosophicarum et vulgarium, qui tractatus et tabula composita sunt a magistro Jo. de Mur', Normano, qui eodem anno complevit plures alios tractulos [*sic*] cum isto, ut hujus tractatuli finis manifestat.'

7. Tractatus arithmeticus (forsan incompletus) de additione, subtractione, multiplicatione et divisione numerorum, cum regulis ad exprimendum 'ab alieno corde factas meditaciones de numero.' **f. 66^{b}.**

Inc. 'Cum agitur de numeris aut agitur de eis secundum eorum naturam.'

8. 'Ars compoti manualis de utilioribus kalendarii ecclesiastici. **f. 69.**

Inc. 'Ad habendum ciclum solarem sive litteram dominicalem quod idem est in proposito ut patebit secundum Gerlandum.'

Expl. (*cum versu*), 'Istis vigiliis jejunes luceque Marci.
Et hec ad presens dicta sufficiant.'

9. Versus memoriales docentes quo mense quaevis festa per totum annum contingunt; series binae. **ff. 71^{b}, 72.**

'circum nem l. Januarius phania cis lum
Inc. i. Cisio Janus epi sibi vendicat hinc Feli Marcel
ii. 'Scissa Geno. sec. epi. retinet Janus Il. Fe. Mau. Mar. An.'

10. Tractatus [forsan Joh. de Muris] de minutiis philosophicis et vulgaribus; sub octo titulis. f. 72^b.

Inc. '*Modum representacionis minuciarum vulgarium et philosophicarum preponere.*
Quia in fraccionibus sunt duo.'

11. Tres tabulae kalendares, quae 'facilitant multum compotum manualem:' (i.) 'Tabula principalis Gerlandi;' (ii.) 'Contra-tabula,' de festis mobilibus; (iii.) 'Tabula terminorum' paschalium. ff. 75^b–6^b.

12. [Rogeri Bacon] Tractatus de somno et vigilia; libris duobus. f. 77.

Nomen auctoris praefigitur manu saec. xvii. ineuntis.
Inc. 'De somno et vigilia pertractantes, Perypateticorum sentenciam potissime sequemur.'
Expl. '—secundum quod ex philosophicis racionibus sciri potest. Explicit.'

13. 'Methaphisica fratris Rogeri [Bacon], ordinis Fratrum Minorum, de viciis contractis in studio theologie.' f. 86^b.

Omnia desunt praeter primas lineas, ad numerum viginti quinque.
Inc. 'Quoniam intencio principalis est innuere nobis vicia studii theologici que contracta sunt ex curiositate philosophie cum remediis istorum.' Citatur Alanus *de Conquestione Naturae.*

14. Fragmentum e quodam codice saec. xiii., unico folio constans, in quo haec:—

i. 'Differentiae' duae ultimae ex Astronomia Alfragani, adjectis capitulis duobus brevibus de eclipsibus. f. 87.

Ad calc. 'Explicit Alfraganus Liber Admet. Perfectus liber Alfragani in scientia astrorum et radicibus motuum celestium, interpretatus in Limia a Johanne Hispalensi atque Limensi, et expletus est 24to die quinti mensis lunaris anni Arabum quingentesimi vicesimi noni, et exeunte xi^o die mensis Marcii, et anno $M^o.C^o.$ 73 Domini, sub laude Jesu Christi et ejus opere.'

ii. 'De invencione annorum Arabum per annos Christi.' f. 87^b.

iii. 'Tabula inventionis.' *ibid.*

iv. 'Quadratura circuli per lunulas.' *ibid.*

v. Versus sex 'de mansionibus 7 planetarum.' *ibid.*

Inc. 'Est tua, Saturne, domus hec Therontis et urne.'

vi. 'De inventione domorum planetarum septem in xii signis.' *ibid.*

15. Commentarius in septem aenigmata Aristotelis [sive symbola Pythagorica], quae 'recitat Ieronimus libro tercio contra Rufinum.' f. 88.

Inc. 'Boecius de disciplina scolarium summum inquit solacium.'

16. [Ricardi Wallingford, abbatis S. Albani, Opus Quadripartitum, sive] 'Tractatus de sinibus demonstratis,' libris quatuor. f. 90.

Inc. 'Quia canones non perfecte tradunt noticiam sinus.'
Ad calc. 'Explicit quartus tractatus de corda recta et versa [*hic sequebatur nomen auctoris, postea diligenter erasum*] ... fratris ... Wa ... in quo apparent omnia facilia et levia que peritis astrologis usque ad tempus suum [sinum, MS.] fuerant quasi occulta [occultis, MS.] et modernis loquentibus omnino ignorata.'

17. [Tractatus de motu et speciebus ejus, in quo multae quaestiones, sive argumenta, proponuntur de lineis, angulis, circulis, etc., quibus solutiones adduntur.] f. 105^b.

Inc. 'Sequitur que species sint sub ipso Ar[istotele]. Motuum alius est generacio, alius corrupcio.' In ora inferiori sunt haec, manu paululum recentiori, 'Incipiunt falsigravie de motu et aliis;' in tabula contentorum cod. 191, 'Falsegraphie geometrie.'
Expl. 'Sed nihil est citra tuam rationalitatem.'

18. [Tractatus super arithmeticam; regulae cum exemplis et commentariis.] f. 128.

Hic illic a scriba confuse scriptus. Deest initium.
Inc. sectio (hodie i.) 'Digitus est omnis numerus minor x:' [ii.] 'Numerus compositus est qui constat ex numeris diversorum limitum.'
Expl. 'Quod autem idem contingat in cubicarum radicibus extrahendis ita considera. Amen.'
Inter ff. 138–9 sunt tres paginae vacuae.

19. [Joannis de Sacro Bosco Tractatus de algorismo, sive arte numerandi.] f. 169^b.

Inc. 'Omnia que a primeva rerum origine processerunt racione numerorum formata sunt.'
Ad calc. 'Explicit Algorismus.'
Impress. apud *Rara Mathematica* per J. O. Halliwell, 8°. Lond. 1841.

20. Tractatus alter de algorismo. f. 175.

Incip. cum versibus duobus prioribus ex poemate Alex. de Villa Dei, 'Hec algorismus ars presens' etc.; tunc, post explicationem figurarum in arithmetica usitatarum, ita procedit, 'De modo legendi secundum quod uno modo debet scribi, incipiendo a parte dextra.' Desin. incompl. ubi tractat de multiplicatione, his verbis, 'et tunc ultimum productum erit numerator.'

21. Synopsis tractatus cujusdam de arithmetica, exhibens titulos capitulorum cum verbis initialibus. f. 181^b.

Incip. 'P. in quo continetur divisio mathematice. Capitula. i. Inter omnes prisse (*sic*) auctoritatis.'

22. Tabula exhibens comparationem numeri paris et imparis. f. 183, 183^b.

23. 'Tractatus super arsmetricam.' f. 184.

Desunt quaedam, ut videtur, in medio, inter ff. 186–7.
Inc. 'Eorum que sunt aliud continuum, aliud discretum.'
Expl. '—sola est epoctous, hoc est sexquigena proporcio diffinitiva. Explicit tractatus super arsmetricam.'

24. Fragmentum breve de diversitate aspectus lunae et de eclipsibus. f. 197.

25. Tractatus Rob. Grosseteste, episc. Linc., de iride. f. 197^b.

Inc. 'Et perspectivi et philosophi est speculacio de yride.'
Sequuntur folia vacua tria.

26. 'Capitulum sextum secunde dictionis Almagesti,' et cap. viii. lib. iii. et (alia manu) excerptum ex initio cap. iii. lib. iv. ff. 202, 207, 209.

Inc. 'Ad hujus autem similitudinem in reliquis lineis equidistantibus.'
Synopsis contentorum codicis data est in cod. Langb. iv. pp. 662–668.

191. [B. N. 14.]

Membranaceus. In fol. sive 4°. maj. Saecc. xiii. et xiv. ineuntis. Manibus variis exaratus. Praemissa est tabula contentorum (olim male cum cod. 200 compacta) ex qua patet artt. i–vi, una cum artt. xvi, xvii in cod. proxime praecedente, volumen unum inter libros 'domus scolarium de Merton in Oxonia,' constituisse. Art. 1. inter codd. T. Allen, '38,' '32;' art. x, 'Liber domus beate Marie in Oxon.,' postea, '37,' '71;' art. xv, '42,' '40.'

1. Euclidis Elementorum Geometriae libri xv; cum figuris. **f. 1.**

Libri i-vi. manu saec. xiii. exeuntis scripti sunt; ad calcem haec, 'Explicit liber 6us geometrie Euclidis cum commento Campani.' Libri vii–xv. manu secunda in saeculo sequente additi sunt; ad calc. 'Explicit geometria Euclidis.'

2. Tractatus de arithmetica; [scil. Analysis tractatus Boethii de eadem.] **f. 66b.**

Incip. 'Dicit Aristoteles in principio Methaphisice.'
Expl. '—ista medietas recte maxima et perfectissima appellatur. Et hec de ista sciencia sufficiant.'

3. 'Incipit brevis exposicio musice;' [scil. Analysis libb. i et ii. tractatus Boethii de eadem.] **f. 68b.**

Inc. 'De evidencia eorum que dicuntur in musica primo sciendum est quod causa materialis est multitudo relata ad sonos.'
Expl. '—2187 ad 21848, ut ibi demonstratur, nec in minori proporcione potest reperiri.'

4. Introductio, ut videtur, in commentarium super quodam tractatu (forsan Rob. Grosseteste) de computo kalendari. **f. 70b.**

Incip. 'Ut testantur sapientes, 4 sunt in ecclesia cuilibet clerico precipue necessaria.'
Inter auctores de computo mentio fit de his:—'quidam Beda venerabilis presbiter nacione Anglicus, *Parisen. universitatis fundator*' (!), 'quidam Elpericus abbas Anglorum,' 'Gerlandus in confinio Germanie et Gallie oriundus,' Johannes de Sacro Bosco, et 'Lyncolnensis episcopus.' Tractatus quem explicare propositum est incipit cum verbis initialibus libri Rob. Grosseteste de eadem re, 'Est autem compotus sciencia numeracionis et divisionis temporum.' Quae de Beda, Elperico et Garlando hic leguntur, locum etiam habent, paene verbatim, in prologo commentarii in tract. J. de Sacro Bosco in cod. 193 *infra*, fol. 27.

5. 'Incipit Practica Geometrie'; [scil., capp. xiv–xciv. Geometriae Gerberti.] **f. 71b.**

Inc. 'Geometricales tractanti diversitates premonstrandum est.'
Expl. '—et intervallo *e* circulum scribimus. Finit.'
Impr. apud Pezii *Thes. Anecdd. Nov.*, tom. iii. par. ii. coll. 37–82, fol. *Aug. Vindel.* 1721.

6. Varia mathematica et astronomica brevia; 'racione circuli probatur quociens rota plaustri in leuga rotetur,' de altitudine invenienda, de sphaera, de horis diei per astrolabium sciendis, etc. **ff. 77–8.**

7. Epistola Gerberti ad Adalbaldum, alias Adelboldum, episc. Traject., [sive, ut rectius videtur, Adelboldi ad Sylvestrum II. papam] de ratione inveniendi crassitudinem sphaerae. **f. 78.**

Inc. 'Domino ab Albaldo [*lege* Adalbaldo] Gerbertus vite felicitatem et felicitas [*sic*] perpetuitatem. Macrobius super Somnium Scipionis.'
Expl. '—sed et invenitur quidem in puteorum profunditatibus.'
Impr. sub nomine Adelboldi, cum prologo, apud Pezium, *ut supra*, coll. 87–92.

8. Gerberti Epistola ad Adelboldum de causa diversitatis arearum in trigono aequilatero. **f. 78b.**

Inc. 'Adalbaldo nunc usque dilecto [etc.] In hiis geometricis figuris.'
Expl. '—et in ea [*lege*, mei] semper memento.'
Ibid. coll. 83–4.

9. Regula ad inveniendam 'profunditatem alicujus pelagi, vel stagni, sive fluminis.' *ibid.*

Ad calc. 'Explicit hic totum, pro Christo da sibi potum.'

10. [Canones astronomicae de motibus coelestibus, inter quas etiam regulae kalendares pro annis Arabum et Christi, etc., inveniendis.] **f. 79.**

Inc. 'Quoniam cujusque accionis quantitatem temporis metitur spacium, celestium motuum doctrinam querentibus.'
Expl. '—invenies signum oriens et ejus gradum, sicut ostensum est in precedentibus. Expliciunt canones secundum Tholomaeum.' (*Haec verba duo ultima paene erasa sunt.*)

11. Explanatio tabulae cujusdam minutorum proportionalium. **f. 102b.**

12. Tractatus Rob. Grosseteste de compoto; duodecim capitulis. **f. 103.**

Inc. 'Compotus est sciencia numeracionis et divisionis temporum.'
Expl. '—ut jejunemus nos atque Matheus. Explicit compotus Lincol. episcopi.'
Sequuntur tabulae duae, quarum secunda titulum habet, 'Tabula secunda episcopi que dicitur Contratabula et est verificata.'

13. Tractatus ejusdem de sphaera; cum notis marginalibus manu altera. **f. 125.**

Inc. 'Intencio nostra in hoc tractatu est describere figuram machine mundane.'
Desunt quaedam pauca ad finem. Des. in verbis, 'dicitur diversitas aspectus lune in latitudine.'
Impr. cum Sphaera Jo. de Sacro Bosco aliisque aliorum, fol. Ven. 1508.

14. 'Liber Alpetragii de motibus celorum' (*tit. ad calc., manu saec.* xiv.), sive de motu corporum coelestium. **f. 132.**

Mancus in initio; incipit cum verbis, 'ista corpora quo sequuntur post corpus suppremum quodlibet movetur et movet suo motu.'
Expl. '—et totum motum unum sine motibus diversis. Laudetur Jesus Cristus qui vivit in eternum per tempora, in decimo octavo die Augusti, in die Veneris, hora tercia, cum Abuceolenie era M.CC. quinquagesima quinta. Amen. Finit.'

15. Pars orationis devotae ad Dominum Jesum Christum pro anima ab eo creata et redempta. **f. 168.**

Inc. '—[de]fensionem ejus accipias et scuto bone voluntatis tue.'

16. 'Doctrina Roberti episc. Lincoln. de cura pastorali.' **f. 168.**

In hoc libro agitur i. de praedicatione; ii. de exemplo bonae conversationis; iii. de dilectione Dei et proximi; iv. de vii. sacramentis, (*hic autem desunt tria folia*); de reductione peccatorum ad memoriam; de vii. circumstantiis peccatorum; de

sacerdote (quoad confessionem) et de vii. peccatis; denique, de x. praeceptis.

Inc. 'Scriptum est de Levitis, sc. de ministris tabernaculi Domini.'

Notitia contentorum imperfecta data est in cod. Langb. iv. pp. 546-7.

192.

Membranaceus. In fol. Saec. xiv. ff. 2 et 61. Olim liber Johannis Dee; postea inter codd. T. Allen, '46,' '53.'

[Raymundi Lullii] Ars demonstrativa, sive methodus brevis ad inveniendum veritatem in qualibet arte et ad solvendum quaestiones.

Accedunt, i. (ff. 34-8) 'Questiones que solute sunt juxta literam exponentem figuras et ostendentem quomodo per cameras perscrutanda est solucio questionis;' et ii. (ff. 38-63) 'Questiones que tantummodo solvuntur per figuras.'

Inc. '*Deus qui es clarificacio totius intellectus dum ipse te cognoscit, et qui es beatitudo totius voluntatis dum ipsa te diligit, tua excellentissima virtute, gracia et benediccione incipit ars demonstrativa. De prologo.* Quoniam hec ars demonstrativa sequitur regulam artis compendiose inveniendi veritatem.' Inc. prima distinctio: 'Prima igitur distinccio dividitur in duodecim figuras.'

In margine inferiori est nota de titulo et usu libri, a quodam L. (?) -uns (nomine paene eraso) inscripta, in quo dicitur hanc artem ab auctore pluribus modis sub diversis nominibus descriptam esse, sc. Ars magna, Ars brevis, Ars inventiva, &c. Hoc etiam dicit Corn. Agrippa in Commentario suo super *Artem Brevem.*

Praefigitur nota de tribus aliis '*ejusdem authoris* doctissimi' libris (de commixtionibus, scil., elementorum, de aphorismis, et de crisi et criticis diebus), olim in hoc volumine contentis; haec autem Ursonem auctorem habebant, et Jo. Dee huic notae ita subscribit, 'This was my scholer Christopher Cary his note, but he was deceyved to think this Urson his worke, which is Raymundus Lullius doing. J. D. 1576.'

Ad initium codicis compacta sunt duo folia e computis cujusdam ballivi terrarum in comitatu Wiltonensi, saeculo xv; nomina locorum quae occurrunt sunt Canynge, Lavyntone, Poternewode et Worton.

193.

Membranaceus. In fol. Saec. xiv. ff. 36. Binis columnis. Inter codd. T. Allen, '36,' '48.'

1. Pars cujusdam Theoricae planetarum; cum figuris. f. 1.

Manca in initio. Incip. in verbis, '—ecentrici, quod secundum centrum solis semper equidistat ab illo.' Insunt capitula ad sciendum verum motum lunae, ad inveniendum mediam oppositionem lunae et solis, de eclipsibus, etc. Expl. '—qui erit orizon regionis. Postea transit circulus per puncta *kph.*'

2. 'Incipiunt Canones in motibus celestium corporum, edite ab auctoribus.' f. 10.

Inc. 'Quoniam cujuslibet accionis quantitatem temporis metitur spacium.'

Des. imperf., his verbis:—a loco linee equinoccialis secundum Tholomeum et Hermetem. Capitulum sequens incipit ad hoc signum ♏, quod sic incipit, Si autem hoc idem per stellas. Pagina 86.'

Cf. cod. 191 *supra*, art. 10.

3. Tractatus [Petri Peregrini de Maricourt] de magnete; abbreviatus. f. 13.

Incip. in cap. iii, non, quoad verba quaedam, cum editione impressa anno 1558 congruente: 'Inter omnes res inferiores lapis qui dicitur Magnes in se gerit similitudinem celi, et cognoscitur 4 differenciis, s. colore, unigeneitate, pondere, virtute.'

4. De bonis et malis horis in qualibet die septimanae. f. 15.

5. 'Ad habendum verum locum et puncta sub accensu lune a sole;' versus decem, cum commento. f. 15b.

Inc. versus, 'Accensus lune sic scitur punctus et hora.'

Inc. commentum, 'Et hec est quarta particula principalis lune.'

Ab ima linea in fol. 16, verso, revertendum est ad fol. 9b pro continuatione; ibi autem ex reliquis desunt quaedam.

6. Johannis de Sacro Bosco Tractatus de sphaera. f. 17.

Inc. prol. 'Tractatum de spera quatuor capitulis distinguimus.'

Saepe impressus.

Sequitur nota de civitate unde Dionysius Areopagiticus (a Sacro Bosco citatus) agnomen suum hausit.

7. Nota de umbra triplici, scil., chelyndroydes, conoydes, et calathoydes; versus de signis zodiaci diebus septimanae affixis; etc. f. 23.

8. 'Probacio'—i. quantitatis anni solaris; ii. quantitatis mensis solaris; iii. quantitatis mensis peragrationis; iv. morae motus lunae; v. mensis consecutionis sive quantitatis lunationis; vi. equationis 19 annorum solarium et cicli decennovalis; vii. quantitatis anni lunaris communis. ff. 23b-4b.

9. 'Cautele algorismi,' sive quaestiones arithmeticae. f. 24b.

i. De panibus inter 12 milites et puellas divisis; ii. 'divinare quot denarios socius habeat in bursa;' etc.

10. 'Exposicio numerorum,' scil. commentarius in verba pauca ex initio tractatus Jo. de Sacro Bosco de algorismo sive de arte numerandi. f. 26.

Inc. '*Omnia que a primeva rerum,* etc. Quoniam completam cujuslibet rei scienciam.'

11. Expositio in tractatum ejusdem de sphaera. *ibid.*

Inc. '*Tractatum de Spera,* etc. Auctor hujus operis principali proposito prohemium premittit.'

12. Expositio in tractatum ejusdem de computo; scil. in prologum et in quosdam versus in tractatu citatos. f. 27.

Inc. 'Compotus editus a magistro J. Sacri Bosci, *Compotus est Sciencia.* Cum inter seculi sapientes antiquitus.

Expl. '—79 gradus, 6 minuta, et 73 secunda, i. tercium, et 13 quarta.'

Cf. quae de art. 4 in cod. 191 *supra* notantur.

13. 'Liber Marbodii de sculptura gemmarum.' f. 28.

Inc. 'In quocunque lapide inveneris arietem.'

Expl. 'Lapis bufonis obstat venenis secundum dictum omnium philosophorum peritissimorum.'

14. 'In nomine Domini. Hic est preciosus liber magnus signorum Cethel atque secretus, quae (?)

fecerunt filii Israel in deserto post exitum ab Egipto secundum motus et cursus syderum. Et quia multi ad similitudinem hujus sigilli in lapidibus insculpserunt, virtutes verorum sigillorum in hoc libro prenotamus.' **f. 30.**

Inc. 'Si inveneris in lapide sculptum virum sedentem super aratrum.'
Mutilus ad finem, exscisso dimidio exteriori folii 31.

15. Fragmentum de quaestione an homines et caetera animalia virtutem et defectum contrahunt e planetis aut e generantibus, scil. e patre vel matre; in quo de septem climatibus mundi. **f. 31^b.**

Desunt folia tria.

16. [Jo. de Sacro Bosco] Algorismus, sive de arte numerandi tractatus. **f. 32.**

Mancus in initio; incip. in cap. de subtractione.
Expl. 'Et hec de radicum extraccione sufficiant tam in numeris quadratis quam cubicis. Explicit algorismus. Deo gracias.'
Impress. (multis autem corrigendis) apud *Rara Mathematica* per J. O. Halliwell, 8°. Lond. 1841.

17. De cursu et virtutibus lunae; *Gallice*. **f. 34^b.**

Inc. 'Ky uodra sauoir le cours de la lune, coment il enuiroune le mounde.'

18. 'Descripcio spere,' et signorum zodiaci. **f. 35.**

Inc. 'Duo sunt extremi vertices mundi quos appellant polos.'

19. De motibus lunae, etc. **f. 36.**

Inest nota de eclipsi apud Herford visibili, 21 Aug. 1309.

20. De harmonia existente inter planetas et membra humani corporis, cum notis brevibus ex antiquis medicis de scientiae astronomicae usu necessario in medicinis exhibendis. **f. 36^b.**

Inc. 'In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti altissimi. Amen.
Vos debetis scire quod sermo quem dixit quidam ex philosophis antiquis, sc. quod sol est in manu Creatoris tanquam securis in manu carpentarii, sermo verus ac philosophicus est, et est ac si diceretur quod sol est in manu Creatoris sicud instrumentum in manu operantis.'

194.

Chartaceus. In fol. minori, forma oblonga. ff. 153. Saec. xv. Inter codd. T. Allen, '65.' Desunt, secundum veterem enumerationem duo folia initialia.

1. 'Incipit liber in quo est Major Introductorius Albumassar astrologi ad scienciam judiciorum astrorum, ac tractatus super eadem judicia, cum disputatione racionali autentica, et figure signorum atque nature;' in octo tractatus divisus. **f. 3.**

Inc. 'Ideo qui creavit celum et terram cum omnibus que in eis sunt.' Inc. cap. i. 'Intencio itaque nostra est in hoc libro exponere et patefacere scienciam omnis rei.'
Ad calc. (f. 84^b), 'Perfectus est liber Introductorii Majoris in magisterio sciencie astrorum; translatus a Johanne Hispalensi.'
Impr. 4°. Ven. 1506, atque antea, sed, ut dicit Langbainius, codex noster 'multum differt ab edito, et est longe completior, ut conferenti liquebit.' Deest dimidium folii 61.

2. [Richardi de Wallingford, abbatis S. Albani] Exafrenon prognosticationum temporis. **f. 85.**

Inc. 'Ad perfectam noticiam judiciorum artis astrologie que natura regulante ex effectibus planetarum oriuntur.'

3. Commentarius super constellationem quae accidit die 21 Sept. anno 1435, hora 19, min. 4, quo tempore facta est pax inter Regem [Franciae] Carolum et [Philippum] Ducem Burgundiae in civitate Atrebati; 'collectus per Thomam Broun urbis Merlini' [*i.e.* Caermarthen]. **f. 95^b.**

4. 'Anno 1425, Judicium constellacionis Saturni et Jovis;' per eundem. **f. 96^b.**

Ad calc. 'Explicit judicium conjunccionis magne Saturni et Jovis, ultimo die Augusti in Scorpionis 12° gradu, quem collegit T. Broun, phisicus, Menevensis dioc., anno Christi 1425, in opido de Brugis.'

5. Notae astrologicae; de hora nativitatis invenienda, secundum Alcabitium (**f. 99**) et secundum Haly (**f. 100^b**); notae ex Floribus Albumasar. (100^b). **ff. 99–101.**

6. Albumasar Flores astrologiae. **f. 102.**

Tit. 'Hic est liber quem collegit Albumasar ex floribus eorum que signant res superiores in rebus inferioribus, et quid sit in revolucione annorum, mensium, ac dierum,' etc.
Inc. 'Oportet te primum scire dominum anni.'
Expl. '—propter brevitatem et levitatem operis, et veritatem eorum que collecta sunt in eo ex floribus et secretis astrorum, si Deus voluerit. Finit liber florum.'
Differt textus ab impressis.

7. 'Aggregaciones abbreviate super libros astrorum judiciorum, sive flores auctorum.' **f. 111^b.**

Inc. 'Sciencia astrorum dividitur in duo: in demonstraciones que sunt certe et sine errore, et in scienciam judiciorum que non potest perfecte comprehendi propter subtilitatem et difficultatem.'

8. 'Liber Aomar filii Alfragani de nativitatibus;' scil. libb. i–iii. tractatus Omar de eisdem. **f. 114.**

Inc. 'Dixit Aomar Benalfagrani Tyberiadis, Scito quod diffiniciones.'
Expl. '—verte eum in gradus equales, et ipse erit ascendens.'
Impr. 4°. Ven. 1503.

9. 'Sequuntur alie sentencie de patre secundum Ptholomeum;' sententiae variae de nativitatibus e Ptolomaeo, Dorotheo, Albubar, et Verekali. **f. 126.**

Ad calc. (f. 127^b), 'Perfectus est liber universus Aomar Benigan Tyberiadis cum laude Dei et ejus auxilio, quem transtulit magister Johannes Hispalensis atque Limensis de Arabico in Latinum.'

10. Praecepta Messahalae de interrogationibus, quomodo, scilicet, in respondendo procedendum est; (intit. in cod 51 *supra*, art. 18, Tractatus de cogitatione vel intentione.) **f. 127^b.**

Inc. 'Precipit Messealach ut constituas ascendens per gradum suum atque m. et domos certissime, et dixit quod interrogaciones sint tribus modis.'
Expl. '—et jam exposui tibi superius qualiter misceas significaciones planetarum significacionibus signorum.'

11. 'Incipiunt interrogaciones Messahala.' f. 128b.

Inc. 'Invenit quidam vir de sapientibus librum ex libris secretorum astrorum de illis quos thezaurizabant Reges.'

Expl. '—eoque Mercurius redibat ad Jovem, et ipse erat levior utrisque stellis, ideoque cogebatur ad hoc nutu Dei.'

Impr. cum Ptolomaeo, fol. Ven. 1493.

Ad imum fol. 132b inseritur haec nota: 'Deficiunt hic iiij folia libri integri Messahala de interrogacionibus;' omnia, nihilominus, nunc recto ordine sequi videntur.

12. 'Libellus interpretacionum, quem puto de Messealach; inveni enim eum extractum de libro suo [de] interrogacionibus.' f. 138.

Inc. 'Scito quod aspiciens, i. astrologus, poterit errare quatuor modis.'

Expl. '—et ubicunque fuerit dominus hore ibi erit res intellige.'

13. 'Tractatus Dorothei in occultis.' f. 139.

Inc. 'Dixit Dorotheus, cum interrogatus fueris de thesauro vel de alia re occulta.'

Expl. '—et hoc occultabant antiqui sapientes astrologorum a ceteris qui in hac arte nunquam docti erant,' etc.

14. 'Zael in eleccionibus.' f. 140.

Inc. 'Omnes concordati sunt quod elecciones sunt debiles.'

Expl. '—sitque ipse et luna munda a malis.'

Impr. annis 1493 et 1551, et sub tit. 'Liber Electionum Messeallach et Ptholomei,' 4°. Ven. 1509.

Ad calc. inseritur haec nota, 'Hic deficiunt tria folia integri libri Eleccionum Zaelis.' Editiones vero ann. 1493 et 1551 verbis 'sitque ipse' etc., *ut supra*, desinunt; sed editio anno 1509 impressa habet plura, foliis duobus comprehensa.

15. 'Thebyth de ymaginibus' magicis. f. 145b.

Inc. 'Dixit Thesbith Benchorah, Dixit Aristoteles, Qui philosophiam.'

Expl. '—non cures qua hora incipies formam eorum. Intellige quod exposui tibi si Deus voluerit. Finit liber o. Thesbith Bencorath translatus a Johanne Hispalensi atque Limiensi in Limia ex Arabico in Latinum. Sit laus Deo maximo.'

Impr. 4°. Francof. 1559.

16. Liber de pluviis et ventis. f. 147b.

Inc. 'Sapientes Indi de pluviis indicant secundum lunam, considerantes ipsius mansiones.'

Expl. '—quum dominus aspectus aspicit dominum vel est ei conjunctus.'

17. (*Manu recentiore.*) Sententiae quaedam ex variis auctoribus antiquis. f. 151.

18. Apographum cartae qua Johannes Tison de Ailberton in com. Glouc. concedit Johanni Baire annuitatem viginti solidorum, pro termino vitae, de manerio de Ailberton. f. 152.

19. Fragmentum ex versione quadam Anglicana, in prosa scripta, historiae de Sidrach astronomo et Rege Boccho; continens quaestiones 494–521. f. 153.

Inc. '—hyt nozt; þt day ne borwe nozt. A seke best ne schall nozt deye.'

Expl. '—and in þt maner þei be fast to þe pecys of flesche.'

195.

Chartaceus. In fol. Saec. xvi. ff. 127.

'Joannis Riolani medici in Joannis Fernelii artem medendi [libris quinque] perutilia commentaria.'

Impressa anno 1588.

196.

Chartaceus. In fol. Saec. xv. ff. 197. Inter codd. T. Allen, '45.'

Miscellanea multa, praesertim historica. Praefixa est tabula quorundam e contentis, manu saec. xvi. exeuntis.

1. Fragmentum tractatus Marci Pauli, Veneti, de regionibus orientalibus, incip. in cap. lviii. libri secundi, et desin. abrupte in initio libri tertii. f. 2.

2. 'Descripcio urbis Rome cum indulgenciis.' f. 6.

Inc. 'Notandum est quod a mundi creacione.'

3. 'Liber de proprietatibus lapidum,' sive 'Lapidarium gemmarum.' f. 11.

Incip. cum excerptis ex Vitruvio, Avicenna, atque Isidoro de lapidibus variis; 'Lapidicine sunt quedam molles quedam dure.' Deinde gemmae recensentur ordine alphabetico, ab *Achates* ad *Zimetnallasury*.

4. Excerptum e *Legenda Sanctorum* de adventu Domini. f. 17.

5. De S. Andrea apostolo. *ibid.*

6. 'Prophesia Eusebii Cesariensis episcopi.' f. 18.

7. Prophetia Merlini, cum interpretatione de regibus Angliae usque ad Hen. IV. f. 18b.

Incip. 'Arbor fertilis a primo trunco.'

Ad calc. prophetiae, 'Prophesia precedens est profecia quam prophetavit aquila in monte Paladur olim sic vocato, nunc autem in vulgari Anglicano Schaftesbury nuncupato.' Ad calc. interpr., 'Scriptura prelocuta est secundum Merlinum, et secundum aliquos secundum Hugonem et secundum episcopum Lincoln.'

8. Versus novem contra quendam prophetam, Danielem nomine, cujus consilio scriptor matrimonium iniit. f. 20.

Inc. 'Daniel propheta nec est sed pseudopropheta,
Sermone blando decepit me maritando.'

9. Versus decem *Anglice* de matrimonio caute contrahendo. *ibid.*

Inc. 'Know er thow knytte,
Prove er thow preyse yt.'

10. Poema Anglo-Latinum de insurrectione hominum Cantiae anno 1381, sub *Jack Strawe*. f. 20b.

Inc. 'The taxe hath tened us alle,
Probat hoc mors tot validorum.'

Impr. (non sine erroribus, et cum lectionibus variantibus ex alio codice) apud *Political Poems and Songs*, a T. Wright, 1859, vol. i. pp. 224–6; antehac ab eodem apud *Reliquias Antiquas*, 1843, vol. ii. pp. 283–4.

11. 'Prophesia Hermerici ab origine mundi vim. vc.xxxvj,' cum interpretatione nominum. f. 21b.

Incip. 'In historia Almanorum ultima vo in historia Britonum, Lilium regnans in nobiliori parte mundi.'

Iterum occurrit in fol. 25b, ita incipiens, 'Hermes, deus sapientum, dixit quod anno ab increacione mundi vim.vic, lilium regnans.'

12. 'The prophesye of Ezechiel and of Merlyne;' *Lat.* et *Gall.* f. 22.

Inc. 'Dum Rex Henricus regnabit origine Dacus.'

13. 'Versus cujusdam prophesie in Francia in quadam ecclesia Normandie juxta Daners.' *ibid.*

Inc. 'Quum sambucus fert ceresa fructificando.'

14. Nota quod 'ne curemus quid os loquencium iniqua loquatur;' etc. **f. 23^b.**

15. 'Isti versus inventi fuerunt Rome sub . . .' (*mutil.*) **f. 24.**

Inc. 'Gallorum levitas Germanos justifica[bit].'
Occurrunt iterum in fol. 25, proxime succedente, sub tit. 'Sibilla de eventibus regnorum et eorum regum.'

16. 'Versus Merlini in Vasconia . . .' (*mutil.*) *ibid.*

Inc. 'Anglia transmittet leopardum lilia . . .'

17. 'Versus ejusdem de patre et matre Merlini et de Vortigerno rege Britannie in cujus puericia Merlinus prophetavit.' *ibid.*

Inc. 'Que propter natum dimittit claustra reatum.'

18. Versus prophetiales [Gildae] paene ex toto exscissi (octo ultimis solum remanentibus) quorum tit. ita finit '—de Cerio de rege Edwardo tercio post conquestum.' **f. 24^b.**

Expl. 'Historie veteris Gildas luculentus arator
Hec retulit parvo carmine plura notans.'
Cf. cod. Rawl. D. 248. art. 15.

19. 'Prophecia Gilfardi,' sive Galfredi, 'Egelin.' *ibid.*

Inc. 'Azinus coronatus turbabit regnum.'

20. Prophetia quaedam, versibus sex. **f. 25.**

Inc. 'Tolle capud milvi ter cancer simile fiat.'
Duo versus initiales inveniuntur in prophetia Willelmi Stapiltone in cod. 186 *supra*, f. 15.

21. Prophetia altera. *ibid.*

Inc. 'Lilium florebit et erit pulcherimus (*sic*) et erit speciosus forma pre filiis hominum.'

22. Narratio de visione quae apparuit Thomae Cantuariensi archiepiscopo apud Senonas. *ibid.*

23. Chronologia brevis regum Angliae a Bruto ad Ric. II.; *Anglice.* **f. 26.**

'Summa of ȝeres by þe wrytyng of this boke fro þe incarnacyon,' 1396.

24. 'Disposicio arche secundum Augustinum' et 'secundum alios;' figurae rude descriptae, cum notis e Petro Comestore et Hugone [de S. Victore, sive Hugutione]; [excerptum ex cap. v. lib. ii. *Polychronici* Ranulphi Higden]. **f. 27^b.**

25. 'Prophecia domini Roberti de Grostest;' metrice. **f. 28.**

Inc. 'Externis populis dominabitur aquila fortis.'

26. 'Prophesia de regibus Anglie.' *ibid.*

Inc. 'Cum enim desierit esse capra.'

27. 'Isti versus fuerunt inventi in literis enneis sub pavimento aule majoris Constantini Imperatoris.' **f. 29.**

Inc. 'Cesaris imperium per tempora longa latebit
Et unum gladium tunc papa longe tenebit.'

28. Qualiter quatuor elementa, quatuor partes anni, et quatuor humores humani corporis inter se concordant. *ibid.*

29. Versus memoriales de diebus festis in anno usque ad mensem Octobris; atque alii versus breves. **f. 29^b.**

Inc. 'Cisio Ian. Ed. Epifa. Adriani et Hil. Fe. Mau. Mar. An.'
Cf. cod. 190 *supra*, f. 72.

30. [Capp. ii–x. libri primi Galfredi Monumetensis de gestis Britonum.] **f. 30.**

Inc. 'Eneas primo post Trojanum bellum.'

31. Tabula genealogica regum Angliae ab Hen. III. ad Hen. VI. et 'Edw. verum heredem Anglie.' **f. 35.**

32. Nomina locorum, etc., in Anglia, et unde derivantur. **f. 35^b.**

33. 'Quantum archiepiscopi Cantuarienses in archiepiscopatu vixerunt,' ab Augustino ad mortem Simonis Sudbury anno 1381. **f. 36.**

34. Historia Alexandri Magni, [scilicet, capp. xxvii–xxx. libri tertii *Polychronici* Ranulphi Higden]. **f. 37.**

35. Notae de LXX. interpretibus; [cap. xxxii. lib. iii. ejusdem chronici.] **f. 43^b.**

36. De creatione et de historia patriarcharum usque ad diluvium; [capp. iii–vi. lib. ii. ejusdem chronici.] **f. 45.**

37. De fabulis; cap. xxxix. lib. i. Etymologiarum Isidori. **f. 48.**

38. 'De consciencia.' **f. 49^b.**

Inc. 'Hoc nomen consciencia componitur ab hac proposicione, *cum* et *sciencia*.'

39. Notae de variis expensis domesticis, pro carnibus, piscibus, vino, etc. **f. 50.**

40. Auctoritates e Patribus de necessitate piae vitae et operum bonorum. **f. 51.**

41. De sex aetatibus mundi. **f. 53^b.**

42. 'De vestibus sacerdotum; quibus utitur; quid significant.' **f. 54.**

Inc. 'Primo lavat manus suas.'

43. De triplici amicitia, scil., carnis, mundi et Dei. **f. 54^b.**

44. Narratio de episcopo quodam cuidam Saraceno promittente quod si pecunias suas pauperibus impenderet centuplum in vita aeterna acciperet. *ibid.*

45. 'Isti versus inventi fuerunt sculpti in lapide marmoreo in rupe excelsa in monte Sancti Michaelis in Cornubia.' **f. 55^b.**

46. De justo septies in die cadente; beatitudo corporis. *ibid.*

47. Excerpta e libro iv. et lib. v., usque ad cap. ix., Polychronici R. Higden, scil., ab Incarnatione ad annum 590 sub quo mentio fit de Guntrauno Rege Francorum. **ff. 56–64.**

48. Catalogus Regum Angliae, a Conquestu, versibus Anglicis conscriptus. f. 65.

Imperf., desinens cum heptasticho de Edwardo II.
Inc. 'Loo this noble and victorious conquerour,
William Duke of alle Normandy.'

49. Tabula adverbiorum Latinorum cum synonymis Anglicis. f. 66b.

50. Nota de decem apparitionibus Domini nostri post Resurrectionem suam. f. 67b.

51. Notae paucae in Psalmos i–xxi. f. 68.

Desinunt abrupte. Praemissus est titulus, 'Incipit Psalterium de translacione septuaginta interpretum a sancto Jeronimo emendatum.'

Inc. comm. '*Cogitacio larga accepta*, sive voluntas tria complectitur.'

52. 'Linea regalis Anglie,' a Rollone usque ad Hen. VI. et Edw. principem; *imperf.* f. 69b.

53. Historia Socratis e cap. xviii. libri tertii Polychronici R. Higden; nota de Dionysio non barbam tondente, e cap. xxi.; historia Platonis, e cap. xxiii., et Aristotelis e cap. xxiv. ff. 71b–72b, 70b–71.

54. 'Quedam cronica de ecclesiis Angliae;' tabula ecclesiarum cathedralium et abbatialium cum annis in quibus fundatae fuerunt. f. 73.

55. Circuitus terrae, et distantiae lunae atque planetarum; circuitus Angliae; summa feodorum atque ecclesiarum. f. 73b.

56. De primis inhabitatoribus Angliae. f. 74.

Inc. 'Anglia modo dicta, olim Albion dicebatur, et habebat inhabitatores gigantes.'
Expl. '—et sic veritas patet historie de primis habitatoribus hujus terre.'

57. Chronologia brevis ab Incarn. ad an. 1377, praesertim de rebus Anglicis ab anno 446. f. 76.

Ad calc. 'Require omnia tabula subsequente fere circa finem libri ante regnum Regis Henrici quarti.' *V. artt.* 67, 70.

58. Excerpta miscellanea e Polychronico R. Higden, incipientia a cap. lvii. libri primi, et desinentia abrupte in initio cap. xxviii. libri sexti. ff. 78–90b.

Desunt folia quaedam inter ff. 87, 88, quae continebant excerpta e lib. v. cap. xxx. usque ad cap. x. lib. vi.

59. 'Cause' sexdecim 'exilii et martirii Sancti Thome martiris et pontificis Cantuar.' f. 91.

60. Quomodo signa zodiaca sunt signa quorundam e prophetis, patriarchis, etc. f. 91b.

61. Excerpta e cap. xiv. lib. v. Polychronici de Machometo. f. 92.

62. De navigatione, et de archa Noae. f. 93.

63. Epistola de remediis contra pestilentiam. f. 94b.

Inc. 'Dilectissime frater, ut intellexi multum times tibi pro instanti pestilencia quasi in ipsa sis moriturus.'

64. Expositio parabolae Domini nostri de operariis in vinea. f. 95b.

65. Chronicon Angliae a Bruto ad Conquestum. f. 96.

Inc. 'Anglia insularum maxima in occidentali oceano sita.'
Expl. cum citatione e Gulielmo Malmesburiensi (qui 'verus historiographus' dicitur) de bello Hastingensi, ita desinente '—cito defuit vel compescitur.'

66. Liber septimus Polychronici R. Higden, una cum continuatione ab anno 1344 ad annum 1377. f. 111.

Hic illic textus abbreviatus est; hic illic etiam, ut videtur, ampliatus.
Inc. 'Willelmus igitur Lond. veniens coronatus est in regem.' Ad calc. cap. xliv. 'Usque huc scripsit [R.] etc.'
Expl. '—longam continuacionem diu postea habuerunt.'
Continuatio, ab anno 1353 usque ad finem, impressa exstat ut pars *Anonymi Historiae Edw. III.* una cum Chronico Gualteri Hemmingford a Th. Hearne editae, vol. ii. pp. 421–452.

67. Rerum Anglicarum ab anno 1378 ad an. 1436 chronologia brevis. f. 153b.

Paucula quaedam ad Cantuariam spectant.

68. Res eaedem plenius narratae, pauculis aliis ad finem additis. f. 154b.

69. Narratio de legatione Marchionis Suffolciae ['Markes de Sowthfolke'] in Franciam ad tractandum, apud civitatem Turonensem, de matrimonio contrahendo inter Regem Hen. VI. et 'dolphenissam' Margaretam, 16 Apr.–28 Maii, 1444, an. 22 Hen. VI. ff. 154b–5.

70. Chronologia brevis, *Anglice*, rerum gestarum sub regnis Ricardi II., Hen. IV. et Hen. V. ff. 156b–8.

71. Versus de martyriis Apostolorum. f. 159b.

Inc. 'In cruce Petrus obit Romam dum predicat urbem.'

72. Vocabula Anglica ad designandas bestiarum avium atque hominum congregationes usitata. f. 160.

Inc. 'A heerde of hertes, a heerde of cranes.'
Cf. 'The companyes of beestys and foules' apud *The Book of Hawking*, etc. per Julianam Berners.

73. Nomina Anglica bestiarum venaticarum; de canibus; de accipitribus; *Anglice.* ff. 160, 161.

74. Nomina vinorum, *Anglice.* f. 161.

75. Tabula mensurarum. f. 162.

76. 'Questiones pertinentes presbiteris.' f. 163.

Quaest. 1. 'Quare cantantur tres misse in die Natalis Domini plus quam in aliis diebus.'
Quaest. 9 et ult. 'Quare presbiter celebrat missam cum rubro vino quam cum albo.'

77. Septem virtutes naturae; septem opes fortunae; sex opera pietatis; septem dona gratiae, etc. 'Hec Rogerus Bacon, doctor ordinis Minorum.' f. 163b.

78. 'Commendacio' satirica 'mulieris.' *ibid.*

Inc. 'Quid est mulier? Hominis confusio, insaciabilis bestia.'

79. Notae de S. Frideswida et de S. Gengulpho. f. 164.

80. Notae paucae chronologicae de variis Angliae rebus, 1315–1382. *ibid.*

81. Comitatus et episcopatus Angliae. **f. 164b.**

82. 'De Cambria sive Wallia et de ejus moribus;' poema a quibusdam Gualtero Mapes ascriptum. **f. 165.**

Inc. 'Libri cursus nunc Cambriam
Prius tangit quam Angliam.'
Excerptum e cap. 38. lib. i. *Polychronici* R. Higden. Impr. apud *Poemata* Gualt. Mapes, 1841, pp. 131-146.

83. Descriptiones insularum Oceani, Hiberniae, Scotiae, et Angliae; scil., capp. xxxi, xxxii, xxxiv-xlvii, xlix, l. libri primi *Polychronici*. **ff. 166-172.**

84. Descriptiones insularum principalium Indiae majoris, quae sunt Insula Masculina, Insula Feminina, Scoria, Medeigascar, et Zanzibar, una cum descriptione provinciae Abaciae. **ff. 172-3.**

Videntur haec, primo aspectu, e *Polychronico* cum iis quae praecedunt et quae sequuntur, desumi, sed, re vera, e capp. xxxvii-xliii, et xlv. libri tertii operis Marci Pauli Veneti de regionibus orientalibus extracta sunt.

85. Excerpta varia geographica e libro primo *Polychronici*, a cap. x. usque ad cap. xxx. **ff. 173-177b.**

86. Excerpta varia e libro primo Marci Pauli de regionibus orientalibus. **ff. 177b-183.**

87. 'Incipit Cronica bona de regibus Anglorum a Noe usque ad hunc diem.' **f. 183b.**

i. Catalogus nominum usque ad Cadwalladrum.

ii. 'Causa vocacionis Anglorum et adventus eorum et de regibus eorum in divisione istius regni.' **f. 184.**

iii. 'De regibus Angliae post monarcham.' **f. 185b.**

iv. 'De regibus Anglie post conquestum' usque ad coronationem Ric. II., anno 1377. **f. 186b.**

88. Catalogus Paparum a tempore Regis Alfredi ad Ric. II. **f. 188.**

89. 'Nomina sanctorum regum in Anglia,' ante Conquestum. **f. 188b.**

90. Excerpta miscellanea e libris ii-vi. *Polychronici*. **ff. 189-193b.**

91. De Antichristo. **f. 194.**

Inc. 'De Antichristo scire volentibus primo nomen notabimus.'
Expl. '—in septimo erit dies judicii, sed quando nemo scit nisi solus Deus.'

92. 'Ista sunt nomina quorum ope et auxilio Dux Willelmus Anglie Conquestor terram Anglie conquisivit, A.D. 1066.' **f. 195.**

Ad calc. 'Istorum fortunata milicia fuit terra Anglica conquisita. Summa cclv.'

93. Nota de ceto grandi capta in mari per vii. miliaria a Sandwyco anno 24 Hen. VI. *ibid.*

94. Mappa mundi, rudissime descripta. **f. 195b.**

95. Versus de morte; 'Vado mori.' **f. 196.**

Inc. 'Vado mori rex, sive quid honor, quid gloria mundi.
Vado mori medicus medicamine non redeundo.'

96. Versus sex (*mutili*) contra 'flies, fles, and flateryng freres.' *ibid.*

97. Nomina ventorum Latina et Anglica. **f. 196b.**

98. Distichon de eclipsi solis anno 1433. *ibid.*

99. Versus quatuor 'pro judicibus.' *ibid.*

100. Sententiae variae e libro Proverbiorum Salomonis desumptae; (*fragmentum*). **f. 197.**

Quatuor folia ad finem deesse constat.

197.

Membranaceus. In fol. Saec. xiii. ff. 84, binis columnis. Deest folium unicum inter ff. 56, 57. Inter codd. T. Allen, '16,' '18.'

1. Tractatus de cibis. **f. 1.**

Inc. 'Corpus hominis ex quatuor constat hu[moribus].'
Expl. '—et omnem putredinem mundificat et ventrem solvit, et ita Explicit.'
In margine superiori est nomen 'Burgeis.' (?)

2. [Johannis Platearii Salernitani] Tractatus de medicinis simplicibus, [qui ex verbis initialibus *Circa Instans* dicitur]; ordine alphabetico, ab *Aloe* ad *Zuccarum*. **f. 4b.**

Inc. 'Circa instans negocium in simplicibus medicinis nostrum versatur propositum.'
Impress. cum Serapionis *Practica*, 4°. Lugd. 1525.

3. [Ejusdem Glossae, sive Additiones, in Antidotarium Nicolai de Florentia]; ordine alphabetico. **f. 34.**

Inc. 'Liber iste quem inpresenciarum legendum assumpsimus.' Desinit in art. *Yera Ruffini*, uno folio deficiente.
Impress. in Suppl. ad Opera Mesues, fol. Ven. 1589. f. 159.

4. Ferrarii cujusdam tractatus de febribus. **f. 57.**

Inc. 'Febris, ut testatur Jo[annitius], est calor innaturalis.'
Expl. '—in qua bullierint ar. dragma (?) liquir. et succus ejus. Expliciunt febres M. Ferrarii feliciter.'
Exstat exemplar alterum inter codd. Coll. Omn. Anim.

5. 'Liber de catarticis dandis.' **f. 69.**

Inc. 'Cum omnis sciencia ex fine et utilitate sua naturaliter sit appetenda.'
Expl. 'De laxativis hec sufficiant medicinis. Explicit.'

6. 'Liber de anathomia.' **f. 83.**

Inc. 'Sicut asserit Galienus duplex est anathomia, vivorum scil. et mortuorum.'
Desinit abrupte in descriptione venarum, in verbis 'et pulmonis causa quia sanguis augmentatur.'
Fol. ult., 'Aqua imperialis contra pestilenciam;' receptum manu saec. xv. inscriptum.

198.

Chartaceus. In fol. Saec. xv. exeuntis. ff. 90. Inter codd. T. Allen, '61.'

1. Johannis Fortescue, militis, liber de laudibus legum Angliae. **f. 1.**

Saepe impressus.

2. 'The difference between *dominium regale* and *dominium politicum et regale;*' by the same. f. 48.

Desinit ad calcem cap. xviii, in verbis, 'when the shall not do mow seruyce. Finis.'

Impr. 1714, 1729, et inter *Opera* ejusdem edente barone Clermont, anno 1869.

3. 'The declaratyon made by John Fortescu, knyght, uppon certen wrytynges sent out of Scotland ayenst the Kynges tytle to hys realme of England;' *incompl.* f. 76.

Impress. inter *Opera*, ut supra, p. 523. Desinit noster exemplar abrupte, in verbis 'jugement of Genesis may no be denyed for;' p. 533 editionis citatae.

199.

Chartaceus. In fol. ff. 222, binis columnis. Exaratus anno 1452 manu Nicolai Jovannis de Vannis de Sassena. Ad calcem sunt nomina duorum qui olim possederunt, hodie autem non legenda.

'Libro intitolato Romuleon,' sive Historia de gestis Romanorum ab urbe condita usque ad Imp. Maximinum; *Italice.*

Versio est operis ab anonymo scriptore Gallico *Latine* et etiam ab eodem *Gallice* primum compositi.

Ad calc. 'Finito lo libro intitolato Romuleon, De me . . . . . . capitanio et podesta in Pisa del millequatrocento cimquantadue. Iste liber scripsit Nicolaus Jovannis de Vannis de Sassena. Deo gratias. Amen.'

In foliis ad calcem haec adjecta sunt:—

i. Dies mali in anno; *Italice.* f. 221b.

ii. Epistola Lentuli de Christo. f. 222.

200.

Membranaceus. In fol. Bene exaratus. Saec. xiii. ineuntis. ff. 107, binis columnis. In fol. ad init. compacto, 'Hic est liber sancta Marie de Radinge, quem qui celaverit vel fraudem de eo fecerit anathema sit.' Inter codd. T. Allen, '31,' '21.'

1. 'Tractatus venerabilis Ricardi de Sancto Victore super quosdam psalmos.' f. 1.

Additis quibusdam aliis excerptis, de anno jubilaei, super Matt. ii. 13, Lev. xxvi. 5, Hos. ix. 14, etc.

Expositiones Psalmorum impressae sunt (cum aliis) inter *Opera* Ricardi, fol. Ven. 1592.

2. Ejusdem de statu interioris hominis liber. f. 35b.

Impr. *ibid.* p. 23.

3. [Ejusdem meditationes, sive annotationes, in vv. 135, 163 Ps. cxix, 'Illumina faciem Tuam,' et 'Exitus aquarum.'] ff. 51, 54.

Annotatio prima incipit cum prologo epistolae ad quendam H. (usque ad verba, 'stilum converto. Illumina faciem Tuam'), quae inter impressa exstat sub tit. 'De superexcellenti baptismo Christi,' p. 390. Reliqua exstant *ibid.* par. ii. pp. 66–73. Meditatio secunda desinit abrupte in verbis, 'Sed ut oculorum culpam diligentius discutiamus.'

4. [Excerpta e libro ejusdem secundo de eruditione hominis interioris, sive de somnio Nabuchodonosoris; scil. capp. i, ii, xiii, xiv, xviii–xxvi.] f. 57.

Ibid. part. i. pp. 83–97.

5. [Ejusdem tractatus] de exterminatione mali et promotione boni. f. 62.

Ibid. pp. 1–23.

6. [Ejusdem tractatus de praeparatione animi ad contemplationem; liber dictus *Benjamin Minor.*] f. 77b.

Ad calc. 'Explicit liber Benjamin.'

Ibid. pp. 118–150.

7. [Ejusdem? Tractatus de duabus processionibus Christum in Hierusalem comitantibus.] f. 102.

Inc. 'Exiit edictum ab Alexandro magno.'

Desinit abrupte, ut videtur, in verbis, 'Habetis de cimbalo et tuba quid valeant ad processionem terciam.'

Non exstat inter opera impressa Rich. de S. Victore.

In folio ad finem compacto, verso, sunt haec, manu saec. xv. 'Radulfus Bathe, monachus, sacerdos et professus, jurat in verbis sacerdocii quod observabit consuetudines et statuta ecclesie Radingensis, testante domino Johanne Thorne monacho ejusdem loci.'

201.

Membranaceus. In fol. ff. 289, binis columnis. Saec. xv.

Ranulfi Higden Polychronici libri vii., continuati ab anno 1344 (cap. 44. lib. vii.) usque ad an. 1451.

Desin. 'Multi alii fuerunt perempti in diversis locis regni Anglie.'

Praemissa est tabula contentorum alphabetica.

Impressa est continuatio ab an. 1353 ad 1377 una cum Chron. Walt. Hemingford a Tho. Hearne; ab 1377 ad 1402 ab eodem sub tit. *Vita Ric. II.* Inserta autem est in cap. 58. lib. vii., ff. 262–269b, narratio de depositione Ric. II. quae, omissis quae in fol. 262 inveniuntur, addita est in editione Hearniana ad calcem, pp. 182–216. Narratio de eventibus ann. 1403–1412 vix unam columnam in fol. 275b occupat.

De hoc codice notam habet Usserius in MS. Rawlinsoniano D. 280, fol. *49b.

202.

Chartaceus. In fol. ff. 160. Saec. xvi. Inter codd. T. Allen, '32,' '31.' Praemissa est tabula contentorum.

1. Michaelis Securis, [*Angl.*, Hatchett] medici Sarisburiensis, Libri septem de antiquitate ac illustri medicinae origine. f. 2.

Ad calc. lib. vii. 'Finis libri de medicorum privilegiis, authore Michaele Securis. Deo gratias.'

2. Ejusdem Paraphrasis in epistolam Rogeri Bacon de retardatione accidentium senectutis. f. 87.

Praemissa est praefatio in qua dicit Securis se hunc libellum Baconi, rogatu amici mortui Thomae Candel, e lacera papyri charta in lucem (forma mutata, non sua propria, propter multas mendas, lituras atque nugationum ambages) restituisse.

Sequuntur, i. (f. 115), 'Ex diversis Rogeri opusculis fragmenta quaedam, ab alio collecta, et praesentis epistolae libello agervata, velut auctarium quoddam non inutile;' ii. (f. 121b) Epistola supradicti Thomae Candel, 'Michaeli Securis, medicinae doctori, in Novo Vico Sarum residenti' libellum transmittens; dat. 'e castro regio supra ventos' (i. e. *Windsor Castle*) 17 Sept. 1545.

3. Ejusdem 'de victus rationis hominum bile redundantium formula, ac ejusdem prophylactice commentarius,' cum praemonitione. **ff. 123b, 124b.**

4. Ejusdem libellus de epilepsia. **f. 135.**

5. Ejusdem de sudore epidemiali atque pestilentiali libri duo, 'ad rev. in Christo patrem ac dominum, dom. episcopum Sarrisberiensem Johannem Cappon.' **f. 141.**

Ad calc. lib. ii. '*Finis libri 2di de sudoris epidemialis curatorio presidio per me Michalem Securis compositi anno Domini 1542 et denuo recogniti anno 1553.*'

6. Ejusdem tractatus in pestis perniciem alexipharmaca narrans, 'spectatae probitatis viris civitatis Sarrisberiensis optimatibus ac rectoribus precipuis' oblatus. **f. 152b.**

'Anno gratiae 1546 conscriptus et anno 1553 recognitus.'

7. Ejusdem 'Consilium super gonorrheae affectu, ad dominum priorem de Crichurch ultimum fortassis, non contemnendum;' [ad, scil., Joh. Draper, priorem de Christ-Church.] **f. 156b.**

8. Ejusdem 'de ilei et coli precautione, quibusdam amicis opem rogantibus, pauca precepta.' **f. 158.**

9. Idem 'de victus ratione attenuantis, cuidam amicorum.' **f. 159b.**

Ad calc. 'Finis dietae attenuantis obesos, anno 1553 absolutus' (*sic*).

10. Ejusdem 'alia obesorum attenuari cupientium victus ratio, in cujusdam generosi gratiam anno 1554 conscripta.' **f. 160b.**

203.

Membranaceus. In fol. ff. 235, binis columnis. Saec. xiii. versus finem. In fol. 1b, adjectitio, 'Iste liber est concessus fratri Anselmo de Valoynes ad terminum vite.'

Quaestiones fratris P[etri de Tarentasia, postea Innocentii V. papae] super libros i. et ii. Sententiarum; praemissis tabulis quaestionum duabus.

Inc. prol. '*Nunquid nosti ordinem celi* [etc.]. Job. xxxviii. Verba ista sunt Domini ad beatum Job.'

Expl. '—et mandata ejus observa, quia mandatorum Ejus perobservantia perducit ad vitam, quam nobis prestare dignetur Qui est benedictus in secula. Explicit liber 2dus f. P. super Sentencias.'

204.

Membranaceus. In fol. ff. 154, binis columnis. Saec. xiv. ineuntis, manibus variis. Inter codd. T. Allen, '222,' '13.' Mancus in initio.

1. Conclusio tractatus, male Senecae dicti, de paupertate. **f. 1.**

2. 'Seneca de clemencia, ad Neronem.' *ibid.*

3. 'Seneca de remediis fortuitorum bonorum, ad Caldoneum.' **f. 2.**

4. 'Regule quas bone memorie Robertus Grossetete fecit comitisse Lincoln. ad custodiendum et regendum terras, ospicium, et domum et familiam.' **f. 3.**

Inc. 'Quantum ad terras vestras forinsecas.'
Expl. '—et nullus honor accressit domino vel domine.'

5. 'Tractatus fratris Roberti de Kylverdeby, de ordine Predicatorum, archiepiscopi, card. Portus., de ortu scienciarum.' **f. 6.**

Inc. 'Scienciarum alia divina, alia humana.'
Ad calc. sequitur, 'Epilogus hujus tractatus in summa,' qui, de magicis ex Hugone [de S. Victore] tractans, ita explicit,— 'horoscopica, sortilegium, maleficium, prestigium. Explicit.'

6. Rogeri Bacon Summula dialectices, sive tractatus de logica. **f. 48.**

Inc. 'Introduccio est brevis et aperta demonstracio in aliquam artem vel scienciam.'
Expl. '—que non est fallacia quamvis videatur respondenti quid sit fallacia. Expliciunt sumule magistri Roberti Baccun.'

7. 'Fallacie fratris Thome Haukyn.' **f. 75b.**

Inc. 'Quia logica est raciocinalis sciencia.'
Expl. 'Et hec de fallaciis dicta sufficiunt. Expliciunt fallacie,' etc.

8. Tractatus de fallaciis, *secunda manu* Thomae de Wyk *dictus*. **f. 81.**

Inc. 'De sophisticis autem (*sic, pro* aut) elenchiis, etc. Queratur an sophistica sit sciencia.'
Expl. 'Due enim premisse sunt unum antecedens regula contrarii, non tamen sunt una proposicio similiter hic.' Additur manu saec. xv. 'Expliciunt fallacie fratris Thome de Wyk.'

9. 'Sincategreumata fratris Rogeri Bacon.' (*tit. manu secunda*). **f. 88.**

Inc. 'Parcium oracionis quedam sunt declinabiles, quedam indeclinabiles.'
Expl. '—tu scis an de currente sit falsum, etc.; ergo, tu scis de currente.'

10. 'Incipit compilacio quedam librorum naturalium' Aristotelis, per quendam R. de Stanington.

i. Excerpta e libro Physicorum. **f. 101.**

Inc. 'Quoniam, ut dicit Ar. in primo Phisicorum, tunc opinamur.'
Expl. '—quod indivisibile et immobile et incorruptibile est, nullam habens magnitudinem. Expliciunt quedam extracta a libro Phisicorum, per fratrem R. de Staningtona.'

ii. 'De libro celi et mundi.' **f. 108.**

Inc. 'Summa cognicionis nature et sciencie.'

iii. De libro de generatione. **f. 111b.**

Inc. 'De generacione et corrupcione in naturali primo determinandum est.'

iv. De libro meteororum, 'de quibusdam preambulis.' **f. 114.**

Inc. 'Postquam precessit rememoracio nostra de elementis.'
Ad calc. 'Expliciunt extracta de libro metheororum.'

v. De libris de anima. **f. 121.**

Inc. 'Bonorum et honorabilium dicitur esse sciencia de anima.'
Desin. abrupte in libro tertio.

11. (*Manu altera.*) 'Quaestiones metheororum' [scil. in Meteorologica Aristotelis], 'a magistro Willelmo Bonkis.' **f. 126.**

Inc. 'Queritur de subjecto (?sto) quid sit.'

12. 'Questiones libri celi et mundi, date a magistro Willelmo Bonkys.' f. 151b.

Inc. 'Queritur utrum c[elum] sit alterabile, quod sit; utrum hoc aparet quia movetur.'

205.

Membranaceus. In fol. Saec. xiv. ff. 124. Inter codd. T. Allen, '13,' '8.' Mancus ad princ.

1. Short Chronicle of Emperors and Popes of Rome, in English, from Otho I. [A.D. 936] to Conrad IV. [1254], and from Adrian II. [A.D. 868] to the death of John XXI. [1277]; *imperf. at the beginning*. f. 1.

Beg. '—worschupfully and was icrowned, and þan he ȝaf manye ȝyftes to churches.'
End, 'And ȝut lyuede fro Seturday to Sonday aftur.'

2. Note, by a hand of the fifteenth cent., about Brute of Troy; *Lat.* and *French*. f. 8b.

3. Robert of Gloucester's metrical History of England, to Edw. I. f. 9.

Beg. 'Englond is ryȝt good; I wene hit is londe best,
In one ende hit is ysette of þe worlde al in þe west.'
End, 'That of Walsche londe clenliche al owte
He wan þe signorie, were þei neuer so prowte.'
To the accession of Stephen the text appears generally to agree with that printed by Hearne, although with many different readings; thenceforward it is a different and shorter version, and from the accession of Hen. II. a mere abridgement. Many marginal notes are inserted by a hand of the fifteenth century. On the last fly-leaf are the words, 'To Mr. Selden.'

206.

Membranaceus. In fol. Saec. xiv. ff. 219, binis columnis. In folio adjectitio in init. est inscriptio paene erasa quae ita incipit: 'Istum librum . . . Robertus (?) Harbone de Cl . . . sing' etc. Inter codd. T. Allen, '12,' '22.'

1. 'Moralizacio prioris S. Eligii de mirabilibus mundi; libri duo, cum tabula.' f. 2.

Inc. 'Quia Deus cotidie facit magnalia in Egipto.'
Expl. 'Rom. 8. Optabam ego anathema fieri pro fratribus meis. Explicit liber se[cundus] in quo tractatur de mundi mirabilibus ad mores hominum applicatis quem edidit Prior S. Eligii de ordine Minorum.'
Non constat quis sit auctor. Inter domos ord. Minorum non invenitur monasterium S. Eligio dicatum, nec inter priores domorum S. Eligii, ordd. S. Bened. et S. Aug. in dioc. Noviomensi apud Gallias, recensetur aliquis qui sibi hoc opus vindicet. Citantur in opere Solinus et Gervasius [Tilberiensis].

2. 'Summa causarum problematum Aristotelis;' (*tit. ad calc.*) f. 96.

Inc. '*Felix qui poterit* [etc.] Felicitas quandoque sive beatitudo est summum bonum.'

3. 'Tabula super afforismos Ursonis.' f. 129.

4. 'Notule extracte per modum tabule de afforismis ejusdem Ursonis.' f. 130b.

5. 'Tabula super sermones beati Bernardi.' f. 145.

6. Distinctiones J[acobi de Voragine] de Janua super varia loca S. Scripturae sub variis capitibus, ab *Abstinentia* usque ad *Xrus* [*Christus*], ordine alphabetico dispositae; sive Figurarum Compendium. f. 153.

Praemissa est praefatio 'religiosis viris in Christo sibi dilectis, studentibus Neapolitani conventus fratrum ordinis sancti Dominici.'

207.

Membranaceus. In fol. Saec. xiv. ineuntis. ff. 40. Partim binis columnis; manibus variis. Inter codd. T. Allen, '30,' '68.'

1. 'Liber Alphratgani in quibusdam collectivis sciencie astrorum et radicum motuum planetarum, et est xxx. differenciarum, interpretatus a Johanne Hispalenum, sub Dei laude;' praemissa tabula differentiarum. f. 1.

Inc. 'Numerus mensium Arabum et Latinorum est duodenus.'
Impress., sub tit. *Rudimenta astronomica*, 4°. Norimb. 1537, etc.

2. Messahalae tractatus de astrolabio; cum figuris. f. 16.

Inc. '*Prohemium in Astrolabium Messehallach.* Scito quod astrolabium est nomen Grecum cujus interpretacio est accepcio stellarum.'
Expl. '—et nota illa erit polus zodiaci, ut patet in hac figura.'

3. 'Practica astrolabii, sive rememoracio parcium astrolabii.' f. 22.

Inc. 'Nomina instrumentorum sunt hec. Primum est armilla suspensoria.'
Expl. '—talis est comparacio stature tue ad planiciem. *Explicit practica astrolabii.*'

4. [Gerardi Cremonensis, sive Walteri Brit] Theorica planetarum. f. 24b.

Inc. 'Circulus ecentricus, vel egresse cuspidis, vel egredientis centri, dicitur qui non habet centrem (*sic*) suum cum mundo.'
Expl. '—tunc erunt conjuncti lumine ipsi planete et non corporaliter. *Explicit theorica planetarum.*'

5. Commentarius Rob. Grosseteste, episc. Linc., in Posteriora Aristotelis. f. 29.

Imperf.; desunt pars cap. viii. et capp. ix-xiv. libri primi (inter ff. 32, 33), pars cap. ii. libri secundi (inter ff. 38, 39), et pars cap. iii. una cum iv. (inter ff. 39, 40).
Inc. 'Intentio Aristotelis in hoc libro est investigare.'
Expl. '—in omni similiter se habente.
Lin finit *colni* sentencia nobilis *ensis*.'
Saepe impr.

208.

Membranaceus. In folio. ff. 189, binis columnis. Saec. xiv. versus finem. Manu Italica bene exaratus, literis initialibus depictis.

'Alphabetum novum Ethymologiarum,' ex libris Etymologiarum Isidori Hispalensis compilatum a Jacobo [Cina] de Sancto Andrea, de Senis, ord. Praed., et papae Gregorio XI. praefatione dedicatoria inscriptum.

In litera prima initiali depicta est figura auctoris in genua provoluti, librum suum papae offerentis. Praemissa est operi tabula ita descripta; 'Principia capitulorum librorum omnium Ethymologiarum Beati Ysidori Yspalensis Episcopi, secundum capitulationem factam per venerabilem doctorem sacre theologie fratrem Robertum Anglicum, ord. fratrum Praedicatorum.'

Subjecta est (f. 184) 'Expositio quam fecit ipsemet auctor prefationis seu epistole' ad Papam Greg. XI. Ad calc., 'Finit declaratio seu expositio epistole vel prefationis novi Alphabeti Ethymologiarum facta per auctorem ipsorum alphabeti et epistole seu prefationis.'

209. [B. N. 16.]

Membranaceus. In fol. ff. 152. Saec. xiii. exeuntis. Binis columnis. Inter codd. Tho. Allen, '73,' '42.'

1. Johannis Saresberiensis, episcopi Carnotensis, Polycraticus de curialium nugis et vestigiis philosophorum; libris octo. f. 1.

Saepe impr.

ff. 100–102 *vacant.*

2. Arnulfi Lexoviensis episcopi varia; scilicet, epistolae lxxxi, sermones iv, carmina xvi. f. 103.

fol. 130 *vacat.*

3. Epistola Sidonii ad Agricolam; scil., epist. secunda libri primi. f. 131.

4. Epistolae multae e libris decem (pro majori parte e libb. i–vii.) Epistolarum Symmachi. f. 131ᵇ.

In multis locis lectiones ab impressis variantes exhibet textus, meliores saepe, saepe etiam corruptiores. Hic illic quaedam inseruntur quae forsan inedita sunt.

5. 'Extractum de libro epigrammatum Marci Martialis Valerii Satirici;' excerpta e libris i–xi. f. 148.

Contenta codicis forsan e cod. nostro Auct. F. I. 8 transcripta sunt; ibi enim eadem habentur manu saeculi ejusdem tertiodecimi ineuntis exarata.

210.

Chartaceus. In fol. ff. 93. Saec. xv. Manu Italica.

1. Tractatus astrologicus de calculatione nativitatum. f. 1.

Inc. 'Multos esse cognovi qui existimant non expertis annorum rationibus posse de futuris contingentibus alicujus nati pronosticari.'

Expl. '—prout jungitur bonis vel malis planetis in figura revolutionis et ad eorum aspectus.

Finis ad laudem Dei et beatissime Virginis.'

2. Notae variae de aspectibus planetarum. f. 33ᵇ.

3. Pronosticationes 'de morte natorum.' f. 35ᵇ.

Inc. 'Pronosticatio mortis nascentium laudem maximam astronomo prestat.'

Expl. '—rationem mortis ex domo et signo quibus predominantur. Et hic est finis de octava domo; alia defecerunt in exemplari.'

4. Notae de locis signorum, 'ad annum 1480.' f. 39ᵇ.

5. 'Albumasar de revolutionibus nativitatum liber primus, translatus a Greco in Latinum.' f. 42.

Inc. 'Sol in nativitatis tempore in loco aliquo exeunte.'

ii. 'Tractatus secundus, de ascendente revolutionis anni in nativitatibus et domino ejus in se et respectu ad domos alias,' etc. f. 63ᵇ.

Inc. 'Post dominum anni divisor habet significationem.'

6. 'Hec sunt equationes Annimodat' [sive, ut postea, Annimodar] 'Hermetis, quas posuit Avenesre et magister suus princeps Abraam.' f. 88ᵇ.

Inc. 'Sed cum in nativitate data nec Venus nec Mercurius nec similiter Mars.'

Quaedam medica a manu saec. xvi (quae marginalia hic illic interserit) in folio ad initium codicis compacto inscripta sunt, inter quae 'Receta del Sarto Mantuano.' Manu altera ad calcem insertae sunt (ff. 92, 93) Tabulae nativitatum annis 1556 et 1497, cum prognosticatione.

211.

Membranaceus. In fol. ff. 108. Saec. xii. exeuntis. Binis columnis bene exaratus. Olim 'liber Sancte Crucis de Waltham.'

Venerabilis Bedae Historiae Ecclesiasticae Anglorum libri v, cum praefatione; accedit Epistola Cuthberti ad Cuthwinum de morte Bedae.

212.

Membranaceus. In fol. ff. 72, quorum primum, secundum veterem enumerationem, fuit olim '44.' Saec. xiv. Post fol. 10 binis columnis descriptus. Inter codd. T. Allen, '34.'

1. Tractatus Roberti de Leicestria 'de compoto Hebreorum aptato ad Kalendarium,' quatuor partibus, cum prologo. f. 2.

Anno 1294 compilatus, ut ex cap. 7. partis primae patet.

Inc. prol. 'Operis injuncti' [non, ut in Tanneri *Bibl. Brit.* ex Langbainii notis, 'inventi'] novitatem, pater meritis insignissime, magister ac domine R[icarde Swinfeld] Dei gracia Herfordensis antistes ecclesie.'

In ora paginae inferiori sunt haec: 'Istud opus composuit frater Robertus de Leycestria, ordinis fratrum Minorum. In literis autem capitalibus hujus operis scribitur sic, *O Jesu pie, Minorum mentes posside.*'

2. Ejusdem 'Compotus Hebreorum purus.' f. 7ᵇ.

Inc. 'Prima erarum est a creacione mundi.'

3. Ejusdem commentariolus supra tabulas in tractatu primo supra recensito descriptas; anno 1295 conscriptus. f. 8ᵇ.

Inc. 'Ad planiorem et pleniorem prescripti tractatus intelligenciam.'

Ad calc. 'Explicit compotus Hebreorum.'

Sequuntur tria folia vacua, secundum veterem enumerationem, 53, 54, 56.

4. 'Julii Firmici viri consularis junioris liber de astrologia;' scil. libb. i–iv. (usque ad finem cap. xvi.) Firmici tractatus astronomici. f. 11.

Tabulam capitulorum invenias in codicis folio primo.

5. Abrahae Aben-Ezrae Liber de nativitatibus, capitulis septendecim. f. 30.

Inc. 'Hic incipit liber Abrahe Judei de nativitate. Dixit quoque Abraham Judeus, Optimum instrumentorum ad inveniendum oriens.'

Expl. 'Tercius de pecudibus et pecoribus indicat, singuli secundum statum proprium.'

6. 'Incipit liber introductorius Habrae Havenarre in judicia astrorum, et dicitur Principium sapiencie. f. 34.

Tit. secundus, 'Incipit liber completus quem compilavit Habraham Havenarre ex dictis sapientum et floribus antiquorum, cujus quidem sunt 6 tractatus, quorum primus est de arte introductoria in astrorum judicia.'

Inc. 'Cum inicium sapiencie Dei timor existat.'

Impress. inter *Abrahe Auenaris* [*al.* Aben-Ezra] *in re judiciali opera*, 4°. Ven. 1507.

7. Idem 'de planetarum conjunccionibus et annorum revolucionibus,' cum prologo; 'translatus a magistro Henrico Bate de Hebreo in Latinum.' f. 48^b^.

Inc. 'Mondanorum translacionem aggressuri.'

Impr. *ibid.* fol. lxxvi.

In nota ad finem liber completus fuisse dicitur anno 1181, non, ut in impresso, anno 1281.

8. Ejusdem 'quidam tractatus particulares;' scil. i. capitula quatuor de rebus occultis, etc.; ii. de maneriebus 13 planetarum; iii. 'de significacionibus planetarum in 12 domibus Abrahe Auenarre;' iv. 'dogma universale in judiciis.' f. 53.

Impr. *ibid.*, fol. lxxxv.

Ad calc. 'Finis quorundam tractatuum particularium Abrahe Hauenarre, quos Petrus Paduanus ordinavit in Latinum.'

9. Ejusdem 'liber de racionibus, quem transtulit Petrus de Padua.' f. 56.

Inc. 'In nomine [etc.] Volo enim nunc ponere fundamentum.'

Ibid., fol. xxxii.

10. Ejusdem liber 'de interrogacionibus, sermo universalis in doctrina judiciorum.' f. 63.

Inc. 'Astrologie duo extiterunt capita.'

Ibid. fol. lx^b^.

Desinit abrupte circa medium cap. de sexta domo.

11. Ejusdem Electiones. f. 64^b^.

Inc. 'Sapientes legis sentenciaverunt quod homo de libero arbitrio potest facere bonum et malum.'

Ibid. fol. lxvii.

12. Ejusdem 'liber questionum'; versio altera, scilicet, et completa, libri de interrogationibus supra notati. f. 67^b^.

Ad calc. 'Explicit liber questionum Abraham., Laus Deo omnipotenti.'

In fol. ad finem compacto, verso, sunt 'Sigilla planetarum.' Synopsis contentorum codicis exstat in cod. Langbain. iv. pp. 558–562.

213. [B. N. 17.]

Membranaceus. In fol. ff. 113. Saec. xii. exeuntis. Trinis columnis bene exaratus. Inter codd. T. Allen, '3,' '23.'

Prophetae duodecim minores, cum prologis et glossis ex S. Hieronymo.

214.

Membranaceus. In fol. ff. 234. Saec. xii. Binis columnis bene descriptus.

S. Gregorii Magni Registrum Epistolarum, libris xiv.

Praemissum est, 'Simbolum fidei dictatum a beato Gregorio papa.'

215.

Chartaceus. In fol. ff. 98. Saec. xv. Manu Italica binis columnis descriptus.

1. [Johannis de Sacro Bosco] Tractatus de sphaera. f. 1.

Inc. 'Tractatum de spera quatuor capitulis distinguimus.'

Saepe impr.

2. 'Tractatus de spera solida sive de astrolabio solido sperico, compositus anno Domini millesimo;' partibus duobus, capp. ix. et xiv.; cum figuris. f. 6.

Inc. 'Tocius astrologice speculationis radix et fundamentum.'

Expl. 'At quoniam de mensuris tractare non est presentis intentionis, hunc tractatum sub laude Dei finiemus.'

In cod. Ashmol. 1522 (ubi exemplar alterum invenitur) dicitur tractatum hunc anno 1303 compositum fuisse. Cotta, in *Museo Novarese* (fol. Mediol. 1701), recenset librum inter opera Campani, et refert ad *Bibl. Patav.* Tomasini, p. 111; ibi autem, quamvis descriptioni codicis cujusdam *Campani Theoriam Planetarum* continentis mentio hujusce libelli subjicitur, non eidem auctori tribuitur.

Impressus exstat anonymus in collectione tractatuum intit. *Sphera mundi*, fol. Ven. 1518, f. 139^b^.

3. [Gerardi Cremonensis, sive Walteri Britte, Theorica planetarum]; cum figuris. f. 12.

In manu saec. xvi. 'Theorica Gerardi.'

Inc. 'Circulus ecentricus dicitur vel egresse cuspidis.'

Expl. '—quia in tam paucis annis non est magna inequalitas anni Christi, 6 minuta vera.'

4. 'Theorica planetarum edita a magistro Canpane de civitate Novarie;' cum figuris. f. 16^b^.

Inc. 'Primus phylosophie magister ipsius negocium in prima tria genera dispertitur.'

Desin. abrupte, ut videtur (in fol. 46), in verbis, '—per 360 divisiones equales, sitque omnis quarta circuli.'

5. 'Liber de aggregacionibus sciencie stellarum et principiis celestium motuum quem Ametus filius Ameti, qui dictus est Alfagranus, compilavit, triginta continens capitula;' sive Rudimenta astronomica. f. 46^b^.

Inc. 'Numerus mensium anni Arabum et aliorum omnium est 12 menses.'

Expl. 'Jam ergo declaravimus de eclipsibus solis et lune quod sufficit intelligenti.

Expletus est liber Ameti Alfagrani in sciencia astrorum.'

6. 'Canones de motibus celestium corporum.' f. 57^b^.

Inc. 'Quoniam cujusque actionis quantitatem temporis.'

Expl. '—signum oriens et ejus gradum, et sic ostensum est in precedentibus.

Expliciunt canones in motibus celestibus.'

7. 'Computus major Campani Novariensis.' **f. 68^{b}.**
Inc. 'Rogavit me unus ex hiis.'
Expl. 'Istorum vigilia jejunes Lucoque Marci.'
Impr. in *Sphera Mundi*, ut supra, f. 159.
Sequuntur [ejusdem]
i. Tabulae quatuor calendares, ad cyclos decemnovennales. f. 93.
Inc. 'Tabule 4 que sequuntur non sunt de Computo meo, sed feci eas extravagantes.'
ii. Calendarium. f. 94^{b}.

8. [Alhazen] 'Liber de crepusculis,' cum figuris et commentario marginali. **f. 96^{b}.**
Inc. 'Ostendere autem volo quid sit crepusculum.'
Expl. 'Et illud est quod volumus. Hic est finis ejus quod intendit in hec epistola. Quedam nunc secuntur que ego pretermisi [etc.]. Et quia in eis que dicit nulla est utilitas, ideo ea pretermisi. Explicit. Explicit de crepusculis, et secuntur proposiciones planusperii.'
Impr. ad calc. Opticae Alhazeni, fol. Bas. 1572, p. 283.
Synopsin contentorum codicis videsis in cod. Langb. iv. pp. 638, 635.

216.

Membranaceus. In fol. ff. 61. Saec. xiv. Manibus variis exaratus. 'Liber m. Willelmi Reed, archidiaconi Roffen., ex dono reverendi domini sui m. Nicholai de Sandwyco. Oretis igitur pro utroque et pro benefactoribus eorum ac fidelibus animabus a purgatorio liberandis. Questiones per eundem m. Nicholaum Oxon. collecte' (f. 1^{b}). Saec. xv., 'Constat magistro Thome .... clerico, quem luebat de cista Universitatis' (f. 61^{b}); postea, ut videtur, liber collegii Mertonensis (f. 1^{b}); denique, Tho. Allen, '16.'

Quaestiones variae theologicae.

1. Lectura scholastica de peccato originali. **f. 1.**
Inc. 'Hodie intendo pauca tractare de peccato originali et ejus pena.'

2. 'Utrum cujuslibet creature racionalis ultima beatitudo sit fruicio Trinitatis.' **f. 5.** (*cf. etiam* **f. 53**).

3. 'Utrum per penitenciam deleatur peccatum;' disputationes duae. **ff. 33, 33^{b}, 35^{b}.**

4. 'Utrum accidentia panis et vini in sacramento altaris fundantur in aliquo subjecto.' **f. 34.** (*cf. etiam* **f. 51^{b}**).

5. Notae multae, raptim scriptae, de quaestionibus super peccatis et poenitentia. **ff. 37–52.**

6. Quaestiones tres quibus nomen 'Ratforde' praefigitur; an quilibet adultus teneatur laudare Deum, utrum ex sui meriti vel demeriti circumstantiis juste debeat augeri vel minui poena, utrum ad omnem actum creature rationalis concurrat necessario Dei efficientia specialis. **f. 40.**

7. Notae multae de quaestionibus variis: (*e.g.*, *e multis aliis*, utrum liceat imprecare mala malis, utrum liceat mentiri, utrum in inferno posset fieri peccati remissio, utrum daemones possent scire cogitationes hominum, utrum Antichristus posset salvari). **ff. 53–57.**

8. Initium commentarii [in libros Sententiarum Petri Lombardi, usque ad cap. 2. dist. iii. lib. i.] **f. 58.**

9. Pars disputationis super thesi, Quod Deus sit illud quo majus cogitari non potest. **f. 60.**

217.

Membranaceus. In fol. ff. 178. Saec. xiv. Quoad partem posteriorem, binis columnis. In folio ad finem compacto, 'De perquisito fratris Ricardi de Wynkele.' Inter codd. T. Allen, '10,' '34.'

1. Avicennae Liber de anima, sive liber sextus de naturalibus. **f. 2.**
Deest fol. primum; incip. in cap. i. ad verba, 'in potencia principium recipiendi.'
Ad finem subjecta est epistola dedicatoria cujusdam 'Auedauth' [sive, ut apud Wolfium, Avendana], de 'Ierusalem' philosophi, qui vertit librum ex Arabico in Latinum, 'Tolletanae sedis archiepiscopo' inscripta, de libri contentis.
Impr. inter *Opera* [philosophica] Avicennae, fol. Ven. 1508.

2. Avicennae Sufficientia, partibus tribus, cum prologo. **f. 46.**
Impr. *ibid.*

3. Pars tractatus Thomae Aquinatis de ente et essentia. **f. 94.**
Inc. 'Quia parvus error in principio.'
Desinit mutilus in medio cap. iv.

4. 'Liber Avendauth de universalibus, asumptus ex quinto Methaphisice Avicenne.' **f. 95.**
Inc. 'Usus fuit ut cum hec v. distinguerentur.'
Expl. 'Et hoc postea certificabitur in philosophya prima. Amen. Avendauth explic.'

5. 'Liber Alchindi philosophi de quinque essenciis, ex verbis Aristotelis abstractus.' **f. 96^{b}.**
Inc. 'Sapiens ubi dialecticam incepit.'
Ad calc. 'Explicit Alchindus filius Ysaac de v. essenciis.'

6. Timaeus Platonis, in tres libros divisus; ex versione Chalcidii et cum prologo ejusdem. **f. 98^{b}.**
Insunt notae marginales copiosae in lib. i.

7. 'Liber Isaac [Israelitae, senioris] de diffinicionibus, translatus a magistro G. Cremonensi, in Toleto.' **f 111.**
Inc. 'Plures eorum qui antiquorum libros inspexere.'

8. [Jacobi Alchindi] opus 'abbreviatum de intentione antiquorum in racione, translatum a Girraddo Cremon;' sive de intellectu. **f. 115^{b}.**
Inc. 'Intellexi quod quesivisti de scribendo sermone in racione abreviatum.'
Expl. '—cum sic intencio mea sermo enunciativus sufficiat.'

9. 'Liber Alexandri philosophi [Aphrodisiensis] de intellectu et intellecto secundum sentencias Aristotelis, translatus de Greco ab Isaac filio Johanicii.' **f. 116.**
Inc. 'Dixit Alexander quod intellectus apud Arist. est tribus modis.'
Expl. '—quod non intelligimus nec acquirimus sic sicut cum erat in nobis.'
Impr. cum Arist. *Secretis Secretorum*, fol. Bonon. 1516.

10. 'Logica Algacelis.' f. 117b.

Inc. 'Quod proponi debet hoc est, scil., quod scienciarum, quamvis multi sunt rami, due tamen prime sunt partes.'

Expl. 'Hoc autem est quod volumus ostendere et facere intelligi de logica. Explicit tractatus de logica. *Explicit loyca Algacelis.*'

11. 'Liber Alchindi philosophi de intellectu et intellecto.' f. 127.

Inc. 'Intellexi quod queris, scil., scribi tibi sermonem brevem de intellectu.'

Expl. 'Quantum vero ad intencionem tuam de hoc tantum sermonis sufficit.'

Cf. art. 8, *supra*.

12. 'Liber introductorius in artem loyce demonstracionis, collectus a Mahometh discipulo Alchindi philosophi.' f. 127.

Inc. 'In nomine piissimi et misericordissimi Dei. Postquam jam locuti sumus de predicabilibus.'

Desin. imperf. ad verba, '—et extra suum mundum mundus.'

13. 'Averoys de substancia orbis.' f. 129.

Incip. 'In hoc tractatu intendimus perscrutari.'

Desin. imperf. (in medio cap. ii.) ad verba, '—et ex dimensionibus in dimensiones.'

Impr. in vol. ix. Operum Aristotelis, fol. Ven. apud Juntas, 1550, f. 3.

14. 'Liber Abiceni de philosophia prima sive sciencia divina;' sive metaphysica; tractatibus decem. f. 132.

Inc. 'Postquam auxilio Dei explanavimus tractatum de intencionibus scienciarum loycarum.'

Ad calc. 'Completus est liber: laudetur Deus super omnia, quemadmodum decet et oportet; quem transtulit dominus Gundisavius, archidyaconus Toleti, de Arabico in Latinum.'

Impr. inter *Opera* Avicennae, ut supra, f. 70.

15. [Liber Alpharabii de intellectu.] f. 176b.

Inc. 'Nomen intellectus dicitur multis modis.'

Impr. *ibid.* f. 68.

16. 'Liber Alexandri philosophi de intellecto et intellectu, secundum sententiam Aristotelis, translatus de Greco in Arabicum ab Ysaac filio Johannicii.' f. 177b.

Incip. 'Aristoteles mentem tribus modis distinguit.'

Expl. '—quod nos intelligimus nec adquirimus sicut cum erat in nobis.'

Cf. art. 9, *supra*.

17. [Jacobus Alkindi de intellectu.] f. 178.

Inc. 'Intellexisti [*sic*] quod queris sermonem brevem de intellectu secundum sentenciam Platonis et Aristotelis.'

Expl. 'Quantum vero ad intencionem tuam tantum sermonis tibi sufficiat. Explicit.'

Cf. artt. 8, 11, *supra*.

E tabula contentorum manu saec. xiv. codici praemissa patet haec, hodie deperdita, olim in fine voluminis locum habuisse:—

'Liber planetarum cujusdam discipuli Platonis.
Trimegistus.
Secundus philosophus de diffinitionibus.
Bo[eci]us de unitate.
Liber de differencia spiritus et anime.
Liber methaphisice Avicenne, qui non est completus, sed parum deficit versus finem.'

218.

Membranaceus. In fol. ff. 109. Saecc. xiii exeuntis, xiv. Manibus diversis exaratus, partim binis columnis. Art. i, inter codd. T. Allen, '43,' '38;' ii, '49,' '17;' iii, '50,' '43;' iv–ix, '35;' x, xi, '47,' '46;' xii, '5.'

1. Perspectiva Joh. Peccham, archiep. Cantuar., tribus partibus; cum figuris. f. 1.

Saepe impr.

2. Jacobi de Tharamo (*aliter*, Ancharano) liber dictus Consolatio Peccatorum [*sive*, Processus Luciferi contra Jesum]. f. 25.

Saepe impr.

3. Rogeri Bacon Opus Minus. f. 57.

Caret initio; desinit etiam abrupte, fine tractatus a scriba omisso.

Impr. ex hoc codice (unico, ut creditur, superstite) inter *R. Bacon Opera inedita*, cura J. S. Brewer, 8°. Lond. 1859, pp. 313–389.

4. Fragmentum e conclusione adhortationis cujusdam ad animam. f. 70.

Expl. 'Confessus peccata tua, facito tibimet ipsi racionem, et ora misericordiam Dei, et invenies requiem. Pro hiis agamus gracias Deo, cui gloria in secula seculorum. Amen.'

5. 'Liber Aldredi,' *potius*, Ailredi, 'Rievallensis abbatis, de vinculo perfeccionis.' *ibid.*

Inc. 'Extendisti, Domine, sicut celum tuum.'

Expl. '—in ipso sinu tuo cum ipso aliquando locum quietis indulge. Amen.'

'Exemplar hujus MS. amico meo Jacobo Merloni Horstio, theologo Coloniensi, misi una cum Bernardo per ipsum edendum, A.D. 1641, uti et quod mox sequitur, De vita inclusarum.' Langbainius, in vol. iv. Adversariorum MSS. ejus, p. 410.

6. 'Collacio abbatis Cheremonis;' scil., excerpta e capp. iv–ix. Cassiani collationis undecimae, de perfectione. f. 82.

Fragmentum; desinens ad verba 'adempto timoris' in cap. ix.

Desunt folia quaedam.

7. Excerpta e cap. x–xiv. Cassiani collationis x., sive collationis abbatis Isaac de oratione. f. 83.

8. 'Liber Aldredi abbatis de vita inclusarum.' f. 83b.

Inc. 'Jam pluribus annis a me exigis, soror.'

Expl. '—apud Judicem meum quem timeo pro peccatis meis intercedat.'

9. 'Ieronimus ad Nepocianum de vita clericorum;' *initium solum.* f. 91b.

Desunt quaedam.

10. 'Notabilia excerpta de epistolis domini Roberti Grostete, episcopi Lincoln.,' scil. ab epist. 1 usque ad 89. f. 92.

11. Pars indicis cujusdam in sermones quosdam sive epistolas. f. 94.

Inc. 'Abstinencia: require in dictis ubi *Jejunium*, et dicto, Ascendit Deus in jubilacione, 50.'

Expl. in litera P.; 'Contra literatos nolentes predicare et contra ecclesiasticos scientes [*nescientes*?] predicare 52.'

Numeri sermonum in indice citati attingunt 147.

12. 'Tractatus Rogeri Bacon de laudibus mathematice;' *incompletus.* f. 98.

Incip. 'Post hanc scienciam experimentalem mathematica est dignior et utilior.'

Desin. abrupte cum verbis, '—et Ptholomeus dicit in Almagesti et omnes sciunt astronomi quod tota terra—.' Haec verba, et quae immediate praecedunt, inveniuntur in *Opere Majori*, edente J. Jebb, p. 112.

13. Fragmentum, duobus foliis constans, in quo sunt figurae mysticae, continentes invocationes Dei cabbalisticas (ut vocant), sub nominibus variis e Graeca lingua et aliis formatis, pro studiis artium diversarum prosequendis; scil., 'tercia figura grammatice,' prima et secunda 'nota dyaletice,' et 'prima figura artis rethorice.' ff. **104, 105.**

Inc. invoc. in 3 fig. gramm. 'Principium Deus bonorum omnium atque virtutum, confirma hoc per largitatem Spiritus tui atque virtutem, Gelos, azonimos, azil, letanoloi, samathar.'

14. Bulla Papae Joh. XXII. ad Acad. Oxon. directa de Constitutionibus papae Clem. V., in concilio Viennensi sancitis et eaedem transmissis; Avin. kal. Nov. an. pontif. 2 [1318]. **f. 106.**

15. 'Revocacio penarum constitucionum provincialium Cant. infrascriptarum per rev. patrem Thomam Burgchier, Cant. archiep., A.D. 1460.' **f. 106ᵇ.**

Cf. *Concilia* a Wilkins, iii. 579.

16. 'Modus et forma inducendi aliquem in possessionem beneficii.' *ibid.*

17. Prophetia metrica de Romano quodam papa, et de sedatione (ut videtur), schismatis inter Pontifices anno 1429; versibus duodecim. **f. 107.**

Inc. 'Flamine Romano crescit Britannicus honor.'

18. Visio a Thoma Becket, archiep. Cant., habita quum apud Senonas ageret. *ibid.*

19. Visio cuidam monacho ordinis Cisterciensis apud Tripolym anno 1347 revelata, in qua prophetiae de annis 1350–1365. *ibid.*

20. Prophetia [Galf. Eglyn de Ric. II.]. **f. 197ᵇ.**

Inc. 'Asinus coronatus turbabit regnum.'

21. 'Divisio tocius orbis post diluvium.' *ibid.*

22. Notae de rebus paucis in Anglia gestis annis 1371, 1399, 1403 et 1405. *ibid.*

23. Fragmenta duo e duobus codicibus Polychronici Ranulphi Higden, quorum primum initium libri sexti continet; alterum, finem libri septimi et ultimi, anno 1352, una cum epilogo de morte auctoris et de opusculis ab eo compilatis. ff. **108, 109.**

Opuscula memorata sunt haec, 'Speculum Curatorum, curatis necessarium, Distincciones, que sic incipiunt, Abjicere secundum phisiologos, Petagogicum artis gramatice, In literam (?) Kalendarii, et Derivaciones sub compendio.'

Sequuntur hi versus :—

'Pro quo, fratres, Dominum velitis orare
Ut ad sui gaudium velit collocare
Hunc Ranulphum monachum, qui quesivit a re (*sic*)
Pro labore manuum secum conregnare.'

Synopsin contentorum continet codex Langbain. iv. pp. 409–12.

219.

Chartaceus. In fol. ff. 167. Saec. xvi., versus finem. Inter codd. T. Allen, '27,' '15.'

1. 'Liber Avicennae de anima, qui dicitur Clavis sapientiae majoris in Alkimia;' tractatus alchemicus, in dictiones, sive partes, decem distinctus; *incompletus.* **f. 1.**

Praemissa est tabula capitulorum. Desinit textus ad finem cap. 8. dictionis vi.

Inc. cap. ii. 'Dixit Habohali Avicenna Habucalemi filio suo propter quem hunc librum ediderat.'

2. 'Liber Albuali Avicennae de anima lapidis nostri;' in dictiones decem distinctus. **f. 28.**

Inc. 'In nomine illius qui maior est et dominus totius mundi dixit Albuali Avicennae, istum librum feci de anima.'

3. Excerptum e Platone, de lapide alchemico. **f. 76.**

Incip. 'Plato philosophorum maximus dixit, Natura natura letatur.'

4. Excerpta e tractatu quodam alchemico *Libri Septuaginta* vocato, scil. ex 26 libris de 70. **f. 77.**

Liber i. *Liber Divinitatis*, aliter Divinationis, dictus est, xxiv. *Liber Ludorum*, etc.

5. 'De lapide rebis;' instructio quam dedit Merlzheris ad Fledium. **f. 108.**

Inc. 'Sume ex lapide ubique reperto qui vocatur rebis.'

6. 'Liber 12 aquarum.' **f. 109ᵇ.**

Inc. 'Libelli hujus series 12 splendet capitulis.'
Cf. MS. Ashmol. 1485, fol. 173.

7. 'Liber commutationum.' **f. 111.**

Inc. 'Ut ex antiquorum scientia philosophorum percipitur, omne colorum genus ex mineria ducit originem principalem.'

8. i. 'Interpretationes de Arabico vel Graeco.' **f. 112.**

Inc. 'Aliamen, i. regio.'

ii. 'Interpretationes et experimenta.' **f. 112ᵇ.**

Inc. 'Adoz, i. aqua qua ferrum extinguitur.'

9. Ordo et tituli quorundam ex Libris Septuaginta sicut in alio quodam codice exstabant. **f. 116.**

Tit. 'Hii libri de 70 ita dispositi inventi sunt in libro magistri W.'

10. 'Liber quartus Platonis,' tribus partibus; explicatus ab Hamete filio Hasam rogatu Thebeth. **f. 120.**

Inc. 'Dixit Thebeth Hames filio Hasam, Abrevia nobis quod de revelatione occultorum intellexisti, et expone librum senioris Platonis.'

Expl. 'Dixit Plato, et qui cognovit cognovit quod quedam dictorum nostrorum, etc. *Hic deficiunt multa.*'

Impressus, forma pleniori et ex alia versione, in vol. v. *Theatri Chemici*, 8°. Argent. 1622, p. 114 *et seqq.*

11. [R. Calid Rachaidibi] Liber Trium Verborum. **f. 143ᵇ.**

Inc. 'Hic est liber rudiam (*sic*), liber divinitatis et est liber trinitatis, id est, trium verborum, et hec sunt tria verba de lapide precioso.'

Expl. '—et hoc est siccitas que tingit in citrinitatem unitam.'

Exstat, ex alia versione et forma breviori, in *Artis Auriferae quam Chemiam vocant vol.* i. 8°. Bas. 1593, pp. 352–361; cf. etiam p. 402. Versio 'ex MSᵗᵒ diversam lectionem praebente' item impressa exstat in vol. v. *Theatri Chemici*, ut supra, pp. 217–220.

12. 'Opus quomodo debet fieri Athanor ad dictum e[li]xir faciendum.' **f. 146.**

Inc. 'Hoc modo fiat ut sit longum et magnitudinem quantum tenet.'

13. S. Thomae Aquinatis Tractatus 'de essentiis rerum;' cum praefatione ad R. . . . Siciliae ducem; libri duo: *opus spurium*. **f. 149.**

Inc. cap. i. 'Quoniam divina potentia est infinita.'
Expl. '—multa mirabilia nature sensualiter vidi que nullo modo aut vix possunt alii pervenire, Domino dirigente, quam benedicam in saecula saeculorum. Amen.'
Cf. Quetif, *Scriptt. Ord. Praedd.*, ii. 344-5.
Excerpta exstant in vol. v. *Theatri Chemici*, ut supra, pp. 901-910.

220.

Membranaceus. In fol. ff. 186, binis columnis. Saec. xv. ineuntis. Inter codd. T. Allen, '6,' '44.' In fol. ad finem compacto, 'To Mr. E. Dyer.'

1. Roberti Grosseteste, episc. Lincoln., Summa philosophiae; in 19 tractatus distincta. **f. 1.**

Inc. 'Philosophantes famosi primi fuerunt Caldei a tribus filiis Noe sanguinis vel institucionis originem trahentes.'
Quaedam deesse videntur inter ff. 55-56 et 70-71; alia quaedam desunt in fine, prout fragmentum unius folii parvum hodie testatur.

2. [Pars tractatus per eundem de unica forma omnium.] **f. 81.**

Inc. mutil. in verbis 'quosdam versus temporum peragant.'
Expl. '—et ei ex omni parte simile fingere.'
Impr. inter *Opuscula*, fol. Ven. 1514.

3. 'Secunda questio;' [ejusdem auctoris tractatus de intelligentiis]. **f. 81b.**

Inc. 'Voluisti insuper a me scire quid senciam de intelligenciis.'
Expl. '—rescribendo errorem meum corrigas.'
Impr. *ibid.*

4. Epistola ejusdem, dum adhuc archidiac. Leicest., ad Marg. de Quinci, comitissam Wintoniae, quod Judaeos a comite Leicest. e municipio ejus expulsos non per terram suam Christianos usuris opprimere permittat, sed opere manuum victum quaerere compellat; in qua etiam, secundo loco, queritur de injuriis circa decimas in parochia praebendae ejus a quodam ballivo dictae comitissae commissis. **f. 83.**

Manu quodam saec. xv. epistola male intitulata est, 'Pro Judeis non molestandis.'
Excerpta quaedam brevia in cod. Langbain. iv, pp. 572-4.
Impr. inter *Rob. Grosseteste Epistolas*, edente H. R. Luard, 8vo. Lond. 1861, pp. 33-41.

5. Idem super libros Physicorum Aristotelis. **f. 84.**

Inc. 'Cum scire et intelligere adquirantur ex principiis.'
Expl. '—et finietur motus et tempus cum cessabit hominum generacio. Explicit scriptum Lincol. super libros phisicorum. Jesus, Maria, Johannes.'

6. Idem de statu causarum. **f. 105.**

Inc. 'Aristotiles in primo Philosophie sue supponens causas esse quatuor.'
Expl. '—remotissima est yle, sc. materia prima. Explicit tractatus domini Lincol.: Roberti Grosted de statu, sufficiencia et ordine causarum. Jesus, Maria, Johannes.'
Impr. inter *Opuscula*, fol. Ven. 1514.

7. Idem de luce, sive de inchoatione formarum. **f. 106.**

Inc. 'Formam primam corporalem quam corpus esse nominat lucem esse arbitror.'
Expl. '—in musicis modulacionibus, gestilacionibus et rithmicis temporibus. Jesus, Maria, Johannes. Explicit tractatus R. G. Lincol.'
Impr. inter *Opuscula*, ut supra.

8. Idem de colore. **f. 107b.**

Inc. 'Color est lux incorporata perspicuo terminato.'
Expl. '—quos voluerint ostendunt. Explicit tractatus R. G. Lincol. de colore. Jesus, Maria, Johannes.'
Impr. *ibid.*

9. 'Liber de causis et processu universitatis a causa prima per fratrem Albertum.' **f. 108.**

Inc. 'Difficultates que sunt circa tocius entis principia.'
Expl. (verbis quibusdam codicis quo usus est scriba deficientibus, sive non legendis) '—et non . . . assercionibus nostris inductas . . . postulacionibus s . . .'
Impr. inter *Opera* Alberti Magni, fol. Lugd. 1651, vol. v. pp. 528-655.

10. Roberti Kilwardby, archiep. Cantuar., Liber de divisione scientiarum. **f. 183b.**

Nomen auctoris e tabula contentorum codicis constat; in veteri autem catalogo tractatus dicitur Gualt. Burlaei.
Inc. 'Cum secundum philosophum Aristotelem alioeque philosophos precipuos anima in prima sui creatione est quasi tabula nuda.'
Expl. '—Rethorica est sermocinalis sciencia racisscionativa ['raciscion^a'] circa questionem civilem terminand.' etc.
Praemissa est codici tabula contentorum, ex qua patet haec alia olim contenta fuisse:—
'Albertus de origine statu et immortalitate anime.
Secretum Sigillum Sancti Cipriani Cartaginensis episcopi et martiris.
Confescio ejusdem Sancti Cipriani.
Burley de divisione scienciarum.'
R. E.'

221.

Membranaceus. In fol. ff. 120, binis columnis. Saec. xiv. Utrinque mancus. Inter codd. T. Allen, '9,' '10.' In fol. 87b, manu saec. xvi, 'L. Edovardi (?) de Burgeynay.'

1. Fragmentum e cap. 15 et ult. libri ix. Memorabilium Valerii Maximi. **f. 1.**

Expl. '—et falsi sordida contagione inquinarentur. Explicit liber ultimus Valerii.'

2. 'Mithologie Alexandri Nequam, et alio nomine Sintillarium appellatur.' *ibid.*

In loco nominis veri auctoris, et in titulo et in fine erasi, substituitur nomen 'Alberici,' sub cujus nomine opus exstat anno 1520 impressum. Utrique auctori aeque a Lelando aliisque ascribitur, rectius autem sine dubio Alexandro Nequam.
Inc. 'Fuit vir in Egipto ditissimus nomine Syrophanes.'

3. 'Alexander Nequam super Marcianum de nupciis Mercurii et Philologie.' **f. 34b.**

Inc. 'Marciani Minei Felicis Capelle de nupciis Philologie et Mercurii fabula incipit.'
Expl. '—quasi diceret, Scis quid scriptum et quid scribendum sit.'

4. Hermes 'Tremogistus' de sex principiis. **f. 88.**

Inc. 'Legimus in verbis divinorum hystoriis' (*sic*).
Expl. '—domus in olla, posita sint: qui sapit, exponat.'

5. Anonymi cujusdam Tractatus 'de natura deorum.' **f. 100.**

Inc. prol. 'Ne faleratis utamur sermonibus et exquisitis.'
Inc. textus, 'Primus omnium deorum pater Demogorgon dictus.'
Expl. mancus, in cap. de Palamede, '—ignem maximum fecit ad quem quasi ad refugium veniens Ulixes—.'

222.

Membranaceus. In fol. ff. 183. Saec. xiv. ineuntis. Mancus ad finem. Manibus tribus exaratus.

Henrici de Bracton de legibus et consuetudinibus Angliae libri quinque; praemissa indice.

Desunt duo folia ultima; explicit textus cum verbis, 'et capta in manu domini Regis detineat,' quae versus finem sect. 7. in cap. 31. tract. v. libri quinti occurrunt.

Hic illic notae paucae historicae de casibus citatis interspersae sunt; quaedam etiam memoranda a scribis de transcriptione codicis, scil. in fol. 1, 'Mem. de una quaterna que est cum Johanne Longe;' 'Mem. quod continentur in isto libro viginti quinque pecie et Kalendare;' fol. 90, 'Sunt cum Johanne Longe duo quaterni de assisa nove desis.;' f. 130[b], 'Mittuntur J. de Bello Prato septem pecie et dim. subsequentes rubricam, [non] *est capienda conviccio super conviccionem*, et de illis teneatur respondere domino.' Hae autem 'septem peciae' quae, (ut videtur) tract. vi. libri quarti, de dote, continebant, nunquam in locum suum restitutae fuerunt; idcirco tractatus iste sextus omnino deest.

223.

Membranaceus. In fol. ff. 260, binis columnis. Saec. xiv. Picturis hic illic ornatus. Utrinque mancus.

The Romance of Lancelot du Lac, in French prose; by Walter Mapes; parts iii, iv, v.

It begins in the 32nd section, fol. xxiiij, vol. iii. of the edition printed at Paris in 1533, at the words 'lespee pour lui ferir, et cil guencist au cop,' and ends in the last section but one of that volume, fol. clxi, at the words, 'auoit la lordene de provoire li quil cantoit chascun iour messe.'

At the end of part iii (fol. 76[b]), before the commencement of 'des Aventures del Graal,' is this colophon, 'Si fenist chi maistres Gautiers Map son liure, et commenche a parler del Graal,' and at the end of part iv. (fol. 172[b]) the following: 'Quant il orent mangiet acouit li rois fist venir auant les clers, qui metoitoient (*sic*) en escrit les auentures achiaus de laiens, et quant Boors ot contees les auentures del saint Graal teles come il les aueit ueues, si furent mises en escrit et gardees en laumaire de Salesbieres. Dont maistres Gautiers Maap lestaist (*sic*) a faire son liure del saint Graal por lamour au roi Henri son singnur, ki fist lestoire translater de Franch' en Latin. Si sentaist a tant li contes que plus non dist des auentures des Graal.'

La Queste del Saint Graal was edited separately, from MS. Reg. xiv. E. 3 in Brit. Mus., for the Roxburghe Club by F. J. Furnivall, in 1864. The book is there said to have been translated from Latin into French, not, as above, from French into Latin.

224.

Membranaceus. In fol. ff. 187, binis columnis. Saec. xiv. Literis initialibus eleganter ornatis. 'Hunc librum habui ex bibliotheca quam Pius 2[us] Pontifex Maximus Sienis fundavit. K. D.'

Decadis primae Historiarum Titi Livii Italica versio.

Inc. prol. 'Io non soe altutto bene certamente sio faroe alcuna utilitade.'

Praemissa est explanatio titulorum officialium aliorumque verborum in usu apud Romanos.

Folium primum historiae habet in margine scutum gentilitium quadripartitum, ab angelis portatum, bene depictum, in quo, 1 et 4, aquila nigra alis extentis super tabula aurea, 2 et 3, serpens purpureus, flammas rubras evomens; in summo, corona aurea. Subtus depictus est lacus septo inclusus, anatibus innatantibus.

Exemplar alterum hujus versionis exstat inter codices Canonicianos Italicos, 146; cf. Catal. per A. Mortara, coll. 155-7.

225.

Membranaceus. In fol. ff. 243, binis columnis. Saec. xiv.

'Summa judicialis de accidentibus mundi, quam compilavit magister Johannes de Eschendene;' libris duobus.

Inc. prol. 'Intencio mea in hoc libro est compilare sentencias astrologorum de accidencium pronosticacione que accidunt in hoc mundo ex corporum superiorum volubilitate.'

Ad calc. 'Completa est hec compilacio tractatus secundi Summe Judicialis de accidentibus mundi 18° die mensis Decembris, anno Christi 1348.

'Explicit Summa Judicialis de accidentibus mundi secundum magistrum Johannem de Esshendene, quondam socium aule de Mertone in Oxon., cujus anime propicietur Deus. Amen.'

Impr. fol. Ven. 1498.

In fol. ad finem compacto est nota paene erasa de depositione hujus libri in cautionem: '... excepta in cista de Langton (?) anno Domini M.CCCCVI, octavo die Februarii. Ja[cet] pro xx[s].' Ibidem etiam, manu saec. xvi, nomen, 'Thomas Corbett.'

226.

Membranaceus. In fol. ff. 234. Saec. xiii. ineuntis. In vet. catal. codd. T. Allen, 2; item, '24.' Bene exaratus, hic illic literis initialibus depictis.

1. Liber Esaiae prophetae, glossatus [per Gilbertum Autissiodorensem, postea Londinensem episcopum, *Universalem* dictum.] **f. 1.**

Inc. praef. 'Nemo cum prophetas versibus viderit esse descriptos.'

2. Liber Hieremiae prophetae, glossatus [per eundem]. **f. 96.**

Inc. praef. 'Deus ad benefaciendum promptus est, ad puniendum dissimulator.'

3. Threni Hieremiae, glossati per eundem. **f. 198.**

Inc. praef. 'Sunt Cantica canticorum, sunt et Lamentaciones lamentorum.'

Ad calc. 'Suffitiant hec ad exposicionem Lamentacionum Jeremie, que de patrum fontibus hausi ego Gillibertus, Altisiodorensis ecclesie diaconus.'

227.

Membranaceus. In fol. ff. 270. Anno 1461 pulchre descriptus et ornatus. Inter codd. T. Allen, '5.'

Officia divina [in usum abbatiae de Abingdon, in com. Bercheriensi].

1. Orationes 'cum induit se abbas vestimentis episcopalibus,' et forma pro exorcismo salis. **f. 1.**

2. Calendarium. **f. 7.**

Commemorationes insunt abbatum et priorum variorum quorum nomina inveniuntur in fastis monasterii Abendoniensis; item, ad diem 23 Oct. sunt haec, literis caeruleis, 'Dedicacio ecclesie Abendone.'

3. Missale, a die Paschae usque ad diem S. Thomae apost.; sequuntur, commune sanctorum, missae de S. Trinitate et de Cruce, etc., atque orationes generales. f. 13.

Ad calcem hi versus, literis rubris :—
'Scriptori merita mater pia, redde, Maria,
Annus millenus quadringenus tibi notus
Et sexagenus primus tunc, ecce, repletus.'
Quatuor folia, olim subsequentia, hodie desunt.

228.

Membranaceus. In fol. ff. 79, praeter schedulas quasdam ad ff. 47, 48, et 75 insertas; binis columnis. Saec. xiv. Inter codd. T. Allen, '23,' '61.' In primo folio est nomen, manu antiqua, 'Stevenson;' et in fol. 2^b, manu saec. xv, tabula contentorum.

1. Glossa brevis super tractatum [Johannis de Sacro Bosco] de Sphaera. f. 1.

Inc. '*Spera est circumferencia d[imidii] c[irculi], etc.* Et notato quod hic agitur de motu.'
Expl. '—hoc est, non oriuntur existentibus sub equinocciali. Explicit.'

2. Brevia de quatuor climatibus mundi et de septem planetis. f. 1^b.

3. 'Incipit quidam tractatus de 7 planetis et 12 signis et de multis aliis rebus sub compendio traditus;' *initium solum, ibid.*

Inc. 'In principio creavit Deus celum et terram. In primo ordinavit 12 zodiaci circuli signa.'
Desunt quaedam.

4. 'De signacione puerorum in qua die nascuntur.' f. 3.

Inc. 'Sol est mundi oculus.'
Ad calc. 'Expliciunt signaciones puerorum in qua die nascuntur per 7 planetas, et nomina et natura 12 signorum.'

5. [Alexandri de Villa Dei] Massa Compoti, metrice, cum praefatione atque commentario prosaice scriptis. f. 3^b.

In quatuor partes divisa: 1 de calendis; 2. de cunctis terminis; 3. cyclum solare; 4. cyclum lunare et epactae.
Inc. praef. 'Licet modo in fine temporum constat habere plures radices [*sic; lege* codices] qui de arte calculatoria videantur posse sufficere.'
Inc. textus: 'Aureus in Jano numerus clavesque novantur.'
Desinit incompletus ad lineam,
'Et noctes equant Aries et Libra diebus,'
quae invenitur in fol. 194 codicis Ashmol. 1522, ubi textus (sine commentario) desinit in fol. 198^b.

6. Commentarius [Haly ibn Rodhwan] in Centiloquium Ptolomaei. f. 8.

Inc. '*Sciencia stellarum ex illis et ex te est.*'
Expl. in cap. 100, '—quia luna sub terra tunc erit, sed si fuerit inter. *Imperfectum.*'
Impress. cum *Quadripartito* Ptolomaei aliisque astronomicis, fol. Ven. 1493, sed versus finem omnino differunt et textus et commentarius in exemplari nostro.

7. 'Liber Messahalle intencionum secretorum astronomie.' f. 12^b.

Inc. 'Precepit Messehallach ut constituas ascendentem per gradum suum atque minuta et 12 domos certissime, et dixit quod interrogaciones sunt tribus modis.'
Expl. '—Qui est principium et radix tocius sciencie, qui sit benedictus. Amen.'

8. Tractatus Galfridi de Meldis de stellis comatis. f. 14.

Ex Johanne Damasceno, Aristotele, Ptolomaeo atque Albumazar confectus.
Inc. 'Omnibus in stellarum sciencia studentibus Galfridus de Meldis presentem cedulam corrigendam.'

9. 'Tractatus de 28 mansionibus lune.' f. 14^b.

Inc. 'Prima mansio lune ab antiquis philosophis vocatur Alnach.'

10. [Introductio, sive canon, in Almanach Profacii.] f. 15^b.

Praemittitur in hunc brevem tractatum anonymum descriptio haec, manu secunda saec. xiv:—'Apparet ex fine quod sit introductorium Profacii Judei in almanak suum, et ex principio apparet quod sit exposicio quorund[dam] terminorum requisitorum ad ipsum almanak pro theorica cognoscenda.'
Inc. 'Astrologie floridos fructus quivis efficaciter metere concupiscat.'

11. Albumazar Flores astrologiae; libris duobus. f. 16.

Inc. 'Oportet te primum scire dominum anni.'
Impr. 4°. Ven. s. a.
In margine inferiori haec addit scriba;—'Hoc inveni in prologo alterius exempli hujus libri: hic est liber quem collegit Albumasar de floribus eorum que signant res superiores in rebus inferioribus, et quid sit in revolucione annorum et mensium ac dierum, et erat hunc librum deferens secum in peregrinacionibus quia posuit in eo flores rerum et cetera de hiis que elegit et placuerunt sibi, et incipit sic, Dixit Albumasar.'

12. 'Compotus sancti Roberti Grosteste Lyncoliensis episcopi, modo prolixo et bono;' duodecim capitulis. f. 20.

Inc. 'Compotus est sciencia numeracionis.'
Expl. 'Ab hiis autem ceterorum jejuniorum observacio patriarum consuetudinibus est permissa.'

13. Tabulae duae calendares. f. 27^b.

14. 'Liber morum de regimine dominorum, qui alio nomine dicitur Secreta Secretorum, editus ab Aristotile ad peticionem Alexandri imperatoris.' *ibid.*

In margine superiori haec notat scriba:—'In isto libello primo ponitur prologus, deinde tabula contentorum in libro, deinde prologus cujusdam doctoris in commendacionem Aristotilis, deinde prologus Johannis qui transtulit librum istum, deinde epistola Aristotilis ad Alexandrum deinde incipit liber Aristotilis, deinde phisionomia Aristotilis ad Alexandrum.'
Post verba 'semper ad meliorem et probabiliorem partem,' cum quibus concluditur textus in impressis, haec sequuntur:—
i. 'Capitulum Aviconne [Avicenne?] de serpentibus.' f. 38^b.
Inc. 'Capiantur vipere cum est finis veris.'
ii. 'De fructibus planetarum.' f. 39.
Inc. 'Cupientibus habere fructum planetarum primo oportet scire quid sit eorum ordo.'
Ad calc. (f. 40^b), 'Explicit liber de secretis secretorum Aristotilis.'

15. 'In nomine Dei et ejus auxilio incipit Liber Alfragani in quibusdam collectivis Sciencia astrorum et radicum motuum planetarum, et est triginta differenciarum, interpretatus a Johanne Hispalenum sub Dei laude.' f. 41.

Impress. sub tit. *Rudimenta astronomica*, 4°. Norimb. 1537, et alibi.
Schedulae duae, notulas quasdam habentes, foliis 47^b, 48, consutae sunt.

16. Tabulae quaedam pro planetarum motibus calculandis, ita in tabula contentorum (f. 2b) descriptae: '3 cicli conjunccionum et opposicionum cum eclipsibus.' **f. 50.**

In f. 51b, 'Tabula eclipsium solis pro primo ciclo, cujus principium est annus Domini 1330, cujus autem finis est annus Christi 1348.'

17. 'Tractatus de utilitatibus equatorii planetarum magistri Johannis de Lineriis.' **f. 53b.**

Inc. 'Descripciones que sunt in equatorio notificare.'
Expl. '—a fine arcus zodiaci seu equantis usque ad principium. Explicit ars utendi equatorio planetarum magistri Johannis de Lineris. Corrigitur secundum exemplum.'

18. 'Liber lune;' tractatus de 28 mansionibus et 28 imaginibus lunae, et de 54 angelis 'qui serviunt ymaginibus.' **f. 54b.**

Desinit abrupte, incompletus, in verbis, 'in cujus facta fuerit sepeliatur et non ledet medium.'

19. Proportiones motuum [Thomae Bradwardini archiep. Cantuar.] **f. 56.**

Inc. 'Omnem motum successivum alteri motui in velocitate proporcionari contingit.'
Ad calc. 'Expliciunt proporciones,' addit manus saec. xv, 'Bradewardyn.'
Impressae exstant.

20. [Johannis de Sacro Bosco] Tractatus de sphaera. **f. 61b.**

Inc. 'Tractatum de spera in 4 capitula distinguimus.'
Impr. exstat.

21. Commentarius anonymus in tractatum praecedentem. **f. 66.**

Inc. 'Una sciencia est nobilior vel melior alia duabus de causis.'
Expl. '—per prius et posterius ut ibidem declaratur. Explicit. Finita est ista compilacio super materiam de spera celesti.' Citatur Ovidius.

22. Regulae de responsis astrologicis per literas alphabeti Hebraici calculandis. **f. 73b.**

Inc. 'Omne aut cognomen hominis cujusdam inauditum vel rei.'
Expl. '—pro *e* pura et simplici *alef* scias subputari.'

23. Tractatus de virtutibus septem planetarum. **f. 74.**

Inc. 'Gloriosissimus et subtilissimus Deus, Creator omnium rerum, ordinavit in vii. speris vii. planetas.'
Expl. '—et tu qui facis debes esse mundus.'

24. 'Liber Messehalla de significacione planetarum et plagis terre;' in 12 capitulis; a Johanne Hispalensi translatus. **f. 75.**

Inc. cap. i. 'Quia Deus altissimus fecit terram ad similitudinem spere.'
Impr., sub tit. *De conjunctionibus planetarum*, una cum Ptolomaeo, fol. Ven. 1493, et alibi.

25. [Alberti Magni] Tractatus de libris astronomicis licitis et illicitis. **f. 76.**

Inc. 'Occasione quorundam librorum apud quos non est radix sciencie.'
Impr. inter *Opera* Alberti, vol. v. p. 656.
In margine superiori haec notat manus saec. xiv: 'Tractatus magistri Philippi cancellarii Parisiensis de libris astronomie qui tenendi sunt secundum integritatem fidei catholice et qui non.'
Olim, secundum tabulam veterem contentorum codicis, hic sequebatur, 'Liber alkymicus prolixus.'

229. [B. N. 18.]

Membranaceus. In fol. majori. ff. 207. Saec. xiii. Binis columnis; bene scriptus et servatus; notis marginalibus, diversis manibus, per libros Pentateuchi et Nov. Test., interspersis.

Biblia Vulgata, cum praefationibus Hieronymi.

Psalmi adduntur manu secunda ad calcem librorum Vet. Test.
Accedunt ad finem codicis:—

1. Tabula alphabetica interpretationum nominum propriorum. **f. 197.**

Ad calc. 'Expliciunt interpretaciones Biblee. Quod Symon Andrew.'

2. Tabula epistolarum et evangeliorum pro diebus Dominicis et diebus sanctorum per annum. **f. 207.**

Notat, ad f. 207b manus saec. xiv, 'precii c*s*,' (figura autem *c*. pro altera substituta) et in fol. ad initium compacto sunt haec, 'Gybbys. xxx*s*.'

230.

Membranaceus. In fol. majori. ff. 223. Saec. xv. Binis columnis; bene exaratus. Inter codd. T. Allen, '4.' Deest fol. unum in initio, item alterum inter ff. 27, 28.

1. 'The Sege of Thebes,' a poem by John Lydgate; in three parts. **f. 1.**

The first leaf, containing the greater portion of the prologue, is lost.
Beg. 'Fully in purpos to come vnto dinere
Vnto Ospringe and breke þere oure faste,
And whanne we weren fro Caunterbury paste.'

2. 'The Sege of Troye,' [by Lydgate]; being his version of Guido de Colonna's translation of Dares Phrygius; in five books. **f. 28.**

The first leaf is also wanting here, having probably been cut out for the sake of some illuminated initial.
Beg. (in prol.) 'The sothfast pith to impe it in oure þought.'

3. 'The Sege of Jerusalem,' [by Adam Davie, or by Lydgate]; being a narrative of our Lord's Passion, and legends of Pilate and Vespasian, and of the capture of the former when Jerusalem was taken. **f. 195.**

Beg. 'Lystneth alle that ben alyve
Bothe cristen man and wyve,
And I wole ȝow telle a wonder cas
Howe Jhesu Crist byhated was.'
Other copies are in Laud MS. 622 and Douce 78.
At the end, in red letters,
'Pees makith Plente,
Plente makith Pride,
Pride makith Plee, } And therfore
Plee makith Pouert,
Pouert makith Pees.
Grace growith aftir gouernaunce.'
On a fly-leaf at the end, 'Fran. Richarde,' and in the same hand (of sixteenth cent.), 'If happ helpe not Hope is hindered. William Gresley.' In the upper margin of f. 39b is written, 'The trwyffe (?) of wemenne quod Fynderne.'

231. [B. N. 19.]

Membranaceus. In fol. majori. ff. 340. Saec. xv. Bene exaratus atque servatus. 'Hunc librum habui ex bibliotheca quam Pius 2us, Pontifex Maximus, Sienis fundavit. K. D.'

Marci Tullii Ciceronis Orationes.

Insignia gentilitia in primo folio olim, ut videtur, depicta quidam barbarus erasit; tres autem virorum imagines totidemque mulierum, forsan verae icones, remanent in oris ejusdem folii eleganter depictis.

Ad init. voluminis haec notata sunt: 'Codicem hunc MS. cum editione Jacobi Gronovii in 4°. contuli Maii 2do CIↃ.DCC.IX. Tho. Hearne.'

232.

Membranaceus. In fol. majori. ff. 157. Saec. xv. Binis columnis; bene scriptus. In fol. 157^b^, 'Edward Atkinson, his booke, 1605.'

Lydgate's Siege of Troy; in five books, with prologue, 'lenvoye' to Hen. V., and the two final stanzas of 'Verba Translatoris ad librum suum.'

There are miniatures at the beginning of the prologue and of each of the books; the first one represents Lydgate kneeling and presenting his work to the king. But the manuscript does not as a whole merit the description given by Warton, who says (*Hist. of Engl. Poet.* § xxiii.) that 'from the splendour of the decorations it appears to be the copy which Lydgate gave to Henry the Fifth.' At the bottom of the first page is the coat of arms (arg. a chevron sable between three tuns) borne by the Vintners' Company, and granted to them in 1442; it is not therefore likely that the manuscript was written as a presentation-copy for King Henry V.

At f. 105 are written in the margin some trifling religious lines beginning with the successive letters of the alphabet from A to S.

233.

Membranaceus. In fol. majori. ff. 227. Saec. xv. ineuntis. Binis columnis; bene scriptus. In fol. ad calcem compacto, 'Loyallte me ley. Mary Hastyngs, Hungreford, Bottreaux, Molliens [Molines] and Mulles [Moeles]. God help me. M. H. H. M. B. M. H.' (?); in fol. 227^b^, 'Arthur Gresley,' 'Geo. Gresley.' Inter codd. T. Allen, '1, 2.' Deest fol. unum inter ff. 116, 117.

1. Translation into English of the treatise by Ægidius de Columna *De Regimine Principum.* f. 1.

One leaf, containing chap. xx. of the third part of book ii., with the list of chapters in part i. of book iii., is wanting, having been probably cut out for the sake of the illumination prefixed to book iii. The first book has at its commencement a miniature representing the presentation of the work by the author, in the habit of a monk, to King Philip of France, and the second book a similar miniature, in which the author kneeling before the King, addresses him, as he draws near the door of his house, followed by his household, on the duties of family life.

'To his special lord icome of kynges blood and of most holy kyn sire Phelyp þe eldest sone and heire of þe passyng clere man sire Phelyp.'

End, '—cheef quiete and reste, þe whiche pees God graunteþ and byhoteþ to his owne trewe servantes, þat is iblessed for everemore. Amen.'

2. Translation of Vegetius *De re militari.* f. 183.

Tit. 'Here bygynneþ a schort tretys þe whiche Vegesius þat was þe worschepful Erle Renate is sone wroot to þe Emperoure of Rome, þe whiche tretis is depertid in foure books;' *etc.*

Prol. beg. 'In olde tyme it was þe manere and þe costome þat sotelteis and studies of hie craftis.'

Treatise ends, '—þan eny olde doctrine or lore in bokes hath schewed. Explicit. Here endeth þe book þat clerkes clepum in latyne Vigesius de re militari, þe book of Vigesii of dedus of knyȝthod, þe whiche book was translated and turned fro latyn into englishe at þe ordinaunce and byddynge of þe worthi and worschepful lord sire Thomas of Berkeley to gret disport and dalyaunce of lordes and alle worthy werryours þat ben apassed by wey of age al labour and trauaillyng, and to grete informacioun and lernyng of ȝonge lordes and knyȝtes þat ben lusty and loueþ to here and see and to vse dedus of armes and chiualrye. Þe turnynge of þis book into englisch was wretoun and endud in vigil of al halwes, þe ȝeer of oure lord a þousand foure hundred and eiȝte, þe x^e^ ȝeer of Kyng henry þe ferþe. To him and to vs alle god graunt grace of oure offendynde (*sic*) space to oure amendynge, and his face to seen at oure endyng. Amen.

This is his name þat turned þis book fro latyn in to Englische, worschepful ꟷ toun.'

The name of the translator was evidently therefore *Clef-* or Clif-ton. Another copy, with the same enigmatical colophon, is in Magd. Coll. MS. 30; *comp.* Mr. Coxe's Catalogue. Tanner supposed from the connection of the translator with Sir Thomas Berkeley that the version was made by John Trevisa, who was vicar of Berkeley at the time, and translated Barth. Glanville's treatise *De proprietatibus rerum* and Higden's *Polychronicon* at the request of the same Sir Thomas Berkeley.

234 *a, b, c.*

Tres codices chartacei. In 4°. Saec. xvii. ff. 57, 40, et 38.

1. (*a*) 'Catalogus librorum manuscriptorum quos publicae Bibliothecae academiae Oxoniensis dedit Kenelmus Digby, Eq. Aur., anno 1634;' cum numeris olim Allenianis, additis etiam numeris in ordine novo.

Bene scriptus. In tegmine affixum est hoc memorandum de advectione codicum, atque etiam de allocatione eorundem inter parietes bibliothecae:—

'Decemb. 31, 1634, Delivered then to Mr. Joh. Rowse, Biblioth., of Sir Kenelme Dygbies guift [15] chests of manus. books conteyning 233 volums 5 rowles and a Catalog of them in velam guilt. By mee, Rob. Pinck, Vicecan.'

2. (*b.*) Exemplar secundum ejusdem Catalogi, in usum commune transcriptum.

3. (*c.*) Exemplar tertium.

235.

Membranaceus. In fol. ff. 270. Saec. xv. Binis columnis. Inter codd. T. Allen, '18.' Anno 1825 emptus, et in locum a Digbaeo destinatum feliciter reductus. Duo folia exscissa sunt inter ff. 183, 4.

1. Rogeri Bacon Opus Majus. f. 1.

Inc. 'Sapiencie perfecta consideracio consistit in duobus.'

Paginae 249–295 ex altero et antiquiore exemplari, saeculo scilicet xiv. exarato, desumptae sunt, quibus scriba secundus suas schedas juxta ordinem contentorum cura diligenti annectit.

Ad p. 304, 'Finit 5ta pars majoris operis fratris Rogeri Bacon.' Deinde sequuntur—

i. 'Tractatus magistri Rogeri Bacon de multiplicacione specierum.' p. 305.

ii. 'Pars 6ta hujus persuasionis et est 6ta pars majoris operis de sciencia experimentali.' p. 389.

Desin. '—et secreta nature et artis indagarent.'

Hucusque impressum exstat *Opus*, cura Sam. Jebb, fol. Lond. 1733.

iii. 'Pars septima hujus persuasionis de morali philosophia, habens distincciones et capitula . . .' p. 421.

Inc. 'Manifestavi in precedentibus quod cognicio linguarum, et mathematica.'

Desin. 'Et alibi, Nolite tangere christos meos. Et quid potest homo plus petere in hac vita?'

Ad initium codicis compactum est folium unicum e codice quodam saec. xiv., continens capp. xiii–xvi. cujusdam historiae de Tartaris, cum titulo suprascripto 'Tempora Vacacionis Imperii.' Capitula his titulis insignita sunt: 'xiiij. De potestate imperatoris [*scil.* Tartarorum] et ducum ejus. xv. De eleccione imperatoris Occoday [*scil.* post mortem Chingiscan] et legacione ducis Bacy. xvi. De legacione Cyrpodan ducis. xvij. Qualiter Tartari se habent in preliis.'

236.

Membranaceus. In fol. Saec. xiv. ff. 195. Binis columnis. Inter codd. T. Allen, '11,' '51.' Anno 1825 a Bibliotheca acquisitus eodem modo ac codex praecedens.

1. Commentarius Procli in Platonis Parmenidem, libris septem; [ex versione Gulielmi de Morbeka?]. **f. 1.**

Inc. 'O . . . (?) deos deasque omnes.'

Expl. '—abnegaciones silencio autem conclusit eamque de ipso theoriam.

Explicit 7us liber exposicionis Procli in Parmenidem Platonis.'

Hic illic verba omissa sunt quae scriba in exemplari quo usus est legere (ut videtur) non potuit.

2. [Liber Procli de providentia et fato, ad Theodorum], capitulis quatuordecim, ex versione Gul. de Morbeka. **f. 150.**

Inc. 'Conceptus quidem tue anime, amice Theodore.'

Ad calc. 'Expleta fuit translacio hujus operis Corinthi 14^a die mensis Feb. anno Domini M.CC.LXXX. per fratrem G. de Morbeka archiopiscopum loci.'

3. Ejusdem liber de subsistentia malorum; ex versione translatoris ejusdem. **f. 158.**

Inc. 'Plato quidem magnus in primo Legum adamantinis ut est dicere sermonibus.'

Ad calc. 'Explicit liber Procli de subsistencia malorum, et completa fuit translacio ejusdem Corinthi a fratre Guillelmo de Morbek archiepiscopo Corinthiensi, anno Domini 1280, 22 die Febr.'

4. 'Epistola Averoys ad amicum qui intitulatur qualiter possit Deus singula scire.' **f. 184.**

Inc. 'Inpegisti, inquis, in illam dubitacionem que circa scienciam Dei eternam consuevit accidere, quomodo, scilicet, possit Deus absque sui mutacione universa et singula scire.'

5. 'Tractatus ejusdem de perfeccione naturali intellectus secundum mentem philosophi.' **f. 185.**

Inc. 'Intencio mea in hoc tractatu nobilissimo est declarare secundum principalem intencionem philosophorum.'

Expl. '—et sua essencia perfeccior est ut recipiat formam; si autem forma non esset, nec materia.

Explicit tractatus Averroys de perfeccione naturali intellectus secundum mentem philosophi, et forte modicum deficit.'

Impr. sub tit. *Tract. de animae beatitudine*, f. 64. vol. ix. Operum Aristotelis, per Juntas, Venet. 1550, et alibi.

6. 'Tractatus Averoys de separacione primi principii,' cum prologo interpretis Alphonsi cujusdam Toletani. **f. 190.**

Inc. prol. 'Pro tractatu sequente est advertendum ad id quod Averoys dicit in principio hujus tractatus, scil. quod non est alia via ad prod. vel ad affirmandum aliquid separatum esse nisi via motus qua incessit Aristoteles.' Postea sequuntur haec:—'Credo quod sit iste tractatus qui dicitur de separacione primi principii, quoniam apud nullum de lingua Arabica vel Latina inveni alium tractatum de hac materia quanquam diligenter perquisivi.' Postea, juxta finem, 'Scivit enim Averoys optime Almagestum. Nam vidi per eum Almagesti abbreviatum, quem librum fecit transferri Rex Alfonsus Magnus, et habetur Bononie et in Hispania. Hec sunt verba magistri Alfonsi translatoris hujus tractatus, qui intitulatus Contra aliquos Avicennistas ad prod. primum necesse esse, id est, primum principium, scil. Deum, ipsum esse abstractum a materia, scil. per se subsistentem, et potest verius intitulari Tractatus Averoys de separacione primi principii.'

Inc. textus, 'Inquit Alkaid et senescallus vel judex Abualualit Benrost quod qui inspexerunt in sciencia secundum viam Viatorum, scil. Peripateticorum.'

Expl. '—quod primum principium est unum, et quod [non] indiget alio principio nisi ex habundanti. Explicit addicio Averoys super demonstracione Aristotelis dicentem (*sic*) primam causam esse unicam, infinitam in duracione et vigore, et ipsam esse causam omnium rerum ultimatam, et iste tractatus translatus fuit a magistro Alfonsio Dionysii de Vlixbona Hispano apud Vallem Toleti, interprete magistro Alfonso converso, sacrista Toletano.'

7. Narratio de Averroe et rege Saraceno Cordubensi, in laudem ejusdem Averrois. **f. 194b.**

Inc. 'Sciendum quod retulit mihi Alfonso unus fide dignus Judeus, medicus regis Castelle, quo inter Judeos neminem inveni meliorem et veraciorem, quod in cronicis Saracenorum legitur pro constanti quod iste solempnissimus amator philosophice veritatis, precipuus ac philosophie Aristotelis singularis evulgator, quem nos Christiani communiter vocamus commentatorem Averoys.'

Expl. 'Ex hiis patet quare dicitur Averoys Alcayd in principio precedentis tractatus. Explicit.'

ROTULI.

I.

Membranaceus, decem schedis simul consutis constans; paucis quibusdam verbis in initio carens.

Processus in curia Romana anno 1312, inter Fratres Ordinis Predicatorum apud Oxonium commorantes, ex una parte, et Cancellarium Magistrosque Universitatis Oxon., ex altera, in quo recensentur statuta de gradibus academicis anno 1251 edita, variaque annis 1311–12 apud Oxonienses gesta.

Narratio brevis de tota re hic agitata, ex hoc rotulo pro maxima parte confecta, invenienda est in libro Ant. à Wood, *Hist. and Antiq. of the Univ. of Oxf.* [1792], vol. i. pp. 376–380.

In calce sequuntur certificationes notariales, hac forma:—

'Et ego Pax, quondam Guidarelli, de civitate Castelli clericus, publicus imperiali auctoritate notarius, predicta omnia acta habita et actitata, coram reverendo patre domino Ricciardo sancti Eustachii diacono Cardinali, prout in Regestro magistri Guillielmi notarii suprascripti inveni, ita hic in hiis decem peciis de pergameno transcripsi, nil addens vel minuens quod sensum mutet vel intellectum, nisi forte punctum vel silabum, et de licencia ipsius Guillielmi in hac publica forma redegi, et in juncturis earum signum meum apposui consuetum in testimonium premissorum.

'Et ego Guillielmus Toringhelli, clericus Lucanus, publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius, et dicti domini Cardinalis scriba, acta predicta omnia habita et actitata coram predicto domino Cardinale prout in Regestro ipsius domini Cardinalis de verbo ad verbum scripseram, ita hic per Pacem notarium predictum in istis decem peciis pergameni simul sutis, et in juncturis earum meo et dicti Pacis signo signatis, transcribi feci, et quia facta collacione de dicto Regestro ad hanc copiam ipsa concordare invenimus, ideo me subscripsi et signum apposui consuetum.'

II.

Membranaceus, perlongus, pedum sexaginta unius; bene scriptus. Saec. xvi. ineuntis.

'Nomina custodum London;' being the Chronicle of London, from the accession of Rich. I, 1189, to the third year of Hen. VIII, 1511, in English.

To the year 1442, 21 Hen. VI, the Chronicle agrees *verbatim* with the text printed from Harl. MS. 565 by Sir H. Nicolas in 1827; for the year 1443 the narrative is continued in English, but thenceforward to 1489, 5 Hen. VII, the entries are few, brief, and in Latin. At 1490 the English narrative is resumed in a full form, and ends with the names of the Lord Mayor and Sheriffs 3 Hen. VIII. Under the year 1498 is an account of the blessing of a new ball and cross for St. Paul's steeple by the Bishop of London, which is printed in vol. xxvii. of the *Journal of the Brit. Archæol. Assoc.*, pp. 127–8 (where for 'oute' read 'once,' and for 'six ynche' read 'xi ynche').

On the back of the roll are—

1. A list of 'The Craftes in London,' in number 72.
2. 'Nomina omnium ecclesiarum parochialium infra civitatem London et franc[hisas] ejusdem.'
3. Assessment of each ward for the tax of a fifteenth.
4. Table of regnal years from the Conquest to Hen. VIII, with the days of accession, coronation, and death.

III.

Membranaceus, saec. xv.

1. 'Tractatus arsmetrice,' sive ars mensurandi; cum figuris.

'Dicitur ars metrica de *Ars, tis*, et *metros* quod est *mensura*, quasi Ars mensurandi. Dividitur autem iste tractatus in tres partes, scil. in altimetriam, planimetriam et profundimetriam.'

2. Astrologica quaedam; de quaestionibus variis determinandis, etc.
3. Translation of [chaps 1–5 of the 'Exafrenon prognosticorum temporis' of Rich. Wallingford, abbot of St. Alban's.]

Beg. 'To the perfyte knowlage of the synes of the craft of astronomye.'

End, '—þe thyrd face as þus i. þe figures of þis . . . in þe nexd tabil foluand.'

See another copy in MS. 67 *supra*. There is the same passage here about the tables (for which blank spaces are left), but ending, 'the wyrshypfull prelate þat *this* treite made.'

IV.

Membranaceus. Saec. xiv. exeuntis sive xv. ineuntis.

A treatise of Palmistry, written at the desire of an English lady.

Beg. 'Ryȝt noble and reuerent Ladi, As Poetys dyties recordene, the prayer of the souereyn is a violent maner of comavvndement, which semeth not ȝe soiet in no wyse disobey. This made me to awake as fro my long slep of sadness whan yowre chargaunt prayer sownd in my erys, where in I conceyuyd that yovvre reuerence likyd I shuld conuerte my stody a lytyl space to make you a smalle tretyse of Palmestrie, and declaren it in open speche of owre modir langage.'

V.

Membranaceus. Saec. xiv.

Calendarium astronomicum, cum tabulis ad cognoscendam quantitatem diei, crepusculi, atque noctis per verum locum solis.

APPENDIX.

CATALOGUS ALIORUM CODICUM MSS. QUOS ANNO 1622 POSSEDIT T. ALLEN, QUI HODIE INTER CODD. DIGBEIANOS NON REPERIUNTUR.

Excerptus e Catalogo in cod. Wood. F. 26 asservato.

In Folio.

9. Rob. Lincoln. de Intelligentiis.
   Idem de cessatione legalium.
   Ejusdem Exameron.
   Chronicon de Anglia et de rebus in ea gestis, et illius regibus.
   Speculum chronicorum.

12. Vitae Pontificum Romanorum.
   Vitae archiepiscoporum Cantuar.
   Episcopi soli Rom. pontifici et nulli aliae provinciae subjecti.
   Brutus de gestis Anglorum.
   Chronicon aliud de Regibus Angliae.
   Omnia haec sub nomine Willielmi [Johannis ?] Reade.
   [Hodie Cotton. Julius B. iii.]

14. Lincolniensis de cessatione legalium.

23. S. Hieronymus in minores Prophetas.

25. Glossarium Saxonicum.

28. Pars prima Granarii Johannis de Loco Frumenti, seu Whethamsted, abbatis de S. Albano.

29. Altera pars ejusdem.

30. Rolandi Reductorium physiognomiae.

43. Fragmentum Rogeri Bacon de erratis theologorum, et de rerum generationibus.

47. Liber chartarum prioratus S. Frideswydae Virg. Oxon. In bib. C. C. C. Oxon.

56. Registrum quoddam ecclesiae cathedralis Cantuar.

57. Summa logicae et philosophiae Johannis Dumbleton.

58. Gulielmi Worcestrensis variorum autorum deflorationes.

62 B. Albertanus de lingua.
   Prophetiae diversae.
   Visio quaedam S. Thomae Cantuar.
   Prophetiae Merlini.
   Prophetiae Hermetis.
   Tractatus de confessione.
   Galfredus de Solo super Nono Almansoris.
   Antidotarius Arnoldi de Nova Villa.
   Receptae magistri Jordani de Turro.
   Cura mali morbi magistri Johannis de Turnonia.
   Liber Johannis Jacob de pestilentia.
   Liber virtutum medicinarum simplicium per unum Johannem de S. Paulo.
   [*Et quadraginta sex tractatus alii de medicis variis.*]

63. Discorso sopra la corte di Roma di monsignore ill^mo et rever^mo il cardinale Comendone vescovo di Zante.

64. Roffensis de divortio Regis Henrici 8.

66. An English book of Heraldry.
   Creations of the nobility of England.
   Officers of the Coronation.
   Earle Marshall his office.
   Royall Genealogies; and the like.

67. Quadrilogium de vita S. Thomae.

In 4°.

4. [*Hodie in hoc codice, nunc* 168, *haec desiderantur.*]
   Liber Maumeti filii Mossi Altharismi de Algebra, etc.
   Tractatus Euclidis de speculis.
   Liber Saydi Abnothini de figuris, etc.
   Excerpta ex libro Apollonii de pyramidibus.
   Excerpta ex libro Messahala de causa, motu et natura orbis.

7. [*Pars hodie invenitur in codd.* 170 *et* 173; *quae sequuntur desiderantur.*]
Confessio Johannis Tyssingtoni, fratris Ordinis Minorum, contra Wyclefum.
Bulla Gregorii papae ad universitatem Oxon. contra Jo. Wyclef, cum protestatione et responsione ejusdem Wyclefi ad eandem bullam.
Determinatio magistri Johannis Wyclef de dominio, cum responsione alterius incerti authoris.

8. Alredus abbas Rievallensis de institutis inclusarum.
Meditationes Anselmi Cantuar. archiepiscopi.
Meditationes Bernardi Clarvellensis.
Libellus Elizabethae ancillae Christi et sanctimonialis Stavaugiae.
Liber viarum Dei annunciatus praedictae Elizabethae A.D. 1157.
Sermo magistri Willelmi de Rymyngton, monachi de Salley, cancellarii Oxon., in synodo Eborac. anno Christi 1373.
Sermo ejusdem ibidem A.D. 1372.

11. Tractatus de tribus regibus Coloniae.
Chronicon quoddam de Bruto et illius historia; Gallice.
The Lamentation of our Lady St. Mary.
A treatise in English of 6 Masters.
Consecratio et coronatio Regis et Reginae Angliae.

16. Chronica cujusdam monachi de Brinton [Bruton?] de regibus Angliae ab adventu Normannorum usque ad Ricardum 2.

89. Aphorismi varii de re astrologica Johannis Robyns.

90. Tractatus de prognosticatione per eclipsim, etc. per Jo. Robyns.

52. Narrationes aliquot.

56. Liber geomantiae, cum quodam tractatu de Paschate et calendario.

60. Leonardi Aretini oratio in hypocritas.
Idem in nebulonem maledictum.
Tractatus unus aut alter tapi Castelunculi [*sic*] de curiae commodis, in vitam Periclis, etc.
Antonii Tudelini consolatio ad Cardinalem Campanum de obitu fratris sui.

84. Statuta aularia Oxon. cum statutis collegii sanctae Mariae in Oxon.: statuta collegii sancti Georgii infra Castrum Oxon. cum statutis illius ordinis.

88. Robertus Talbott in Itinerarium Antonini quoad Brittaniam.

65. Epistola universitatis Oxon. ad papam Joh. XXII. de promotionibus.
Varii articuli Anglorum exhibiti papae Rom.
Bulla papae Johannis scolaribus Oxon. de publicandis decretalibus.
Tractatus de vii. vitiis mortalibus.
Sermo de omnibus sanctis.
Tractatus Ricardi Hampole de emendatione vitae.
Turgotus, prior Dunelmensis, de exordio et occursu illius ecclesiae.
Tractatus de signis.
[Cotton. Faust. A. v.]

87. Liber de antiquitate coenobii Glastoniensis.

67. Postillae quaedam veteres Saxonice.

74. Joh. Robyns annotationes astrologicae.

76. Joh. Robyns annotationes astrologicae aliae.

77. A booke of the lands of the knights of the order of St. John of Jerusalem.

78. Rogerus Bacon de erroribus medicorum.
Ejusdem tractatus de experimentali scientia, aut saltem excerpta ex illo tractatu.

79. Ars notoria, ad Hen. regem Angliae.

80. A compendious introduction to Dyallinge.

In 8vo.

3. Radulphi Nigri Chronicon.
[Cotton. Cleop. C. x.]

4. Liber de sphaeris, signis et planetis, Gallice.

5. Incerti authoris Chronicon de rebus Britannicis, cum miscelaneis quibusdam.

9. Tractatus ad rem astronomicam et notitiam calendarii pertinens. Certayne hierogliphicks upon the moneths of the yeare, with verses in English.

12. Liber dictus Antidotarius [Nich. de Florentia, *sive* Nich. de Horsham?].

17. Tractatus de situ Hyberniae antiquus.
Tractatus theologicus de variis rebus, etc.
Excerpta ex Gerlando ex libro Magni Franconis Legiensis.
Quomodo Alexander adoravit nomen Dei.
Alii tractatus theologici.

18. Johannis Rossi Historia de regibus Angliae et contra distinctores villarum.

19. Calendarium vetus cum canonibus ejusdem, ad meridianum Oxon. ut videtur, alio planetarum calendario et elegantibus imaginibus lunae.
De effectu lunae in 12 signis, etc.
Parvus tractatus de lunationibus.
Interpretatio somniorum Danielis.

Physiognomia Aristotelis cum alio de eadem re tractatu.
Tractatus chiromantiae per magistrum Rodoricum de Majoricis in universitate Oxon.
Tractatus alter de physiognomia ejusdem.
Tractatus geometricus de altimetria et planimetria.
Lyncolniensis de sphaera.
Johannes de S. Bosco de sphaera communi.
Tractatus optimus de chiromantia, id est, palmistria, cum ipsarum manuum et palmarum viva delineatione.
De constellationibus fortunae virorum et foeminarum.
De horis planetarum et effectibus earundem.
Walteri Brytt Theorica planetarum.
Tabulae Reade et canones in easdem.
Burleus in libros meteororum.
Compositio cujusdam instrumenti vocati Rectangulus per Ric. Wallingford.
Contenta astrolabii novi.
Practica magistri Johannis Slape de compositione navis, quandrantis et cylindri.
Compositio astrolabii cum figuris ejusdem.
Practica astrolabii.
Canones calendarii planetarum.

25. Bestiale, sive tractatus de bestiis.
Tractatus Will. de Monte, cancellarii Lyncoln., de tropis.
Incertus author de naturis animalium.
Imago mundi, per Henr. Huntindon.
Numerale Will. de Monte.
Vita S. Thomae Cantuar. per magistrum Edwardum.
Historia Bruti, per Galfredum Monumetensem, cum continuatione usque ad finem Ricardi 2.

[Cotton. Vesp. E. x.]

33. Johannis Robyns Annotationes Astrologicae.

34. Regula S. Benedicti Latino-Saxonice.

[Cotton. Titus A. iv.]

36. Will. Malmesburiensis de antiquitate coenobii Glaston.

40. Liber de promiscuis tractatibus, viz. de Grammatica; de Computo manuali; de Calendario; de Significatione vocum.

42. A booke of Heraldry, especially of ye armes of such as went with K. Henry ye 8 to France.
A treatise of ye Parlament of birdes.

44. Versus Gildae Britanni qui floruit anno Christi 860.

47. Martianus Capella de nuptiis Mercurii et Philo[logiae], cum commentario.
Compendium Ethicorum Aristotelis; in fine sic, Finis Monomachiae sive Ethicae Aristotelis.
Canones Aristotelis de essentia primae bonitatis expositae ab Alpharabio.
Aristoteles de somno et vigilia.
Liber Alpharabii de intellectu et intellecto.
Avicennae Tractatus de anima.
Liber Alexandri philosophi de intellectu.
Liber Aristotelis de bona fortuna.

59. Dialogus venerabilis Alredi abbatis Rhievallensis de anima.

In 16mo.

2. Secreta philosophorum.
Messahala de eclipsibus, transl. a Jo. Hispalensi de Arabico in Lat.
Vetus calendarium cum statutis.
Tractatus quidam theologicus.
Tractatus qui dicitur Astronomia super physicam.
Poema Galfredi Vinesauf Angli.
Virtutes herbae Rosamarini.
Liber Dinam deorum (*sic*).
Liber pharmacorum variorum.
Liber Anequems Platonis, id est, Liber vaccae.
Tractatus de experimentis variis.

6. Alphabetum antiquum Hebraicum, Caldaicum et Syriacum, characteribus majusculis et antiquissimis.

17. Constantinus monachus de coitu.

19. Aphorismi Ursonis, partim philosophici, partim medicinales.

Possedit etiam Th. Allen. *Evangelia S. Cuthberti*, hodie in collegio de Stonyhurst asservata, et cod. Cotton. append. iv. in quo, Guido de arte dictandi epistolas, Iter Joh. Maundevill, Philobiblion Ric. de Bury, etc.

Subjicitur huic Catalogo haec nota a Briano Twyne: 'Mr. Rich. James of Corp. Christi Coll. comminge afterwardes into Mr. Allen's acquayntance gott away many of those manuscripts from ye good old man, and conveyed them awaye to London to Sir Rob. Cotton's studdie. Allso ye owner himselfe (Mr. Tho. Allen) dienge att Oxford in Glocester hall, a^o^ Domini 1633, gave all his whole studdie of bookes to Sir Kenelme Digbie of London, who afterwardes gave most of them to ye Universities Library.'

INDEX

NOMINUM ET RERUM.

CORRIGENDA.

Col. 71, linea antepenult., *pro* 'sceaula' *lege* 'scedula.'
Col. 115, art. 25, l. 6, *pro* Henn *lege* Hemi.